lia omnia maxillam īferiorem:Crocodilo fluuiatili excepto.
Is enim unus superiorē mouet:labra mox a naso habentur:ca
ro permobilis.Quod autem intra maxillas & labra describit:
os est:cuius partes palatum & fauces:inest pars sentiens sapo
rem lingua uim istam sentiendi precipue obtinēs parte sui pri
more. Nam si interiore tangat:minus sentiet: omnia preterea
quę caro sentire potest:lingua etiam pōt:ut durum: Calidum
frigidum:sua quauis parte:sicut & saporē. Hęc aut lata ē:aut
angusta:aut mediocris: quę quidē optima: & explanatissima
est.Item aut absoluta:aut constricta: qualis tortorum balbo
rumq; est. Carne soluta rara:fungosa:lingua cōstat: eius pars
quedam ligula ē.Bifida oris compago tōsillę. Multifida gin
giuę appellatur:carne hę constāt.Intusq; dentes ossei coherēt
parte uero penitiore ꝑticula pendet:alia uuigera: uenę applica
ta columella nomine: quę si immodice humefacta ītumescat
inflammenturq; nomine uuę uocatur & strangulat.

Collum quod īter pectus & faciem est: Cuius pars prior
guttur: posterior gula:quātūq; colli ipsius cartilagineū
priorem obtinens situm:uocem transmittit & halitum. Id ar
teria nominatum est. At uero quantum interius carneum spi-
nę preiacet:gula dicitur. pars autem posterior colli extima cer
uix appellata est:partes thorace tenus dispositę hę sunt. Tho-
rax ipse parte priore posteriореq; cōstat. Mox a collo pectus
priorem obtinet sitū bipartitum:in mammam parte sui utraq;
extuberans:Mammis laxior contextus corporis est:iuncta pa
pilla per quam foeminis lac transmissum elicitur: in maribus
etiā lac fieri potest.uerum caro his spissa:mulieribus fungosa
foraminulentaq; est.

Venter īfra pectus est parte priore eiusq; radix umbilicus
est:Cui radici pars subiecta in latus utrūq; ilia dicitur:q̄
autem recte subiūgitur sumen est siue abdomen: Cuius po-
stremum:aquaticulus. Sed super umbilicum hypocondrium
est a cartilagine:quasi subcartilagium denoīatū.Cauū autem
commune subcartilagii & iliū: Cholago est.partē posteriorē

lumbi pari structura precingũt: unde nomẽ osphys inditũ est. partis uero excretorię quod subditũ quasi stragulũ est nates appellatur: In quo autẽ femur uersatur: Coxa et acetabulũ.ps foeminę ꝓpria uterus aut uulua ẽ: maris penis foras postremo thorace propendens: parte sui prima carne ꝓpe modũ cõstans & in equabili: facie turbinata: Nomẽ a glande ps hęc mutuata est: quã quę integit cutis uacat nomine: q̃ uulnere obducto co/ balescere nequit sicut nec genę aut palpebrę ꝑcisę reduci ad unitatem q̃unt: totum tamẽ quod ex ea cute glandeq; constat ꝑputium est: reliqua pars cartilaginea est: & augeri ãpliter põt & ingredi atq; egredi cõtra q̃ iumẽtorum. Subiacẽt mẽbro genitali testes gemini cute obducti: quod scortũ noĩamus: Te/ stes ipsi nec eiusdem naturę sunt: Cuius caro: nec multũ a car/ ne dissidet: sed queãdmodũ hęc se habeant: ac omnino de cę/ teris huiusmodi ptibus postea accuratius differemus.

Mulieris aũt genitale contra quã uiri formatũ est. Cauũ enim subditũ pubi est: non sicut maris ꝓpensum ac ꝓ/ minens. Ceruix ab utero effertur accessum ꝓlifico maris semi/ ni ꝑbens: exitũ humidi excremẽti suo sexus uterq; genitali habet sumministrãdũ: Cõmunis colli: & pectoris pars: iugulum est. Costę brachii & humeri: ala. femoris: & imi uentris: in/ guen. Pars itẽ interior femoris: & natis cõmunis. Coles etiam exterior subnatale. ¶ Thoracis iã ptes oẽs primores diximus

Dorsum pone pectus est: Cuius partes scapulę: & spina: Infraq; e regiõe uẽtri: lũbi habẽt: cõmũes autẽ ptis supio/ ris inferiorisq;: costę octonę. Nã de hominibus gẽtis turdulorum quos septẽnis costis ferũt creari: nullius idonei autoris testimõio cõstat. hẽt sane hõ suas ptes ita dispositas: ut ĩ eo & supius sit: et ĩferius. & prius: et posterius: & dextrũ: & sinistrũ Cõstat sane dextrũ et sinistrũ ex similibus fere ptibus atq; eisdẽ. Verũ sinistra oĩa sũt ĩbecilliora: At posteriora prioribus & supiora ĩferioribus discrepãt: ꝑterq̃ q; inferiora similitudinẽ supiorẽ ꝑferre ea dixerim rõne: qua uẽterimus respõdere assolet faciei ĩ corpulẽtia uel gracilitate: et crura cũ brachiis cõmunẽ ĩeũt rõnẽ: Itaq; qb9 cubiti breues iis etiã femora: magna

ex parte breuia sunt : & quibus pedes exigui iis mãus quoqꝫ ꝑ
uę habentur. Mẽbri uero superioris bipartitã cõpactionẽ: bra-
chiũ siue ulnã appellamus: Cuius ꝑtes: lacertus agilis: gibber :
cubitus: mãus . Partes mãus: palma & digiti qnqꝫ nũero. digi
ti ꝑs q̃ se inflectit: nodus siue articulus ẽ : q̃ rigida cõstat: ĩter
nodiũ dicit᷑. digitus pollex nũcupatus uno ĩflectit᷑ nodo: cęte
ri binis adducũt᷑. Inflexus uero tum brachii tũ digitorũ oĩum
agit᷑ in interiora. brachiũ ad gibberũ appellatũ ĩflectit᷑. nodus
quo cũ brachio mãus iũgitur coartaturqꝫ brachiale uocamus.
ꝑs interior mãus uola dicit᷑: carnosa est: & in cissuris uitę ĩdici
bus distĩcta longioris. s. uitę singulis aut binis ductis ꝑ totã .
breuioris binis q̃ nõ lõgitudinẽ totã designent: exterior neruo
sa est & nomine carẽs: mẽbri ĩferioris bipartita cõpactio crus
est. huius femur quod biceps: Mola quod lacũ orbiculatũ fo-
ris adiectũ est. Tibia quod gemino osse subiacet: Cuius pars
prior crea: posterior sura : Caro neruosa uenosaue aliis retra-
cta a poplite quibus nates sũt pleniores: aliis detracta quibus
graciliores: postremũ cruris malleolus geminus utriqꝫ partitus
lateri est. pes autẽ: quod multiplici osse cõstat: Cuius ꝑs poste
rior calx: prior discreta in digitos qnqꝫ est : media plantę noĩe
explicat᷑: cuius quod carnosum ĩferius solũ attĩgit: Vestigiũ
est. quod supius: pronã conficit ꝑtem neruosũ: & noĩs adhuc
ĩdigũ ẽ. hęret sũmis digitis unguis & nodus ĩteruenit : sed nõ
nisi uno inflexu adducunt᷑. quibus pars ĩterior plantę nõ caua
sed ita pleniuscula est: ut solũ toto attingat uestigio: ii uersuti
sũt & fraudulẽti. Cõmune femoris & tibię genu poplesqꝫ est:
ꝑtes maris ac foeminę cõmunes hę sũt quarũ situs: queadmo
dũ ad supius inferius: prius posterius: sinistrũ dextrũ: se habe
at tam & si per corporis sũma uisu explorat᷑ ac patet: describẽ
dus tamẽ is quoqꝫ recitãdusqꝫ est : eadẽ illa de cã qua supiora
enũerauimus oĩa. s. ut series cõmẽtandi seruet᷑ ꝑpetua: dũ ordi
nẽ ꝑseqmur oĩum: quo minus lateãt ea: q̃ non mõ eodẽ hoĩes
quo cętera aĩalia possidẽt. ergo supiora ĩferioraqꝫ hoĩem om
niũ maxĩę aĩaliũ habere: rõe locorũ naturaliũ ĩtelligimus: eius
enĩ ꝑtes tã supiores: q̃ ĩferiores ad sitũ orbis uniuersi supiorẽ

inferioremq; dispositę sunt. Itidemque priores posterioresq; atque etiam dextrę sinistręq; habētur: Cum cęterorum animalium genus uel omnino respectu eiusmodi careat uel confusius ita constet. Caput itaq; cęteris omnibus superiorē obtinet situm corporis sui ratione: At homo quoniam ut modo diximus: ad uniuersi orbis habitum institutus est: idcirco partem etiam istam habet respondētem parti sublimi uniuersi: caput ceruices & collum excipiūt. Tum pectus & dorsum: alterum prius: alterum posterius est. subiacent his uenter & lumbi genitale & nates: mox femur & tibia: postremo pedes: crura uero ante flectunt eodem. s. quo & incedunt. pedis etiam ps mobilior eodem se flectit. Calx e tergo positus est. malleoli sitū imitātur aurium. Quippe qui latera teneāt imi cruris: quomō aures iunctę lateribus capitis habētur: brachia ex latere corporis sinistro dextroq; dependent atque se introflectunt: ita ut homini potissimum deuexa crurum & brachiorum: aduersa īter se sint. sensus autē partesque eorū sensorias: oculos dico nares linguam eodem scilicet priorem in partem spectātes habemus: At auditum eiusq; partem sensoriam id est aures: a latere eodem in orbe quo oculos. distant oculi hominis sibi īteruallo proportione magnitudinis respectu cęterorum animalium minimo. Tactus e sensibus homini exquisitissimus. deinde gustus: reliquis superatur a multis: ita ptes exteriores collocatę: atq; dispositę sunt: nominanturq; precipue & cognitę per usum sitūq; euidentiorem habentur.

AT uero interiores contra: sunt enim hominum in prmis incertę atq; incognitę. Quāobrē ad cęterorum aīalium partes: quarum similes sint humanę referentes: eas contēplari debem9. primum igitur cerebrū capitis priorem obtinet sitū: non modo in homine uerū in cęteris etiam aīalibus: qbus ea ps data est. omnibus aūt in iis est: q̄ sāguinē obtinēt. & ob eā rē sāguinea appellētur: atq; etiam quę mollia nomine speciali nuncupantur. Sed homo plurimum cerebri proportione magnitudinis ac humidissimum habet: continent id membranę duę: altera ossi adhęrens ualida: altera ipsum cerebrum attingens īfirmior. Bipartitum oīum cerebrū ē: postremūq; iūgit̄

quod cerebellũ appellatur:quod certe & tactu et spene formã habet diuersam:pars uero posterior capitis inanis:Et caua omnibus est:prout in singulis magnitudine uariatur. Quibusdã enim caput grande:facies subiecta capiti parua: ut quę rotũda sunt facie. Aliis caput paruum maxillę lõgę:uelut generi omni iumentorum. Cerebrum omnibus priuatum sanguine est: nec uenam intra se ullam continet:& ad tactum frigidum per naturam est. Habet suo in medio plerisque omnibus cauum quoddam exiguum:mẽbrana obhęrente uenosa: cuncularią obducitur: osse postremo continetur tenuissimo infirmissimoque omnium capitis ossium:cui nomen occipiti. Meatus ab oculis terni ad cerebrum pertinent:ita ut maximi & mediocres ad cerebellum tendant:minimi ipsum cerebrum adeant. Minimi ii sunt: qui propiores naribus oriuntur: maximi porro illi ęqui distant:nec usquam coire possunt:mediocres coeunt:quod precipue in genere piscium patet: & cerebro sunt ii propiores q̃ magni: minimi perquam laxo inter se distant interuallo:& nunquam ob eam rem possunt coire. gula intra collum est ab angustia & longitudine nũcupata cui comes arteria iungitur:priorem obtinens situm:in omnibus iis quę eã habere naturę placuerat. Habent autem omnia quibus pulmo est. Natura cartilaginis arteria constat: & sanguinis perquam exigui compos est uenulis complexa tenuibus.quod ad superiora.i.oris habitum pertinet: e regiõe posita est foraminibus narium quę in oris partem patescuut:unde fit ut quotiens ĩter bibendum humor retrahitur:effluat ex ore per nares. iungitur linguę postremę:quę lingua nominata est posita inter ea: quę modo dixi foramina:uidelicet apta quę peruices arterię foramentum:quod ad os spectat:operiat. Arteria altero sui extremo cum lingua ima coniungitur.altero ad pulmonis inter capedinem descendit:Tum in utranque finditur partem pulmonis.eẽ nãq; biptitus pulmo oĩum expetit. uerũ ĩ iis q̃ aĩal generãt:distictio nõ ęq̃ apparet mĩmeq; ĩ hoĩe:Est p̃terea hoĩs pulmo sĩplicior: nec ita multifid9: ut nõnullorũ aĩal ꝓcreãtiũ ẽ: nec leuis:sed inęquabilis est: At ĩ ouiparo genere ut auibus &

quadrupedibuſ quorũ ꝑtus oui primordio ĩcboari ſolitus ẽ: ꝑs altera pulmonis multũ diſciſſa ab altera eſt. Ita ut binos ba bere pulmones uideãť: atq; a ſingulari arteria ꝑtes ĩ utrũq; pul mõis latuſ duę depẽdẽt. Venę quoq; maiori: ac alteri cui no- men eſt abortę pulmo cõnectiť. Spirituſ uero quotiẽſ ĩflaťar- teria: caua ſubit pulmõis: Hęc mucronata ſpẽ cartilagineis di- ducũťcorpuſculiſ: de qbuſ foramina quoquo uerſus ꝑ dimi- nutõneſ arctioribuſ ſubinde ãpliora excipiẽtibus trãſmittũť. Cor etiã arterię iũgitur obęſiſ cartilagineis fibroſiſq; uinculiſ et qua ãnectiťcauũ ẽ: ſpũs dũ arteria ĩflať: an ſubeat cor: minus in nõnullis cõſtat. ſ. minutis: At in grãdioribus aĩaliũ ſpiritũ cor ſubire ipm aptũ eſt. Arteria ita ſe babet. & accipiẽdi reddẽ diq; tãtũmodo ſpũs officio fũgiť. Nibil eteni aliud uel ſiccũ uel bũidũ pati ipa uideť. ſed ubi ĩ eã tale qd deerrauerit: tã diu torqtur dũ excutiat quod delapſum ẽ. Gula ab ore & ipa depẽ det cõtinua tũ ſpinę: tũ arterię nexu fibrarũ: & ꝑ ſęptũ trãſuer- ſum in uentriculũ finit: carnis ſpẽm referẽs & pariter diſtendi in longũ latũq; babilis. Ventriculus autẽ bumanus canino ſi- milis eſt: quippe qui nõ multo ãplior ſit q̃ ĩteſtinũ: ſed quaſi inteſtino ſimilis ãpliori. tũ inteſtinum ſimplex flexuoſis or- bibus eſt a quo proximũ ĩteſtinũ admodũ ãplũ: Aluus autẽ ipa ſuillę ſimilis eſt. Quippe q̃ & ãpla ſit & quod uſq; in ſedẽ porrigitur breue id corpulẽtũq; trãſmittat. Omentũ medio a uentre depẽdet quod non niſi pinguis mẽbrana ẽ: ſicut etiã in cęteris animãtibus q̃ unũ cõtinent uẽtrẽ: & utraq; ꝑte oris dẽ tata ſũt. lactes ſuꝑ inteſtina poſita ſũt q & ipſi latiore cõſtãt mẽbrana & pingueſcũt. pẽdẽt ex uena maiore atq; aborta: ue- naſq; per multas frequẽti cõcurſu deferũnt ex pari illo uenarũ grãdiũ ad inteſtina de ſummis ad ima uſq; ſpargẽtes: Gula ar teria uenter ita ſe babẽt.

COr ſinũ triplicẽ cõtinet: iacet paulo a pulmõe ſuꝑius ad arterię fiſſurã: optũ mẽbrane ĩuolucro pĩgui & corpulẽ to: qua uenę maiori adnectiť & abortę iũgitur: cũ aborta ſuo mucronato turbinę ĩ pectuſq; ꝑte eadẽ uergit oĩum pariter: q̃ pectus ſortiũtur: omnibus uero tam pectore conſtitutis: q̃ ea

ipsa parte carentibus: cor ęque suo mucrone in ptē uergit priorem. uerum latere sępius potest: quoniā dissecto animante dimoueatur. At parte sui ampliore: & gibba superiora corporis spectat: habet maiorem ptē sui mucronis carnosam & spissā & neruulos suis in cauis continet. situm cęteris animalibus in medio pectore est: in quibus. s. pectus inest. homini tātū ī ptē sinistram potius uergit: paulo a mām̄arum distinctione ad leuam inclinans papillam: pectoris parte superiore: nec magnū ē & specie tota non oblongum sed rotūdius: Parte tamē extrema in acutum se colligit exitq3 pene in mucronē: habet ut mō exposui sinum triplicē: maximum dextro in latere: minimū in sinistro: medium magnitudine inter sinistrum & dextrum Omnes ad pulmonē foraminibus puii reddūtur: Quę res in uno tantum perspicua est. īferius uero a nexu suo maxīo sinu uenę coniūgitur: maiori: ad quā lactes etiam sunt: sinu autem medio abortę annexum est. Quinetiam ad pulmonē meatus a corde ducuntur perpetui: findūturq3 eodem quo arteria mō in omnes pulmonis ptes: & meatus qui eodem ab arteria tendunt sequūtur. uerum hi superiorem obtinent situm: neq3 ullo communi foramine ad illos cōmeant: sed sua ipsi copulatione spiritum quem cordi trāsmittant: recipiūt. ptinet. n. alter ad cauum dextrum: alter ad sinistrum ¶ De uena maiore ac de aborta separatim ratione cōmuni post disseremus. Sanguinis autē plurimū pulmo ex cęteris cōtinet membris q̄ animal pulmonis compos: Idemq3 uiuiparum: intus forisue constituunt: Quippę qui totus inanis sit: & fungosus: ac riuulos uenę maioris singulis suis fistulis excipiat. errant enim qui sanguinis uacuum pulmonē esse arbitrantē: decepti. s. conspectu eorum pulmonum quos dissectis detraxerint animalibus. Quorum sanguis ilico effluit uniuersus: cor unū ex reliquis uisceribus sanguinem habet: & cum pulmo non intra se: sed in uenis cōtineat sanguinem: cor eūdem intra se cōtinere aptum est: singulis. n. suis sinib9 sāguinē tenet: uerū tenuissimū medio. sub pulmōe sęptū trāsuersū pectoris ē q̄ pcordia & cinctū appellāt: Costis & subcartilaginiis: & spinę ānexū pte media tenue

mēbraneaq; exilitate cōtextum. Venas etiā p se continet por
rectas. sunt porro hoīs uenę crassę pportiōe humani corporis
iEcur supra septum positum a dextro latere ē lien a lęuo
ęque in omnibus quę membra ista disposita habent per
naturam. Non prodigiose: iam enim legitimū illū locū in nō
nullis quadrupedū lienem cum iecinore permutasse uisum est
Ventri lien annectitur: qua omentū obducit. est hominis lien
suillo similis: sed specie angusta & longa: iecur magna ex pte
maximoq; animalium numero felle caret. Verū in nonnullis
id habere sibi adnexum uidetur. Rotundū iecur hominis ē ac
simile bubulo. fellis priuationem uel in uictimis nōnusq̄ pci-
pi certum est: Quippe cū parte quadam agri chalcidici euboię
fel nullum pecori sit. At in naxo omnibus fermę quadrupedi
bus adeo grāde ut qui sacra fecerint aduenę stupescant rem. s.
prodigii loco sibi arbitrantes: non talē esse naturam terrę illius
quadrupedum. Iecur uenę maiori adnexum ē: nulla ex parte
abortam attingens: uenę enim quę a maiore proficiscit̄: Iecur
transigit: qua portę appellatę iecoris habētur: lien quoq; uenę
uni maiori adnexus est. Vena enim inde ad lienem pertendit:
renes post hęc iuxta spinā ipsam adhęrēt bubulis similes: de
xter in omnibus quibus sunt renes animalibus: superiorē ob-
tinet locum: minusq; pingui obducit̄: & siccior ē: quod uel in
oībus eque liqdo māifestat̄: pertinēt: ad renes meatus tā ex ue
na maiore q̄ ex aborta: sed nō ad cauū: Quod alii amplius alii
arctius sua media pte cōtinēt: pter quā ī uitulo marīo: Cuius
sane renes q̄uis bubulis similes sint: tamen oīum solidissimi
uisūtur. meatus uero: qui eo pertinēt: oēs in renū corpus absu-
mūtur. Cuius rei argumētū ē: q sāguine carēt: nec ītra se qcq̄
cōcrescere ostēdūt. Habēt igit̄ ut mō dixi sinū exiguū: a quo
meatus duo īsignes ad uesicā deueniūt: alii etiā ex aborta fre-
quētes: ac ualidi eodē ptendūt: Ex medio aūt renū singulorū
uenę singulę cauę neruosę depēdēt: spinā ptereūtes ipam āgu-
gusto itinere: tū in utranq; abolēt̄ coxā: ac denuo ibi porrectę
apparēt: demūq; in uesicā descēdunt: hęc. n. loco ultimo posi
ta ē: meatib9 ānexa illis porrectis a renib9 ad ceruicē: urinariū

producentem meatum: & fere circumundiq; : extenuatis infi-
bras membranulis proximis: quodammodo septo illi trāsuer
so pectoris: deligata. Est profecto uesica hominis proportio-
ne: quam cęterorum amplior.

GEnitale ceruici uesicę adnectitur: foramīe foras directo
puium : sed paulo inferius altero ītra eandem semitam
conuio deductum: quorum foraminum alterum ad testes: al
terum ad uesicam neruosum cartilaginosum que tendit. Te-
stes ex eo maribus pendēt: de quibus postea partium commu
ni examine quemadmodum se habeāt disseremus: Hęc eodē
modo uel in sexu foemineo omnia natura conformauit atq;
disposuit : nulla enim parte interiore sexus inter se differunt :
nisi utero cuius forma qualis nam sit ex consectionum descri
ptione petendum expectandumque est: situs eius ad intestina
infra aluum a pte priore tum uesica iuncta supra uterum est :
sed de uteris quoque pariter omnibus disserendum postea ē:
Neque enim similes dati omnibus sunt: nec forma simili con
stituti: Si uterus cęterorū quoque animalium uulua dicēda ē.
partes hominis tum interiores: tum exteriores, has talesque: &
ad hunc modum haberi perspectum est.

ARISTOTELIS PHILOSOPHI DE HISTORIA ANIMALIVM LIBER. II. INTERPRETE THEODORO.

CAETERORVM ANIMALIVM partes: aut communes omnium sunt: ut su-
periore uolumine explicatū ē : aut aliquorū
generū ꝓprie : eędē aūt diuersę ue īter se sūt
eo mō quo supius dictū est. Quippe cū oīa
fere aīalia genere diuersa ptiū quoq; suarū
plurimas specie habeāt diuersas: & aut ꝓportione tātū easdē:
genere aūt diuersas. Sūt etiā cōplures: q̄ aliis datę: aliis dene-
gatę sūt: ergo quadrupedes: q̄ aīal generāt: caput collū: & oēs
capitis ptes sortiūť. uerū ipe sigulę ptes: forma īter se differūt

iam leoni ceruix osse uno: rigida cõstat: nec uertebris ullis iũ
gitur: Interiora autem omnia canibus similia continentur: Ha
bent quadrupedes quę animal generãt omnes uice brachiorũ
crura priora sed pręcipue quę multifide sunt: hę manibus suo
digitato pede respõdent: Hoc enim ad plura quasi manu utũ
tur: partem etiam lęuam minus q̃ homo absolutam habent:
& agilem: excepto elephanto qui digitos numero quinque in
diuisos leuiterque discretos: crura priora multo posteriorib9
longiora: & malleolos posterioribus imis cruribus possidet:
habet pręterea talem tantamque narem: ut ea manus uice utaẽ
Quippe qui non nisi ad os illam admouens: & bibat: & ędat
suo etiam rectori eam erigit: atque offert & arbores quoq; ea-
dem prosternit: & quotiens immersus per aquam ingreditur:
ea ipsa ędita in sublime: reflat atq; respirat aduncius cula parte
sui: postrema naris hęc est: sed flecti non potest: Cartilaginea
enim & proinde rigidiuscula est: solus etiam animaliũ homo
ambidexter: hoc est: dexter manu utraque nascitur: pectus ani
malia omnia humano proportionatum pectori habere uisũẽ
uerum nõ simile latum enim pectus humanum est: Cętera an
gusta: Nullum est enim quod pręter hominem mammas pte
gerat priore. elephantus mammas duas quidem: sed non in pe
ctore habet: Sed paulo citra: flectunt autem crura priora cõtra
atque posteriora: & econtrario q̃ homo membra inflectat ex-
cepto elephanto: Quadrupedes enim quę animal generant: ge
nua ante se flectunt suffragines in auersum: aduersaque inter
se habent conuexa curuaturę crurum suorum. elephas: non ut
aliqui retulerunt agit: sed considendo crura inflectit: nequit
tamen pre nimio pondere utrũque ĩ latus ęquilibrio quodam
uergere: Sed aut lęuo incubat aut dextro: atque eo ipo habitu
requiescit: Flectit hic certe suos posteriores poplites mõ ho-
minis: At ouiparis quadrupedibus: ut crocodilo: lacertę: & re
liquis generis eiusdẽ: crura tũ priora: tũ etiã posteriora retro
flectũẽ: paulũ ĩ latus uergentia: nec sec9 ĩ cęteris multipedib9
agiẽ: nisi q medii pedes subĩde ãbigui ãpli9 ĩ lat9 flectũẽ. hõ
inflexũ mẽbrorũ suorũ eodẽ e contrario agit. qppe q brachia

retrorsum flectat: quanquam ita ut paulum uergant in latera
exteriora: crura āte contrahat recte: sed quod ante tam priora
q̃ posteriora īflectat nullum est. Omnibus uero humeri armi
uē contra: q̃ cubiti aut crura priora flectūtur: coxę etiam con-
tra quam suffragines: Cum itaque homo contra q̃ magna ps
cęterorū animalium flectat: fit ut si qua alia membris huius-
cemodi constant: Ea quoque e contrario flectant: aues etiam
suos īflexus similes quadrupedibus agunt: crura enim quę bi
na habēt: in posteriora curuant: alas quas uice brachiorū: aut
crurum priorum optinent: in priora: uitulus marinus tanquā
lęsa imperfectaque quadrupes est: quippe qui continuo a sca-
pulis pedes habeat manibus similes modo ursę: in quinos enī
finduntur digitos: qui singuli ternis articulis flectantur: & un
guibus muniātur non magnis: pedes quoque posteriores qui
nis discretos digitis habet: & curuatura: & unguibus cum pri
mis conuenientes uerum forma proximos piscium caudis:
Motus animalium quadrupedum ac multipedum per diame
trum agitur quomodo subsistere etiam solent: Initium autē
incedendi omnibus a dextris partibus gradiuntur: pedatim le
ones: & genus camelorum utrunque bactrianum dico atque
arabiū pedatim īcedit: Cū pes sinister non transit dextrū: sed
subsequitur. partes quas homo habet priores quadrupedes in
fra habent supinas: Quas autem ille posteriores hę pronas. ma
gna item quadrupedum: pars caudam habet: nam uitulo quo
que marino cauda inest quanuis exigua: cerui modo. de gene-
re simiarum postea dicemus: omnia fere quadrupeda eadēq;
uiuipara sunt: pilosa: nec hominis modo leuia esse nouimus:
homo certe paucissimis exiguisque integitur pilis nisi in capi
te qua quidem parte: hirtissimus omnium ipse est: cęterisq; pi
lis uestiuntur: partes pronę pilosiores sunt. supinę: aut glabrę
omnino: aut minus pilosę habentur: At homo contra: cilium
etiam homini utraq; in palpebra: & alę opletę pilis: & pubes:
quod cęteris abest: Carent. n. cilio palpebrę inferioris: sed pau
lo inferius pili rari nōnullis exeūt: Ipsorum autem quadrupe
dum pilis intectorū: aliis corpus totū ē hirtū: ut sui ursę: cani.

pedatim incedere [illegible]

Aliis collum hirtius pari undique modo: ut leoni :& reliquis
iubatis:aliiſ ꝓna tātū ceruicis a capite ad ſūmos armos uilloſ
gerunt ut equo:ut mulo : & reliquis capronatis quo in genere
bonaſus quoque e ſilueſtribus cornigeris :enumerandus eſt :
Quinetiam hippelaphus ſatiſ iube ſummis continet armis
qui a forma equi:& cerui:quā habet compoſitam: nomen ac-
cepit quaſi equiceruus dici meruiſſet: Nec nō fera quę:& ipſa
ab equo:Hippardium nominata ē :Capronas parte gerit eadē
ſed utrūque id genus tenuiſſimo iube ordine a capite ad ſum
mos armos crineſcit:proprium equiceruo uillus : qui eius gut
turi modo barbę depēdet: gerit cornua utrunque excepta foe
mina eqceruini generis: & pedes habet biſſulcos:magnitudo
eqcerui nō diſſidet a ceruo: gignit̃ apud arachotas ubi etiam
boues ſilueſtres ſunt:qui differant ab urbanis: quantum inter
ſues urbanos: & ſilueſtres intereſt : ſunt colore atro corpore
robuſto rictu leuiter adunco: cornua gerunt reſupinatiora:eq
ceruo cornua ſunt caprę proxima :elephantus in quadrupedū
genere hircus minime eſt:Caudę etiam animalium pili corpo
ris modum imitantur dummodo cauda nota aliqua auctiore
depēdeat:eſt enim nonnullis tam exigua:ut uix dignoſci a ſē
ſu poſſit: Camelus proprium īter cęteras quadrupedes habet
in dorſo:quod tuber appellant:ſed ita ut bactriane ab arabiiſ
differāt :alteris enim bina:alteris ſingula tubera habētur : Sūt
etiam omnibus ſingula parte ima quale in dorſo tubera: qui-
bus īcumbat reliquum corpus: & firmetur quotiens in genua
inclinātur: papillas quattuor modo uaccę habet camellus:cau
dam aſino ſimilem: genitale retro: genua ſingula in ſingulis
cruribus ſūt:& flexus artuū : ut nō quidam perhibent plures :
Sed propter alui īteruallum plures eſſe uidentur:habet etiam
talum ſimilē bubulo: Clunes proportione magnitudinis par
uos.biſſulcū id animal ē:nec utrinque dentatum :Sed biſulcū
ſic eſt:ut pes parte poſteriore ſciſſus paululum ſit ad flexum
digiti ſecundum: parte autem priore ſūma quadripartito ſin-
datur diſcrimine paruo:quantum primotenus digiti inflexu:
et quiddam īter fiſſuras perinde:ut in anſerū pedibus adiectū

contexat: pes uestigio ecarnosa: ut ursę: Qua de causa eas quę per exercitum longiore itinere fatiscunt: calceant carbasinis: Omnium quadrupedum crura osse: neruoque habundant carne deficiunt: Quinetiam nullum quod pedibus constet: excepto homine: pedes habere carnosos perspectum est: Coxarum etiam carne exuberante inclunes uacant: quod in genere auium conspici apertius potest: At homo contra quippe q nullam fere sui corporis partem tam carnosam habeat: quam nates femora tibias: quas enim suras uocamus: nō nisi carnis copia: parte tibię posteriore complentur: Quadrupedum aūt quę sanguine cōstat eędemq; animal generant: alię multifidę sunt: quales hominis manus pedes q; habentur. Sunt enim q̄ multiplici pedum fissura digitentur: ut canis: leo: pāthera: alię bisulcę sunt: quę forcipem pro ungula habeant: ut oues: caprę cerui: equi fluuiatiles: alię infisso sūt pede: ut quę sollipedes nominātur: ut equus: mulus: Genus sane suillum ambiguum est. Nam & in terra Illyriorum: & in pęonia: & nōnullis aliis locis sues sollipedes gignuntur: Bisulca igitur binis fissuris utrūque idest a parte priore posterioreq; diducuntur: Sollipeda eam partem cōtinentem ex toto habent: Sunt item animātium: alia cornigera: alia mutila: Quę cornua gerunt bisulca: magna ex parte per naturam sūt: ut bos: ceruus: capra: Quod autē idem & sollipes: & bicorne sit: nullum est: quod nos adhuc norimus: At sollipes: idemque unicorne est: quanquam rarum: ut asinus indicus: Ille enim & unicornis: & sollipes est unicornis uero: idemque bisulcus orix est: Talum etiam asinus ille īdicus solus in sollipedum genere possidet: Sus enim ut modo dixi: ambiguus est: quo fit etiam: ut talo careat probiore: permulta ex bisulcorum numero talum habēt: At uero multifidum nullum adhuc talum eiusmodi habere cognitū est: ut ne hominem quidem habere certum est. Sed lynci semi talo simile quiddam. leoni autem tortuosum in anfractum ē quale effingūt: Oīa uero qbus datus ē talus cruribus eū posterioribus cōtinēt: ita ut erectus ī suffragine parte sui prona foras supina ītrorsū spectet: et q̄ ueneres uocātītus aduersę sibi

posite sint: quę canes foris quę antennę supra habeantur: sit9 talorum omnium talis est: Sunt nōnulla q̄ simul bisulca sint & iubam habeant: & cornua bina orbem in flexu mutuo colligentia gerāt: ut bonasus: qui in peonia terra: & medica gignitur: Quę autem cornuta sunt: eadem omnino quadrupeda eē certum est: nisi quid per translationem cornu habere dicatur: quemadmodum ęgyptii aliquid illis ueluti uestigium cornus extuberet: Ceruo ex cornigeris uni: cornua tota solida: cęteris caua: quodam tenus: & mucrone demum concreta sunt: pars caua ex cute potius oritur: quam solidum quiddā: osse enascens: subit: impletq; totam: quomodo cornua bouum cōstare uidemus: soli etiam ceruo: cornua omnibus annis decidua Initio a bimatu: cęteris perpetua nisi per uim aliquam amittāt. Mammas item haberi uarie certum est: nam et īter se ipsę quadrupedes: & ab homine mammarum differunt ratione. membrorum etiam quę ad uenereum coitum accommodata habētur discrimen plane est: patet ratio uaria mammarū: Cū alius mammę parte priore hoc est in pectore: aut iuxta pectus sint binę binisque papillis: ut homini: ut elephanto sub armis duę tam mari: q̄ foeminę per quam exigue: nec pro corporis uastitate ita ut eas a latere conspicere propemodum nequeas: ursę mammas habent quaternas: aliis mammę inter foemina binę papilleq; binę: ut ouibus: aliis papillę quaternę: ut uaccis: Quibusdam nec in pectore nec in foeminibus mammę: sed in uētre habentur: & quidem plures: uerum non omnes pares: cum itaque cętera id genus habeant plures pantherę quaternas uentre medio gerunt: Camelus quoque in uentre mammas duas cum papillis quattuor habet. Leęna etiam duas in uentre. Maribus sollipedis generis nullę sunt mammę nisi iis qui matri similes prodierunt quod in equorum genere euenit Genitale marium aliis foris est: ut homini: equo: & aliis multis: aliis intus: ut delphino: Quibus foris est his: aut ante habetur: ut homini: & reliquis quę modo dixi: aut retro: Quinetiam iis quę ante gerunt: aut & penis: & testes absoluti pēdent: ut homini aut aluo adherent: & aut plus: aut minus absoluuntur: nō enī

B. sta Geno pari.

pariter apro & equo membrũ hoc abſolutum eſt. elephãtus
etiam genitale equo ſimile habet ſed paruũ: nec ꝑ corporiſ
magnitudine: teſtes idem nõ foris conſpicuoſ ſed intus cir-
ca renes conditos habet: quo circa ĩitum celerius agit. Aliis
itaque teſtes abſoluti ut equo: aliis nõ abſoluti ut apro. Sus
foemina genitale ea continet parte qua pecoris ubera habẽt
& cum per libidinem turget ac prurit ad coitum ſurſum tã-
tiſper hoc retrahit: uertitqꝫ foras ut ĩde mari coitus ſit facili
or. reſciſſum id longe productius & dehiſcens amplius eſt.
Genitale maxima animalium parte ita ſe habet: Nonnulla
ex auerſo mingunt ut lynx: leo: camelus: lepus. mares: igitur
ita inter ſe diſcrepant: ut expoſitum eſt: foeminę omnes ex
auerſo mingunt. quippe cum etiam foemina elephantorum
genitale: ut cęterę ĩter femora habeat. Genitalis uero ipſius
differentia numeroſa eſt: Aliis enim cartilaginoſum carno-
ſumqꝫ eſt ut homini: quod ut parte carnoſa ĩflari nequit ſic
cartilaginoſa intumeſcit excreſcitqꝫ. Aliis neruoſum: ut ca-
melo ut ceruo: Aliis oſſeum ut lupo uulpi muſtelę ictidi. i.
muſtelę ruſticę: quã uiuerrã ĩterpretor: nam is quoqꝫ oſſeũ
gerit: Ad hęc homo cum ad iuſta incrementa peruenit partẽ
ſuperiorem habet minorem q̃ ĩferiorem: contra atqꝫ cętera
animalia quę ſanguine conſtẽt. Partem ſuperiorem intelli
gi uolo quãtum de capite ad eam pertendit partem: qua exi
tus patet excrementis: Inferiorem autem quantum ab ea ipſa
ſubſequitur reliquum corporis. Animalibus ergo quę pedi-
bus initi natura uoluit: crura poſteriora partem complẽt in-
feriorem: Quę autem pedibus carent iis cauda & quicquid
uice caudę ſimileque habetur pro parte inferiore eſt: tales ꝑ
fectis iam incrementis animantes euadunt. diſcrimẽ autem
in creſcendo eſt. Homo enim priuſquam adultior ſit: partẽ
ſuperiorem corporis habet maiorem q̃ inferiorem. et quo ꝑ
ętatem amplius augetur eo econtra euenit ut inferiora ſint
ſuperioribus longiora. Quamobrem unus ipſe non modo
eodem ingredi ſolet infirma adhuc ętate: quo iam firma in
greditur: ſed primum dum infans ẽ quadrupes reptat: deĩde

se erigit :bipesque īcedit . sunt quę ex proportione in cremē
ta partis utriusque capere soleant :ut canis nōnulla primum
parte superiore minora sunt post maiora cum creuerint
eadem parte euadunt:ut iumenta: nullum enim ex bis addi
ta ętate auctius redditur ea parte quę ab ungula ad clunem
porrecta est. Dentes etiam cęterorum animalium multiplici
differentia tum inter se tum bomiuis ratione euariāt: babēt
enim dētes omnia quę quadrupeda sangninea: uiuipara sūt:
sed uarię. sunt enim alia utirinque dentata. alia altero denti
um ordine carent . Quę enim cornua gerunt bęc non denta
ta utrinque sunt:quippe quę primoribus maxillę superioris
careant dentibus. Quanꝗ sunt nonnulla quę & cornibus ua
cent & utrinque dentata non sint : ut cameli . Item alia den
tes babent exertos uelut aper. alia sine bis sunt . Et aliis den
tes serrati ut leoni pantberę: cani. aliis cōtinui ut equo ut bo
ui. sunt enim dentibus serratis:quorū series acutorum denti
um mutua insertione pectinatim se constipat. Quod autē
simul & dentem exertum & cornu babeat nullū est:nec ue
ro quod simul et serratis dentibus sit. Et alterutrum babeat
illorum boc est : uel cornu uel dentem exertum. primores
maxima ex parte babent acutos:interiores planos. Vitulus
marinus serratis omnibus est:ut generi pisciū affinis. pisci
bus enim fere omnibus serrati sunt dētes. Genus autē quod
duplicem dentium ordinem babeat:nullum nostro in orbe
est uerū apud indos (si ctbesię credendum est) belua gignit
ut ille scribit : cui nomen mantbicorę dentes triplici utrinqꝫ
ordine magnitudo birtitudo & pedes leonis:facies & aures
bominis oculi cęsii: color rubricę cauda scorpionis modo
terrestris aculeo armata: spiculaqꝫ agnata iaculans: uox fistu
lę tubęue non absimilis . cursus non minoris pernicitatis :
ꝗ ceruis . feritas tanta ut nunquam possit mitescere appe
titus precipue carnis bumanę: Mutantnr dentes tum bomi
ni :tum etiam quibusdam aliis animalibus ut equo: mulo :
asino: bomini primores mutātur. Maxillares autem nullū
animal mutat. Sus nullum omnino dentem amittit.

DE canibus diuersa sententia est: quippe cum alii nullũ iis decidere dentem opinentur: alii caninos tantum appellatos mutare uelint: quos etiam homo amittit: uerũ hoc latere propterea quia non ante mutant: q̃ pares intus enascã tur: Quod idem uel in cęteris scilicet feris euenire ueri simile est. Et quidem caninos tantum mutare perhibẽtur. Aetas uetustiorum recentiorumque canum dentibus iudicatur. Iuuenibus enim dentes candidi & acuti: ętate prouectis nigri obtusique.

AGitur certe in equis cõtra: atque ĩ cęteris animalibus: cum enim cęteris senectute dentes nigrescant: equo cãdidiores redduutur. Planos ab acutis disterminant: qui canini appellantur: formę utrorũque participes: quippe qui infra latiusculi: supra acutiusculi sint. maribus dentes plures q̃ foeminis: ut ĩ genere hominũ: ouium: suum: caprarum patẽt. In cęteris nondum exploratum est. Quibus plures: hęc uiuaciora magna ex parte sũt. Quibus pauciores & rariores hęc magna ex parte uitę sunt breuioris.

HOmini nouissimi maxillares: quos gemĩos uocam⁹: circiter uicesimum annum gignuntur. Et uiris & mulieribus. Iam uero quibusdã mulieribus anno etiam octogesimo maxillares illi nouissimi: non sine dolore exierunt: uiris quoque idem euenisse accepimus. quod certe iis accidit quibus in iuuentute ipsi gemini nati non fuerint.

ELephãto dentes utrinque quatuor: quibus conficit cibum atque in farinę speciem molit. dico pręterea prominent grandes: quos mares grãdiores resimatosque habẽt foeminę minores: & contra q̃ mares. Vergũt enim deorsũ proniqne deuiant: statim cum natus est elephantus: dentes habet: quãq̃ grandes illos: non illico perspicuos obtinet.

LInguã perquã exiguam habet: atque interius positam quã in cęteris sit: ita ut uix eam uidere possis.

ORis etiam magnitudine discrimen existere animalibus planum est. aliis enim os rescissum: ut cani leoni: denique omnibus quibus dẽtes exerti. Aliis paruũ: ut homini

Aliis mediocre ut generi suum. equo fluuiatili quem gignit ęgyptus: iuba equi: ungula qualis bubus: rostrum resimum. Talus etiam inest bisulcorum modo dentes exerti: sed leuiter: cauda apri. Vox equi: magnitudo asini: tergoris crassitudo tanta: ut ex eo uęnabula faciāt interiora omnia: equi & asini similia.

SVnt quę natura ācipite partim hominem partim quadrupedem imitētur: uelut simię: Cębi: Canicipites. Sic enim cynocephalos appello. cębus: simia gerens caudam ē: Caniceps etiam eadem forma: qua simia est: sed maior ualidiorq; & facie caninę similior: unde & nomē accepit ad hęc moribus ferocioribus est: & dente robustiore caninoq; pro piore. Simia tam parte sui corporis prona pilosa est: ut pote quadrupes q̄ supina: ut speciem gerens hominis: qui contra atque quadrupedes obtinet pilū ut dictum iam est. Sed crassiore pilo simię uestiuntur: longeq; hirtiores parte utraque sunt: conueniunt cum homine plurimum sua facie. quippe quę nares: aures: dētes: tā primores q̄ maxillares hoīs more habeāt. cilium etiam cum cęterę quadrupedes nō ī utraq; palpebra habeant: Simię habent quāquam pretenue ac prolixius potissimum in inferiore. Cęterę enim quadrupedes inferioribus carent ciliis. habent simię in pectore binas mā marum pupillas. & brachia hominis modo: sed hirtiuscula quę & ipsa & pedes: ut homo inflectunt: hoc est ita ut circū ferentię membrorum utrorumque obuersę inter se adducātur. Ad hęc manus digitos: ungues homini similes. uerum omnia rudiora efferacioraque: pedes sui generis habent. sūt enim uelut manus maiusculę: & digitis ut manus constant medio lōgiore: uęstigium etiam manui simile ē: nisi quod in longum se porrigat: & uolam referens tendat ad postrēa: Callosius hoc altera sui parte extrema est: & calcem inepte atque exiliter imitatur. Pedum officium duplex ē: his enim & ut pedibus & ut manibus utuntur: inflectuntq; eosdē per inde ac manus. lacertos & femora habent breuia proportiōe cubitorm et tibiarum. Vmbilicū qui emineat nullū habēt:

Sed durum quiddam cōtinet loco umbilici. partem corpo-
ris superiorem multo maiorem habent q̄ inferiorem: uide-
licet more quadrupedum. quinarii enim fere ad ternariū ra-
tione constant. Degenerant ergo tum ea de causa: tum eti
am ꝙ pedes manibus habeant similes: & quasi ex manu
pedeque constitutos. Calcis enim postremum ad pedem.
reliquę autem particulę. ad manum facile referuntur: digiti
nanque uolę speciem gerunt: degunt plus temporis prone
quadrupedum more q̄ erectę: carēt natibus: ut pote quadru
pedes. priuatę cauda sunt: ut pote bipedes. exigua enim om
nino cauda inest: quatenus nota solum habeatur. Genitale
etiā foeminę mulieris ē: mari potius canis: q̄ hominis.

Caebi ut superius dixi: omnes tādam habent. partes ue
ro interiores humanis similes: genera hęc omnia con
tinent. partes animalium uiuiparorum exteriores ita se hēnt

Quadrupedes q̄ oua pariūt: eędēq; sanguinē hēnt (Ter
restre autem ac sanguinis particeps nullum oua aedit
quin idē aut quadrupes sit: aut pedibus careat omnino) om
nes caput: collū: dorsum: prona atque supina corporis pos
sident: pedes etiam priores posterioresque: & quod pectori
proportionetur: modo uiuipari quadrupedū generis. caudā
quoque habent longiorem: exceptis paucis: sed hęc omnia
pedes in plures digitos habent discretos: Ad hęc omnibus
his sensus totidem qnot cęteris quadrupedibus sūt: et līgua
omnibus data est: Excepto quem ęgyptus fert crocodilo:
nam ille similis quibusdam piscibus est. Cum enim pisces
omnino spinęam nec absolutam continent linguam: tū uel
maxime: nonnulli adeo lęuem indiscretumq; eum ipsum lin
guę tributum locum sortiuntur: ut nisi admodum labrum
diduxeris ne uestigium quidem linguę inspicere queas: Au
riculis tamen hęc oīa carent: meatusq; tātū habēt audiendi:
Carēt etiam mammis: nec genitale aut testes foris obtinent
manifestos: sed ītus conditos. nec pilo sed cortice oīa tecta
sūt. dētibus etiā serratis sūt oīa. Crocodilo fluuiatili oculi
suis: dentes magni exertiq;: ungues robusti: cutis corticosa.

cõtra oẽm ictũ in uicta: uisus ĩ aqua hebes: extra acerrimus. dies itaq; in terra pte maxĩa agit: noctes in aqua: teporis rõe tepidiorẽ enĩ aquã experit̃ q̃ aerẽ.

CHamęleo figura totius corporis lacertã plane repſentat: latera deorsũ ducta: uentri iũgũtur: ut piſcibus: & ſpina mõ piſciũ eminet. Roſtrũ ſimię porcarię ſimillimum cauda p̃ lõga in tenue deſinẽs: & lõge ĩplicata in ſe orbibus: lorimodo pmultis. elatior a terra ẽ q̃ lacerta: inflexus crurũ perĩde ut lacertę: pedes ſiguli bipartito ſecãt: pteſq; talẽ ĩter ſe hẽnt ſitũ: qualẽ pollex ad man⁹: reliquã ptẽ obiectũ. Sed ĩpe etiã reliq̃ ptes pauloten⁹ ĩ digitos quoſdã findũt: uidelicet primores triplici fiſſura ĩterius: duplici exteriuſ. poſteriores ĩterius duplici: exterius triplici: unguiculi adũci. Corpus aſpũ totũ: ut crocodilo: oculi in receſſu cauo: ĩtus recepti: pgrãdeſ rotũdi: cute ſimili atq; reliquũ corp⁹ obducti: media ſui pte pquã exigua detecti: qua uideãt: q̃ qdẽ uidẽdi ſedes nũq̃ cute operit̃: nec pupillę motu: ſed totius oculi uerſatiõe in orbẽ mutationẽq; quoquouerſus aſpicit q̃ uelit: mutat ſuũ colorẽ iflatus: Verũ & niger nõ lõge diſſimilis crocodilo ẽ: & pallidus: ut lacertę maculis diſtictus: ut pdus nigris. Mutat̃ color toto ĩ corpe: nam & oculi cõcolores reliquo corpori reddũtur: & cauda eũdẽ colorẽ accipit. motus enĩ piger admodũ ut teſtudinis ẽ: palleſcit cũ morit̃: defunctuſq; colorẽ eũdẽ ſeruat. Gulã atq; arteriã ſitu eodẽ cõtinet quo lacerta: carnẽ nuſquã niſi ĩ capite & maxillis: & poſtremo caudę admodũ exiguã poſſidet: nec alibi ſanguinẽ q̃ ĩ corde & oculis: & loco a corde ſupiore: & uenulis hinc tẽdẽtibus. uerũ nec in his qdẽ ulla copia ſed pauſillum hẽt ſanguinis. Cerebrũ paulo ſupius oculis poſitũ ẽ: & prope iis cõtiguũ. Cute aũt exteriore detracta: oculis quiddam lucẽs: ueluti ãnulus ęneus tenuis: nulla pala ĩterceptus cĩgit. Mẽbranę ĩ oĩs fere corporis ptes multę ac ualidę: lõgeq; firmiores q̃ in cęteris tẽdũt. Diſſectus hic totus ſpirare pterea diu põt motu admodũ exiguo: adhuc circa cordis ſedẽ extãte: & cũ oẽs corporis ptes cõtrahit: tum uel maxĩe coſtas

cogere atq; adducere pōt. Lienē cōspicuū nusq̄ cōtinet: subdit cauernas: & latitat more lacertarū.

IN auibus etiā ptes nōnullę similiter: atq; ī iis q̄ exposui in animalibus hn̄tur: oībus enī caput inest: & collū & dorsum & supina ps corporis: & quod pectori ꝓportionet. Crura etiā bina hoīs modo: sed q̄ in auersū flectāt: eodē ritu quo quadrupedes faciūt ut dictū iā est. Carēt manibus pedibusq; prioribus. peculiare inter cętera aīalia alas possidēt: & clunē femori similē lōgiorē: uentreq; medio tenus porrectū: cohęsiōe ꝑpetua: ita ut ipē diuulsū femur esse uideat. Sed eī femur pte alia iunctū tibię ē. sūt femora sane maxīa iis auibus q̄ ungues hn̄t aduncos: & pectus q̄ cęteris robustius: copia oībus auib⁹ unguiū est: multifide etiā oēs quodā modo sūt. q̄ppe cū pars maxīa digitata sit: & nātes q̄uis planipedes: tamē & ipsę digitos pfectos distinctosq; habeant: oībus q̄ se efferant: quaterni digiti dati sūt: terni in priore pte: singuli in posteriore: maxīa ex pte ꝓ calce paucis quibusdā utrinq; bini: ut auiculę q̄ Iyncē uocāt: hęc paulo maior q̄ fringilla est: colore uario: habet sibi ꝓpriā digitorū quā modo dixi dispositionē & līguā serpentibus similē. q̄ppe quā ī lōgitudinē mēsura quattuor digitorū porrigat: rursumq; cōtrahat intra rostrū. Collū etiā circūagit in auersū: reliquo q̄escēte corpore mō serpentū: unde torq̄lla uulgo appellata est. quāq̄ turbo ab antiq̄s: ungues ei grādes: & similes ut monedulis exeūt: uoce aūt stridet: os sibi proprium uolucres possidēt. nō enī labra: nō dentes sed rostrū hn̄t. auriculis etiam carent: & naribus. meatusq; odorandi in rostro cōtinent: audiendi in capite: oculi omnibus sicut cęteris aīalibus bini: sine ciliis. Grauiores palpebra īferiore cōniuēt: Metāt oēs ab angulo obeunte mēbrana: At uero q̄ spēm noctuę gerunt: superiore etiā palpebra cōniuēt. hoc idē cortice intecta aīalia quoq; faciūt: ut lacertę & reliqua generis eiusdē: cōniuēt enim palpebra inferiore oīa: quāq̄ nō more auiū metant. Volucres item nō piles nō squama nō cortice sed pēnis tegūt. pēnę oēs caule cōstant. Cauda etiā tali qualis data quadrupedibus est: uolucres carent: Sed pēnis conditam gerūt: breuē q̄ lōgipedes

palmipedes

torquilla turbo

mictantur

ac palmipedes sunt: maiorem autem quę e contrario constant quę uel contractis ad uentrem pedibus uolant. Cum illę caudę pusillę: gerulę: porrectis in caudam cruribus ferantur. lingua omnibus est sed uarie: Aliis enim longa: aliis breuis: aliis lata: aliis angusta. omnium maxime animalium post hominē litteras proferrę nonnulla auium genera queunt: uidelicet ea precipue: quibus lingua latior est: linguam autem illam minorem operiendi ministram: nullum ex iis quę oua pariunt sup impositam suę arteriae continet sed meatum ipsum modo trahunt: modo laxant pro sui commodi desiderio: atque ita efficitur: nequid ponderis in pulmonem delabatur. Sūt nōnulla ex auibus genera quibus natura calcar etiam dederit: sed nulli datum hoc est cui ungues adunci sint. uolaces porro notantur: quę ungues habent aduncos: calcarigerę quę prę sua grauitate sint ad uolādum ineptiores. Ad hęc auium nonnullis crista addita est: quā cum cęterę pennarum eminentia quadam extructam gerant. Gallinaceus unus peculiarem sibi sortitus est. sic enim institutam: ut nec caro sit nec a natura carnis omnino aliena.

Piscium genus inter ea quę aquas incolunt unum distingui a cęteris iure pōt: cū forma euariet numerosiore. hēt id caput: & prona: & supina. parte qua uenter & uiscera cōtinētur: supina habet. caudam continuam indiuisamq; parte gerit posteriore uarie. piscium nulli ceruix: nulli manus aut pedes: nulli testes: nulli māmę. Sed mamma cęteris quoq; negata est omnibus: quę animal neqant generare: nec uero uiuiparis omnibus data est. Sed iis tantū: quę protinus intra se animal formant: nec primum ouum: deīde animal. Vnde fit ut delphin9 etiam mammas habeat: animal enim cōcipit ilico: & creat. Cōtinet hic suas mammas non parte superiore: sed prope genitale: nec modo quadrupedum papillas conspicuas hēt: sed uelut alueolos quosdam humoris duos: utroque de latere: singularem: e quibus lac fluit: quod ore catulorum sectantium parētem excipiatur: idque iam a nonnullis perspectum est: pisces igitur mō dixi: nec māmas hēnt: neq; meatū gēitaliū ullū stus

cõspicuũ:brãchias aũt rẽ hẽnt peculiarẽ:qb⁹ hũorẽ quẽ ore ac
ceperit reddũt:atq; etiã pĩnas quas magna ex pte quaternas ge
runt: Attamen longis:ut anguillę:binę iuxta brancbias hęrẽt.
mugilibus etiã quos lacus siphárũ gignit binę:atque etiam ei
quã uittã appellãt.nõnullis e longis nullę omnino sunt pinnę
ut murenę:nec branchię integrę ut cęteris piscibus habentur.
qui autem branchias habent:aut intectas continent eas:aut de
tectas:ut cartilaginea genera omnia. Qui intectas habent:iis
in obliquum utroque latere tenentur. Quę tegumento carent
cartilaginea dico:iis si plana sunt parte ĩferiore:supinaque ha-
bentnr: ut torpedini:ut raię.sed si oblonga sunt: eorum lateri
bus adherent:ut ĩ quouis mustelino genere cernitur. Raia tam
& si deductas in latera habet branchias:tamen non spineo ĩte
ctas operimento:ut quę non cartilaginea sunt: sed cuticulari.
Item branchiatorum ipsorum: aliis simplices branchię sunt:
aliis duplices:omnibus tamen simplex quę nouissima corpo-
ri admota est: & aliis paucę aliis multę.uerum in utrunque la-
tus ęque partitę omnibus sũt: habent quibus paucissimę sũt:
singulas brãchias utrinque easque duplices: ut aper. aliis binę
utrinque:alterę simplices:alterę duplices:ut congro:ut scaro:
aliis quaternę utrinque simplices:ut accipenseri:dentici: mure
nę:anguillę:aliis quaternę duplici ordine: nouissima excepta:
ut Turdo percę:Siluro:ciprino. Musteligenis etiam duplices:
& quinę utraque ex parte sunt. gladio a Rostri mucrone ita
appellato:octonę duplices. Ita branchiarum. colligitur nume
rus:Sed preter branchiarum discrimen pisces a cęteris animali
bus differunt:eo ꝙ non pilis ut terrestria:quę animal generãt:
non cortice:ut nonnullę oua parientes quadrupedes:non pen-
na ut genus auium integuntur: sed plurimi squamosi sunt:
pauci quidam scabri: paucissimi lęues. Ergo cartilagineorum
alia aspera: alia leuia sunt. Cõgri etiam & anguillę & Thun-
ni lęues sunt: dentes omnia piscium genera habent serratos:
pectinatimque coeũtes: excepto scaro:ac oĩa serie dẽtiũ acuta
atq; multiplici fulciũt:ĩ lingua etiã dẽtes nõnullis:ligũa aũt ip
sã durã & pęne spineã hẽnt:& ita adhęrẽtẽ ut ĩterdũ carẽ ligua

uideãtur: Os resciſſum ut nõnullis ouipariſ quadrupedib⁹ ē: ꝑtes audiendi: odorandi deniq;: ſentiendi nullę cõſpicuę: ꝑter ꝙ oculi habētur: latēt etiã meatus qbus ſētire neceſſe ſit: oculi omnibus ſine palpebris: ſed nõ duri. Eſt omne ſane piſciũ genus: ſãguinis ꝑticeps: diſcrimine aũt ꝑtus ſic diſcrepãt: ut alii oua pariãt: alii animal. pariũt oua oēs: q ſquama cõtegũt: Animal oēs q genere cartilagineo cõtinent: excepta rana.

R Eliquũ ex iis quę ſãguinē hēnt animalibus: genus ſerpētum ē: quod cõmune ãbobus ſuperioribus eſſe põt. ſũt enĩ alii terreſtres: alii aquatiles: q̃q̃ maxĩa ps ſit terreſtris. exigua uero aquatilis. ſ. fluminũ incola. ſũt etiã maris indigenę ſerpentes terreſtribus ſimiles: niſi ꝙ caput habeant cõgri. & qdem genera eorũ cõplura ſunt: colore numeroſę uarietatis. naſci eoſ nõ in altiſſimis gurgitibus certũ eſt. Scolopendras etiã quas cõtipedes uoco: maris in colas eſſe nouimus. ſpetie terreſtribus ſimiles: magnitudĩe paulo minores: colore rubētiores numero pedum copioſiores: & crurũ tenuitate graciliores: naſci locis ſaxoſis ſolent: & mõ ſerpentũ: nõ magna altitudine gurgitũ. Caret pedib⁹ genus omne ſerpētũ: ut piſces: nã remoram errore nõnulli pedes habere ꝓdiderũt: expes enĩ oĩno eſt: ſed quoniã pinnas hēat pedibus ſimiles: hinc fit ut pedibus inſtare uideaṫ: piſciculus qdã hęc ē: ſaxis aſſuetus: ĩ cibos nõ admittendus: nomē a remorãdis nauibus adeptus: utilis ad iudiciorũ cauſas & amatoria ueneficia ut aliq uolũt. ꝑtes exteriores ſanguineorũ aĩaliũ q̃ nã ſint: & quot numero: & qbus ĩter ſe differentiis diſſonent explicatum iam eſt.

N Vnc ĩteriorum ordinem ꝑſequemur: & primum in eo genere quod ſanguine cõſtat. hac enim ratione ſumma genera a cęteris differũt: ꝙ hęc ſanguinea ſũt: illa exanguia. ſãguine prędita ſũt: homo & quadrupedes q̃ aĩal ouum ue pariunt: atq; etiam aues: piſces: cetę: & ſi quid aliud uacanſ noĩe quoniã genuſ nõ ſit. Sed ſpẽs ſĩplex ĩ ſingulis ĩtelligaṫ ut ſerpẽſ: ut crocodiluſ. Igiṫ q̃ quadrupedeſ uiuiparę ſunt: iiſ gula atq; arteria oĩbuſ eſt: & eodē ſitu quo hoĩ. Ouipariſ etiã quadrupedib⁹ atq; auib⁹ eadē illa adiũcta uidem⁹ ſed diſcrimē

ſpecies affert earũ ptiũ: deniq; oĩa q̃ aerẽ accipiũt. & reddũt: hẽt pulmonẽ: arteriam: gulã & ſitũ gulę: atq; arterię ſimilẽ: quãq̃ eas ptes diſſimiles: pulmonẽ aũt ne ſitu qdẽ ſimili cõ tinent. Cor itẽ oĩbus ẽ: qb⁹ ſanguis & ſeptũ trãſuerſũ quod pcordia & cinctus appellat̃: uerũ hoc ĩ minutis pſua tenuita te exiguitateq;: nõ ęque ſpectari põt: niſi in corde. peculiare eſt: quod de nõnullis bubus pditũ ẽ: genus. n. quoddã boũ ſuo in corde oſſiculũ cõtinere aiũt. At uero pulmo nõ oĩb⁹ datuſ ẽ. piſces. n. & oĩno q̃ brãchias hẽnt: carent pulmõe. Ie cur in oĩbus ẽ ĩ qbus ſanguis. Lien magna ex parte oĩbus: q bus ſanguis: ſed magnę pti eorũ q̃ nõ aĩal ſed oua pariũt. li en uſq; adeo exiguus ẽ: ut ppemodũ ſenſũ effugiat: quod magna in pte auiũ experimur: uerbi cã in colũbis: miluis: ac cipitrib⁹: noctuis. Capriceps auis liene oĩo caret. In quadru pedibus etiã ouiparis ſimilis ratio eſt. nã ea quoq; admodũ exiguũ hẽnt lienẽ. ut teſtudo: Mus aquatilis: rubeta: lacerta: crocodilus: rana. Fęl aliis adnectitur iecori: aliis minime. ex genere. n. quadrupedũ q̃ aĩal generãt ceruo & damę deeſſe notatũ ẽ: atq; etiã equo: mulo: aſĩo: uitulo marĩo: & muriũ nõnullis ceruis achainis cognoĩe: fęl cõtineri ĩ cauda credit̃: ẽ quod ibi cõtineri aiũt: colore qdẽ ſimile fęlli: ſed nõ ita ut fęl humidũ ſed lieni ſimile parte interiore. Vermes tamen cerui cõtinẽt oẽs ſuo in capite uiuoſ: q naſci ſolẽt ſub lĩgua in concauo circiter uertebram: qua ceruici ĩnectit̃ caput: ma gnitudine haud minores his uermibuſ quos maxĩos carnes putres ediderĩt. Gigni uniuerſi atq; cõtigui ſolent numero adeo circiter uigĩti. Sed ceruus fęlle ut dictũ ẽ uacat: q̃q̃ eius ĩteſtinũ amarũ adeo eſt: ut ne a canibus quidẽ attingat̃: niſi ceruus prępingui s ſit. elephanto etiã iecur ſine fęlle: inciſo tamẽ pte qua fel adhęrere ſolet: humor felleus effluit plus minus. Delphinus inter ea q̃ mare excipiũt: pulmonẽq; hẽnt unus fęlle priuatus eſt. aueſ piſceſque omnes fel habent: & quadrupedes quę oua pariunt: dixerim in uniuerſum: omẽs aut pl⁹ aut minus fęllis ſortiũt̃: ſed piſciũ: aliis ĩ iecore poſi tũ ẽ: ut muſteligẽis: & ſiluro: & ſquatię: lęuiraię: torpedini

atq; ex lõgis anguillę:acui:libellę:pulchro etiã,ĩ iecore inest
ꝓportõe corpis maxime oĩum copiosũ:aliis ĩtestino ãnex-
um est:depẽdẽs a iecore meatibus qbusdã ꝑpetuis sũmę te-
nuitatis.Ergo hamia suo ĩtestino pari ꝓcessu obductũ hẽt:
sępe etiã replicatũ.Reduxq; aliquatenus : reliqs collectim ĩ
testinis cõmissũ ẽ:aut semotius a iecore:aut ꝓpius:ut raię:
accipẽseri:dentici:murenę:gladio.Sępe etiã genus idẽ utrũ-
que patit̃ sitũ: ut conger: aliis. n.ad iecur : aliis infra se posi
tũ adhęret: quod etiã ĩ auibus parimodo ꝓspectũ ẽ:aliis.n.
uentri:aliis ĩtestino iũgit̃:ut colũbę:coruo:coturnici:hirũdi
ni:passeri:aliis iecori simul & uẽtri:ut capricipiti: Aliis ieco
ri simul & ĩtestino:ut accipitri:miluo.

Renes atq; uesicã oẽs q̃ aĩal generãt quadrupedes possi
dent.At uero ex his quę oua pariũt:aues piscesq; non
habent.Quadrupedũ una testudo marina hẽt:magnitudine
ad cęterarũ ꝑtiũ rõnẽ:similes bubulis renes ei oĩno adhęrẽt
quasi ex multis exiguis cõstituti. Bonasus etiã ĩteriora oĩa
bub9similia cõtinet:sit9 idẽ earũ ꝑtiũ ẽ oĩb9 q̃ ex his cõstãt

Cor ꝓrsus in medio pectore omĩbus ꝑter q̃ in hoĩe est.
huic enĩ ꝑti potius leuę cõmissũ ẽ:ut ãte exposui . Ten
dit oĩbus priorẽ ĩ ꝑtẽ suo turbinato mucrone:ꝑter quã pisci
bus.his.n.nõ ita eẽ uideri põt. Cũ eorũ cor suũ mucronem
nõ ad pectus spectãtẽ:sed ad os hẽat.extremũq; inde pẽdẽs
qua brãchię dextrę atq; sinistrę ĩter se coeũt copulãt̃q;.sunt
etiã meatus alii de corde ad branchias tẽdẽtes singulas pro
desiderio magnitudĩs:hoc ẽ maioribus laxiores: mĩoribus
arctiores ĩter quos crassa admodũ: & cãdida fistula ẽ: q̃ de
cordis extremo orit̃.Gula paucis ĩ piscibus ĩest:ut cõgro:an
guillę. hisq; exigua & iecur q hẽnt :si nõ fissũ ẽ: dextro late
re totũ cõtinet̃.Sin fissũ a pricipio usq; dextro maior ꝑs ap-
plicata ẽ.qbusdã enĩ ꝑtes sepositę sũt:nec eadẽ certa origĩe
cõtinẽt̃:ut ĩter pisces mustelino generi: & ĩter quadrupedes
leporũ generi cuidã:quod tũ alibi:tũ etiã ĩ sycino agro cir-
citer bolbam lacum gignitur .quippe quos bina habere ieci
nera credideris:quoniam meatus procul ammodum coeãt.

Quod idem uel in pulmone ſpectare auium licet. lien etiam
p̄ti ſiniſtre adnectiť iecori aduerſus: ſitu ualet iuſto naturę
quo ſi qua diſiecta quadrupede lienem latere contineri de-
xtro: iecur ſiniſtro uiſum eſt: prodigioſe id eueniſſe putan-
dum. Tēdit arteria omnibus ad pulmonem quemadmodū
poſt explicabimus. gula ad uentrem perfertur: tranſigiēs ſe-
ptum tranſuerſum ſcilicet in his quę habeant gulam neceſſe
eſt. piſces enim magna ex parte gula carēt: ut dictum ē. quo
circa ſepius euenit grandibus nonnullis: ut dum per impetū
inſectantur minores: uentriculus in os procidat. Habēt om
nia quę adhuc enumeraui: uentrem ſitu conſimili. ſepto enī
tranſuerſo continuo ſubeſt: inteſtinumque de eo porrectū
finit ad exitum cibi: & eam partem quę podex dicitur. Sed
uentris diſſimilitudo: primum quod quadrupedes uiuiparę
cornigerę altera maxilla dētatę: quaternos eiuſmodi habēt
ſinus: quę quidem & ruminare dicnntur. Gula enim īcipiēs
ab ore deorſum tendit ad pulmonem: ſeptumque tranſuer-
ſum. hinc ſe ad uentrem applicat maiorem: qui parte interio
re aſper interceptuſque eſt: ac prope gulę commiſſuram. Si
num ſibi adnexum habet: quem ex argumento reticulum
uocant. eſt enim uentri extrinſecus ſimilis: ītus reticulis mu
lierū implexis: magnitudine multo: quā uenter minor. hunc
excipit omaſum parte interiore aſperum cancellatum: cru-
ſtatū magnitudine reticuli. Abomaſum uenter ab eo alius
iungitur. magnitudine amplior omaſo: forma oblongior:
cancellis intus & cruſtis multis magnis: & leuibus innorma
tus: mox inteſtinum iam ſequitur. Cornigera altera maxilla
dentata: omnia ad hunc modum ſuum habere uentrem cer-
tum eſt: Sed differunt inter ſe magnitudine aut figura: atq;
etiam quod gula uel in medium uentris tendat uel in latus
uergat: At uero omnia dentata maxilla utraq; uentres ſingu
los habent ut homo: canis: ſus: urſus: leo: lupus: Quinetiam
Thos quē lupū ceruariū appellē: ī terna oīa lupi ſimilia hēt.
his igiť oīb⁹ ſiplex uētricul⁹ ē quē excipit īteſtinū: uerū aliis
āplior: ut ſui: ut urſo: & ſuillo q̄dē cruſtę leues paucióes ſūt

Reticulum
Omasum
Abomasum

Aliis artior nec multo amplior intestino ut cani: leoni: homini. Cęterorū etiam species omnium respectu eorū quos modo enumeraui: distinguuntur. Aliis enim uenter suillo similis: aliis canino tam in maiore q̃ in minore animalium genere: Sed discrimen in his quoq; magnitudine figura corpulentia exilitateuę oritur: atque etiam situ gulę quo meatū ad uentrem ducat & conuio iungatur foramini. Intestinorū etiam natura utrique illi animalium generi: hoc est utraque dentato: & altera maxilla dentato: sibi differt magnitudine crassitudine replicamentis. Sunt certe maiora omnia intestina non utrinque dentatis: nec immerito. nam ipsa ita dentata omnia sunt auctiora: pauca enim parua eo in genere habentur. Admodum paruum inter cornigera nullum ē. Quibusdam etiam appendices sunt intestinorum. Rectum autem intestinum nulli est: cui non parte utraque dentes. Elephanto ītestinum ita est sinuosum: ut aluos habere quatuor uideatur: in hoc etiam cibus recipitur. Nullum enim conceptaculum cibi aliud separatim adest. Exta quoque eidem suillis proxima: sed maiora. Iecur enim quadruplo maius bubulo est. Et reliqua pari ratione: excepto liene. hic enim minor ex proportione est. Hęc eadem ratio uentris intestinorumque uel in ouiparis quadrupedibus est: ut intestudine: tum terrestri: tū etiam marina in lacerto: crocodilo utroque. omnibus denique generis eiusdem. Simplicem enim unumque habent uentrem: aut canino: aut suillo similem. Genus serpentum nualla euariat ratione: & omnia fere proxima lacertis ex terrestri ouiparo genere habere spectes: si pedes his demas: longitudinem addas. Quippe quod in tectum cortice sit: & prona supinaque perinde atq; lacerti habeat: sed testib9 caret: nec alio modo q̃ pisces. meatus duos coeuntes in idem: & uuluam longam ac bifidā habēt: cętera interna eadem serpentibus sunt quę lacertis. Verum oīa earum uiscera: propter lōgitudinē & āgustiā corporis: lōga arctaq; habēt: ita ut dignosci: prę suę figurę dissimilitudīe nō q̄ant. Arteria nāq; lōga admodū ē: atq; etiā gula lōgior

Arteriȩ origo ita iuxta os ipsum posita est: ut eē sub lingua uideatur. Et quidem uidetur līguȩ preminere: quoniam lingua contrahitur: nec ut cȩteris manet. Lingua autem ipsa tenuis: longa & atri coloris est: atque si extrahas porrigi longius potest. peculiare prȩter cȩterorum linguas: serpentibus & lacertis est: Vt summa eorum lingua bifida sit. sed precipue serpētum. quippe quȩ tenuissimis quibusdam quasi capillamentis: discreta uibretur. Vitulo etiam marino lingua scissa est. Ventriculū serpētes: uelut intestinum: laxius habent canino similem. tum intestinum longum: tenue: & ad exitum usque uniforme. Cor arteriȩ postremȩ adhȩret exigunm: sed longum: & renum speciem referens: quamobrem uideri interdum potest minus mucronem suum dirigere ad pectus. Pulmo deinde adnectitur simplex fibrosus fistulosus plōgus: longeque a corde sepositus. Iecur itē lōgum & simplex. Sed lien exiguus rotundusque ut lacertis. Fel similiter atq; ī piscibus habetur: natricibus enim adnexum iecori est cȩteris intestino magna ex parte adhȩret. Dētes exerti omnibus sunt. Costȩ totidem quot dies mensem integrum complent. singulis enim tricenȩ. Euenire serpentibus idem quod pullis hirūdinum nonnulli aiunt: oculis. n. serpentum laceratis subnasci alios referunt. caudȩ etiam lacertis atque serpentibus āputatȩ renascuntur: Hȩc eadem ratio intestinorum & uentris piscium quoque est. uēter enim his unus & simplex sed figura uaria est: nonnullis enim diuersa omnino species uentris est. ut ei quem scarum uocant qui & ruminare solus pisciū creditur: intestinum etiam simplex replicans se: quod in unum cōtinuumque resoluatur. Peculiare auibus & magna ex parte piscibus appendicum agnatio est. Sed auibus subter & pauce piscibus superne circa uētriculum exeunt & nōnullis. Complures ut Gobioni: Mustelo: percȩ: scorpioni: fidiculae: Nulo: Sparo: Mugili: Cui parte altera plures exeunt: altera una tātum: aliis paucȩ ut Iecorino: Glauco: Auratȩ etiā paucȩ: Tū autē ipsi eiusdē spēi cōsortes īter se differūt. Auratarū enim aliis plures aliis

Ingluvies

paucíores:ſunt etiam quibus nullę omnino ſint:ut magnę:
cartilagineorum parti:cęteris ita ut aliis pauce:aliis uel pluri
me habeantur: Omnes tamen piſces ad ipſum uentrem eas
appendices continent. Aues & inter ſe ipſas differre & a cęte
ris diſcrepare animalibus interiorum partium ratione aper-
tum eſt. Aliis enim ingluuies prępoſita uētriculo eſt ut gal
linaceo palumbo:columbo: perdici: Ingluuies cutis ī āplū
ſinuata eſt:qua primum cibus īgeſtus continetur incoctus.
hęc parte qua iungitur gulę anguſtior eſt mox amplior: Tū
qua deſinūt: Inuentriculū arctior.uentriculus parti plurime
carnoſus calloſuſq; eſt:cutę intus robuſta:cruſtatuſq; faci-
le detrahi integra poteſt:aliis ingluuies deeſt. Sed eius uice
gula pertinet latior & potētior:uel tota uel qua propius uē-
triculum adit ut monedulę coruo coturnici:Quinetiam co
turnici gula amplior infra & capricipiti pars inferior: paulo
latior eſt:atque etiam noctuę:At anati: Anſeri:Gauię:catar
ractę: Tarde: gula tota ampla & lata eſt. Multis etiam aliis
auibus gulam huiuſmodi eſſe perſpectum eſt. Nec deſunt
qbus uētriculus ipſe ſimilis ſit Ingluuiei:ut tinunculo. Sūt
item quibus neq; gula neque gluuies amplior ſit: Sed uētri
culus longior ſcilicet auiculis omnibus qualis paſſer aut hir
undo ē. Sunt etiam quanuis paucę q̄ ingluuiei guleq; ampli
tudine careant. longitudine aūt admodū prolixa utantur:
uidelicet quę longa anguſtaq; colla habent:ut porphyrio: q̄
ferę omnes alui excrementum humidiuſ q̄ cętere ſolent reii
ciunt:Coturnici pręcęteris hęc propria habētur: ut & inglu-
uiem & gulam prope uentriculum amplam & latam habeat
Diſtat ingluuies a parte gulę propinqua uentriculo multū
pro magnitudinis proportione. Tenue quoq; inteſtinū pte
plurimę auium eſt:& ſimplex reſolui poteſt. Appēdices au
tem ille paucę ī auibus ſunt:ut dictum eſt nec ſupra ut in pi-
ſcibus:Sed infra qua deſinit inteſtinum habent eas non om
nes ſed plurimę ut Gallinaceus:perdix:Anas: ciconia: aſca-
laphus:anſer:olor.tarda noctua:minoris etiam generis nō-
nullę habent ſed perexigue ut paſſer.

ARISTOTELIS DE HISTORIA ANIMALIVM LIBER TERTIVS INTERPRETE THEODORO·

DE CAETERIS INTERIORIBus Partibus quot nam aut quales sint & quas ĩter se habeant differẽtias: dictum iam est. Restat ut de his quę ad generationem ministrãt disseramus. Ergo & femininis õnibus intus cõditę habentur. maribus autem multiplici differentia euariãt: Nam ĩter animalia sanguinei generis aliis testes nulli omnino sunt Aliis sunt quidem: Sed intus & iis quę intus continent: aut lumbis adhęrent: circiter sedem renum: aut aluo crediti sunt: aliis foris dependent: quibus genitale: aut aluo annexum sustinetur: aut demissum pendet cum testibus: nec uero modo eodem ad aluum omnibus continetur: Sed aliter iis qui exaduerso mingunt: Aliter his qui exauerso: piscium igitur nulli sunt testes: nec cęteris quibus branchię: neq; ulli serpentum: nulli deniq; quod pedibus careat nisi intra se formare animal possit: Auibus testes dati omnibus sunt: non tamen qui foris pendeãt: sed qui intus adhęreant: lumbis: quomodo quadrupedibus quoq; ouiparis habent: ut lacerto testudini crocodilo & inter ea quę animal generant: herinaceo. Quę autem intus continẽt iis ad aluum nectuntur: ut delphino ex his quę pedibus uacant: ut elephãto: ex iis quę quadrupedes uiuiparę sũt Cęteris conspicuos esse testes natura uoluit: discrimẽ autem eorum qui ad aluum aut locum proximum positi in ꝓpatulo sunt: diximus: Aut enim hęrent annexi retro: nec tremuli pẽdent: ut suibus: aut ante propensi demissiq; geruntur: ut homini: pisces ut modo dixi & serpentes testibus carent. Sed meatus continent binos: q de sępto exorti latus; spinę utrũq; perreptent: coeantq; superne in unum: atq; ita ad hostium excremẽti finiant: quod enim ad spinam est: id supius nomino. pleni hi meatus humoris foetifici reddũtur: tempore coitus attrituq; mutuo semen effluit genitale candidum: Sed quibus

nã ipſi inter ſe differẽtiis diſcrepẽt in diſſectõibus ſpeculari
oportet: nos etiã diligentius poſt exponemus: cũ ſua ſingulis
reddiderimus: omnibus autẽ quę oua ędũt: ſiue bipeda ſiue
quadrupeda ſunt: teſtes lumbis innexi infra ſeptum cõtinent
uel cãdidiores uel pallidiores: Venulis admodũ tenuibus cir
cundati: meatus de ſingulis ſinguli ptinent: eodemq; coeunt
ſupra hoſtium excremẽti: ſicut agi ĩ piſcibus dictum eſt: iſq;
meatus qui ex coitu amborum conſiſtit genitale eſt: quod in
minoribus latet: ĩ maioribus uero anſerem dico & reliqua hu
iuſcemodi euidẽtius eſt: cum recens inierint: Meatus autem
tam his q̃ piſcibus lumbis adhęrẽt: ſubter aluum uentrem &
inteſtina: inter uenam maiorẽ de qua meatus ad teſtẽ ptinent
utrunq;: ſed ut piſcibus lentor ille prolificus tempore initus
haberi ſentitur: meatuſq; latiſſime patent: ubi uero ad tẽpus
pręteriit incerti uel meatus: ipſi interdum reddunt: Sic auiũ
teſtes: prius q̃ coire incipiant: aliis exigui: aliis õnino obſcuri
ſunt: At uero cum uenerem exercent inſigni tantiſper magni
tudine augentur: quod apertiſſime palumbis: & perdicibus
euenit: atq; ita ut hybernis menſibuſne ullos quidem teſtes ĩ
his haberi nõnulli arbitrẽt: Quibus autem parti priori teſtes
cõmiſſi ſunt: his aut intus iuxta aluum conduntur: ut delphi
no: aut foris in aperto ultima aluo poſiti ſunt: quibus utriſq;
cum cętera ſint eadem: unũ illud diſcrimen exiſtit: quod quę
ĩtus cõtinent ſuos teſtes: nulla cute habẽt obductos: quę aũt
foris: hęc coniectos in cõceptaculum: quod ſcortum uocamus
gerunt: Teſtes uero ipſi omnibus greſſilibus uiuiparis ſunt;
ad hunc modũ: meatus duo uenales ad capita teſtium de uena
a horta pertendunt: & alii totidem a renibus eodẽ deueniunt:
ſed hi ſanguinolenti: illi quos mittit a horta exangues ſunt:
a capite autem ipſorum teſtium meatus excipit ſpiſſior illo ſu
periore atq; neruoſior: q progreſſus per teſtem flectit ſeſe ĩde
& caput eiuſdem repetit: unde rurſus in idem coeunt: & ĩ pte
priore ſubeunt genitale: Qui caput repetunt: ipſi tã cõtinua
membrana obuelantur; Cum iis qui reſidẽt teſtibus ut unus
eſſe meatus uideantur: niſi membranę diuortium feceris:

humorem adhuc ſanguineũ cõtinet is qui reſidet: ſed minus q̃ illi ſuperiores: At uero qui reuerſi ceruicẽ ſubeunt genitalis: humorem iam habent candicãtem: Quinetiam de ueſica meatus perfertur: & ſe ad ceruicem applicat: quem ueluti putamẽ cannaliculatum ambit id quod penẽ uocamus: ſpecta ea quę dixi deſcriptione hac: ſit.a.initium meatuum: qui de a horta ꝓficiſcuntur.c c.meatus deſcẽdentes: ad capita teſtium.d d. qui ab his aſſident teſtibus.b b. qui repetunt ſcilicet quibus humor candicans continetᷣ.e.genitale.f.ueſica.o o.teſtes.Exciſis detractiſue teſtibus: meatus ſurſũ ſe retrahunt: caſtrare ſolent duobus modis: aut enim teſtes nouellos adhuc frãgũt: aut adultos iam firmoſq; excidunt: Taurum aliquãdo exciſũ initu protinus acto: progeneraſſe traditũ eſt: Teſtes aĩalium ita ſe habere cognitũ ẽ: Vuluę ſiue uteri nec eodẽ ſitu habẽtᷣ nec ſimiles oĩum ſũt: ſed differũt ĩter ſe: tũ eorũ quę animal generãt: tum illorũ quę oua pariũt: habẽt oẽſq; iuxta genitale continentur: ſinus geminos alterum in latere dextro: alterum ĩ ſiniſtro: Initium uero unum eſt: Et cõmune hoſtium quaſi ceruix carnoſa ãmodũ: cartilagĩeaq;: ꝑti plurĩę auctiſſimęq; animantium tributum eſt: pars uuluę interior loci: & uterus appellatur: unde fratres uterinos cognominamus: oſtiũ autẽ & ceruix matrix dicitur: Sed bipedes atq; etiam quadrupedes quę animal procreant: omnes uuluam aut uterum infra ſęptũ tranſuerſum continent: ut homo: canis: ſus: equus: bos: Cornigera quoq; omnia ſitum habẽt eundem: extrema plurimarũ uuluarum quę cornua uocant: inuolui perſpectũ eſt: At eorũ quę oua edunt: ſitus nõ ſimilis omniũ eſt: Sed auium uuluę iuxta ſęptũ annexę ſunt: piſcium infra ſicut bipedũ aut quadrupedum quę aĩal pariunt: Sed tenues & mẽbrana cõſtãtes & longę: ita ut in minutiſſimis piſciculis ſinũ uuluę utrunq; iungi in faciem oui unius uideatᷣ: quãq̃ bina habeant oua hi piſces quorũ ouũ arenidũ eſt: nõ enim continuũ ſed quoddã arenulentum eſt: ita diffundi in multa poteſt: uulua auiũ ceruicem habet carnoſam calloſamq; parte inferiore: At ſuperne qua ſępto iungitur: membrana conſtat: & prętenuis adeo eſt:

Loci & uterus
uterini
matrix

ut oua extra uuluam eſſe exiſtimes : Auibus ergo auctoribus
membrana conſpectior eſt: & per ceruicem inflata extollitur:
atq; ſinuatur: At in minoribus obſcuriora hęc omnia habent:
quadrupedum quoq; ouipararum hęc eadem ratio uuluę eſt :
ut teſtudinis: lacertę: ranę: reliquorũ generis eiuſdẽ: Enĩuero
ceruix una in uno & carnulentior eſt: fiſſura autem & oua pro
xima ſępto ſuſtinentur: Necnon ea quę in genere pedibus pri
uato animal ędunt in lucẽ: poſtea q̃ oua ĩter ſe pepererunt: ut
muſteli: & reliqua cartilaginea dicta (quicquid enĩ inter mari
na pedibus orbatum: & branchias habẽs animal generat: ſub
eo nomine intelligitur) iis uulua partita pertinenſq; ad ſęptũ
quomodo auibus eſt: Atq; etiam de medio ſui bipartiti ſinus
artior ad ſęptũ uſq; pertendit: ac oua tam id: q̃ ſupra ad ſępti
originem conſiſtũt: mox prolaxa in ſpatiũ latius foetus aĩales
excludunt: Sed eorum ipſorũ differentia uuluę: qua tũ inter ſe
tum uero a cęteris piſcibus diſcrepent: Accuratius p diſſectõ
nes ſpectari figuris ſingulis poteſt: Serpentes etiã tam ab his
ſupradictis q̃ inter ſe differre apertum eſt : Vipera enim aĩal
ędit poſtq̃ intra ſe oua peperit: Cum cętera ſerpentum omnia
genera oua edãt in lucem : quo fit ut uiperę uni uulua ſimilis
ut cartilagineis ſit : Tendit porro ſerpentibus uulua ꝓlixior
modo corporis exorſa inferius uno cõtinua meatu: diductaq;
in latus ſpinę utriq; quaſi duplex meatus uſq; ad ſęptum: In
qua oua ordinatim gignũtur & ędi inde non ſingulatim: ſed
ſerie cõtinente ſolent : uulua omnibus quę & intra ſe & foras
animal generãt ſupra aluũ poſita eſt : quę oua pariũt iis infra
lumbis adhęret: Quę animal edũt in lucem: cum intra ſe oua
generarunt iis ãceps ratio eſt : nam & infra lumbis adiũgitur
ea pars uuluę qua oua continentur: & ſupra inteſtina oſtium
eius ſuſtinet: Ad hęc diſcrimẽ uuluarũ ẽ: ꝙ cornigera & una
pte dentata acetabula habẽt uuluę: dum partũ gerũt atq; etiã
pte utraq; dentatorum: lepus: mus: ueſpertilio: eadem illa ace-
tabula ſuis continent locis : At cętera utrinq; dentata aĩmalis
fęcunda pedibus prędita: uuluã lęuem omnia habẽt & partus
ipſi uuluę non acetabulis adhęret. partes diſſimilares aĩalium

interiores exterioresq; hunc in modum haberi cognitũ est.

Similarium sanguis potissimum communis animalibus sanguineis omnibus est: nec minus communis ea pars est: qua sanguis continetur: quę uena dicitur: locum autem cõmunitatis secũdum optinẽt ea quę his proportionenẽ: hoc est sanies & fibra: atq; etiã caro quod pręcipue corpus aĩaliũ ĩest: Os item & quod uice fungiẽ ossis: ut spina: & cartilago: Adde cõmunitati eiusmodi: cutem mẽbranã: neruos: ũgues: pilos: & quę iis ex pportione respõdeant: Ad hęc adipẽ: sebũ: atq; excrementa: stercus dico: pituitam: bilem: tum flauã: tũ etiam atram: Sed cum natura sanguinis uenarumq; principiũ esse uideaẽ: primum de his disserendum est: pręsertim cum autores nõnullos ex iis q res eas tractarit: minus recte dixisse intelligam: Causa uero ignorationis occultioni earũ partium ac perdifficili contuitui tribuenda est: nam in aĩalibus mortuis natura uenarũ principaliorum aboletur: propterea q ipse in primis effluente sanguine languescãt: & collabantur: ex iis eni quasi uase uniuersus sanguis effunditur: quippe qui oĩs in uenis cõtineatur: pręter exiguum qui in corde est: In uiuis autem fieri non potest: ut quemadmodũ habeant cernantur: intus enim natura earum occultatur: Itaq; alii cum ĩ cadaueribus dissectis inspicerent: sũma principia cernere nequiuerũt: Alii in hominibus admodũ extenuatis p ea quę extrinsecus uiderentur: In terna uenarum principia diffinire: Synesis medicus Cyprius ita scribit: Venę corporis crassiores oriuntur ad hunc modum & tendũt: de oculo propter supercilium: per dorsum ad pulmonẽ sub mammis: Altera de latere dextro ad sinistram: altera de sinistro in dextrum: & altera per iecur in renẽ: ac testem: altera ad lienẽ & renem: & testem: Postremo ad genitale perfertur: Diogenes: Apolloniata haec uenas hominis constare ad hunc modum nouimus: duę maxĩę hẽntur quę per uentriculum propter dorsi spinam pertendũt: altera dextrorsũ altera sinistrorsum: utraq; ad pedem sibi subiectũ & in caput eędem per iugulum propter humeros efferuntur: hinc sparsa ramorum serie: aliae minores membris omnibus

sanguinē riuāt de dextra dextrorsū: de sinistra sinistrorsum: maxime autem illę duę cor adeunt circa ipsam spinam dorsi: alterę item duę paulo superius p pectus sub ala utranq; ī manum dispēsatę ptendūt: quarū altera lienaria: altera iecoraria uocatur: harum postrema ita scinduntur: ut parte pollicem adeant: parte uolam: tamen ex his ramorum tenuiorū frequētia in digitos manumq; spargitur totam: propagines tenuiores a primis uenis mittuntur: a dextra ad iecur: a sinistra ad lienem & renes: quę autem pertinent ad pedes: scindunt̄ qua femur iungitur: tenduntq; per totū femur: quarum maxima femur ex auerso perreptat: crassaq; apparet: Altera paulo interius: minus crassa procedit per femur: tum propter genu tendunt ad crus pedemq; imū: quomodo ad manus: hic subeunt plātam: & se spargunt ī digitos: complures etiā tenues: de eisdem illis ad uentrem & costas sparsę obrepunt: quę porrectę p iugulū petunt caput: apparētq; crassiusculę ī ceruice: quarū extrema fissura multiplici permeāt per caput: dextra dextrorsum: sinistra sinistrorsum: Atq; utraq; ad aurem desinūt: Sūt pręterea ii uenę collo commissę iuxta maiorē: paulo minores utroque ex latere transeuntes ad quas plurima illarū capitis pars cōtēdit quę ī uersę p iugulū mittūt alias ad scapulas: & manus apud lienariā etiā & iecorariam: alię paulo minores apparēt: quibus adigere cultellum solemus: quotiēs aliquid sub cute affligit: At si qd circa uentrē infestat: sanguinē ex iecoraria et lienaria mittimus: Quinetiam ad mammas hinc alię pertinent: sunt item quę de utraq; perferantur ad testes: per dorsi medullam tenues: atq; etiam alię quę subditę cuti tēdant per carnem ad renes: cessentq; ad testes uiris: ad uterum mulieribus pdeūt: primę a uentriculo ampliores: Tum attenuant̄ dum de parte dextra in leuā: indeq; transeant ad dextram quę seminarię nominant̄ sanguis crassior a carne ebibit̄: Sed cū ad hęc loca deuenerit: tenuis redditur: & calidior: & spumosus: Synesis ac Diogenes ita.

Seminarię uenę

POlybus hęc uenarum paria quatuor hēt: primū quod a sincipite ortum tendit per ceruicem summa preptans

latera spinę: ad clunes & crura deinde per tibias ad malleolos exteriores: & pedes: q̄obrem doloribus dorsi & coxarū de poplitibus malleolisue exteris: sanguinē mitti: solitum est: Secundū uenarum par de capite circum aures per ceruicem qua iugularię dictę sunt: intus: propter spinā & lumbos ad testes & femora perfertur: atq; per poplites & tibias tendit ad īteriores malleolos: & plantas: quapropter doloribus lumborum & testiū sanguinem ex poplitibus aut malleolis mittimus: Tertium par uenarum a temporibus p ceruicem sub scapulis porrigitur ad pulmones: & altera de parte dextra in sinistrā pgēs mammam subit: & ad lienem renemq; descendit: altera de sinistra in dextram ꝓcedens a pulmonibus mammā subit: mox iecur petit: & renem: utraq; postremo ad testes desinit: Quartum par ortum parte priore capitis de sede oculorū p ceruices ad humerorum clauiculas deuenit: unde per lacertos ad agilē mox per cubitos ad uolam et digitos. ad malas etiā de humero propaginem mittit: quę costas perreptat: dum altera ad lienē: altera ad iecur perueniat: deinde utraq; eminens per uentrem ad genitale desinit: hęc fere sunt quę a cęteris medicinę autoribus dicta accepimus: Nec desūt naturę interpretes q tā & si accuratius perinde ut medici non tractarunt de uenis: tamen omnes earum ortū a capite atq; cerebro deducūt: quod error ē Cum itaq; perdifficile sit uenarum examen: solis ī strāgulatis animalibus iam ante extenuatis: effici potest: ut satis pcipiat cui hęc res curę sit: Sed enī natura uenarum: ita se habet: Duę ītra pectus uenę continētur: spinę appositę: altera maior: altera minor: maior partem priorem adit: minor posteriorem: & maior dexterā potius sedem optinet: minor sinistram: quam abortam nonnulli uocant: eo q̄ neruosa eius pars conspici uel in mortuis potuit: ambę ex corde originē ducunt: transigunt enim totę cętera uiscera p quę tēdunt suam seruantes naturā ut nihil contrahant detrimenti: quo minus & sint uenę & appellentur: Sed cor non eodem permeant modo: Verū ei tanq̄ suę parti cōtinuantur: magisq; ea quę prior & maior est: situ autē tali oriuntur: ut altera supra: altera infra sit: & cor inter

d 4

τὰς καρώδας

Aborta

ſe poſitum amplectantur : babēt intra ſe corda omnia ſinum
triplicem: Sed magnitudine uaria: minutiſſimorum enim ani
malium ſinus arctiores ſunt : ita ut unus qui amplior eſt: uix
conſpici poſſit: reliqui ſenſum effugiant: mediocriū aīalium
ſecundus etiā conſpicuus eſt: maximorū perſpici oēs poſſunt.
Et cum priorem in partem cor ſuo mucrone ſpectet: ut dictū
eſt: Sinus qui ampliſſimus eſt dexterū ſuꝑmumq; recipit ſi-
tum: minimus ſiniſtrū: mediocris mediū: qui autē maximus
inter eos eſt: bic longe reliquis ambobus amplior eſt: oēs tamē
ad pulmonem foramine ſpectant ꝑpetuo: ſed propter exigui-
tatē meatuū latet: pręterq̄ ī uno: orit̃ ex eo āpliſſimo ſuꝑmoq;
ſinu uena maior : ſedemq; dexteram tenet : mox per medium
ſinum: formā recipit uenę: utpote cum ipē uentriculus cordis
uenę particula ſit : in qua ſanguis reſtagnet : Aborta de ſinu
medio exit non eodem modo : ſed per fiſtulam multo artiorē
init ſocietatem: & tendit a latere cordis: Cum uena maior ſua
radice cor trāſigat: cum ſe promit: Vena item ipſa maior mē
brana & cute conſtat: Aborta artior eſt & uęhemēter neruoſa:
deductaq; longius boc eſt ad caput: aut imas partes ī anguſtū
admodū coartatur: ac nerui naturam ex toto accipit: pars pri-
ma uenę maioris ſurſum a corde proueniēs: ſcindit̃ bipartito:
Adit alterum membrum pulmones: alterū ſpinam & uertebrā
colli nouiſſimam: rurſus membrum quod pulmonem adierit
bipartito ſe ſcindit: q; pulmo in duas partes diſcretus ſit: de-
inde ſingulas fiſtulas : ſingulaque foramina ſubit : amplius
ampliora: artius artiora: ita ut pars nulla ſit ſine foramēto: &
uenula: quāq̄ poſtrema diminutiōum pręſua exiguitate uiſū
effugiunt : quo fit ut pulmo omni ex parte refertus ſanguine
uideatur: Hos autem uenę meatus induci ſupra fiſtulas ex ar
teria pertinentes certū eſt: membrum alterū quod ad ſpinam:
& colli uertebram diximus tendere: per ſpinam ipſā porrigit̃:
Quam uenam bomerus notat cū ait. Venāq; īciderat omnē:
Quę per dorſa means ceruices fert̃ ad imas. Hinc uenulę ſin-
gulę ad ſingulas coſtas & uertebras feruntur : ſinditur etiam
bipartito: bęc eadē uena iuxta uertebrā quę ſupra renes ꝑōita

est: Ita hęc membra uenę maioris in ramos sparguntur: Sed rursus parte superiore qua ex corde protendit scissa numerosiore uenarū propagine: duo petit loca: quippe quę alias ĩ latera & humeros mittat: quę mox p alas homini ad manus feruntꝰ: quadrupedi ad pedes priores: auibus ad alas: piscibus ad pinnas: quę pte prona continentꝰ: quarū uenarū capita iugulares: qua primū scinduntur: appellamus: sed qua scisse ceruicem subeunt: iuxta pulmonum arteriam tendūt: quibus interdum foris apprehensis corruunt homines sensibus ereptis: & palpebris compressis: ita porrectę amplexęq; arteriam ad ĩteruallū auriū feruntur: qua maxillę faucibus coeunt: denuo inde scīdūtur in uenas quatuor: quarum una remeans per collū & humerum descendit: & cum priore propagine ad flexum brachii copulatꝰ: secunda ad palmā & digitos cessat: Tertia de utraq; sede aurium ad cerebrum pertinet: atq; in multos praetenues ramulos spargitur: Itaq; membranam custodem cerebri subit. cerebrum autem ipsum omniū expers sanguinis est: nec aliqd uenae uel auctoris: uel minutioris in id cessat: Reliqui rami qui ab eadem uena mittuntur: partim ambiūt caput: partim ad sedes sensuum dentesq; gracili uenularum serie terminantur.

Vena etiam minor: quam abortam diximus noīari: eodē spargitur modo in ramos: qui partes uenę maioris consequantur: uerū meatus eius & uenulę multo minores sunt: q̄ uenę maioris. locis a corde superioribus uenas hunc in modū haberi nouimus: Pars autem maioris uenę cordi subiecta: fertur elatior per sęptum quae applicata: tum ad abortam: tū etiam ad spinam membraneis flacidisque meatibus continetur: mox uena ad iecur ab ea mittitur breuis: sed lata: de qua multae ac tenues sparsae in iecur obliterantur: Rami inde ab ipsa iecur transigente duo procurrunt: quorum alter ad saeptum & praecordia dicta cessat: alter supera repetit: ductusque per alam ad lacertum brachii dextri se porrigit: qua caeteris uenis se applicat iuxta flexum interiorem. Quamobrem sanguine hinc misso doloris iecoris quidam leuari possunt.

Pars altera uena eiusdē breuis qdē sed crassa: latus petit sinistrū pergitq; ad lienē quę sparsa ī ramulos subit itaq; abolet: Quīetiā ab eadem maiore ꝓpago pari mō ad lacertū sinistri brachii mittitur: sed quę ad brachiū dextrū ꝓcedit eadē quę ptingit ad iecur ē: Hęc uero diuersa ab ea quę ad lienē ptinet est: Alię item a uena maiore duę propagantur: quarum altera ad omentum: altera ad id quod a carne pancreum appellatum est: de qua uenarum frequētia per lactes tendūt quę omnes in unam desinunt uenā grandē: per totū intestinū: & uētriculū ad gulam usq; porrectā: quę & ipsa ramos de iis quas preptat partibus spargit complures: Vtraq; igit̄ tam maior q̄ aborta: renum tenus: una atq; perpetua tendit: hic capitibus renū potius adhęrescūt: finduntq; bipartito: uelut in litteram labda: Aut. u. littera inuersā: uergitq; magis in partē posteriorem corporis uena maior: q̄ aborta: spinę annecti abortā potissimum circa cor uenulis pretenuibus & neruosis notū est: ducit̄ eadē de corde nimirū amplitudine insigni: sed procedēs artior atq; neruosior euadit: mittit ea quoq; ad lactes ramos quēadmodū maior: uerum longe minores: p angustos enim & fibris ꝓxios quippe quos extenuatos in fibras: Cauas tamen cessare aduertemus: Ad iecur aut lienem: Nulla ab aborta pertinet uena. Rami autem illi in quos uenā scindi utranq; dixi: ad coxam utranq; proficiscuntur: atq; os ipsum attingūt: ad renes etiam a maiore abortaq; uenę deueniūt: sed cauū nō subeūt renum: uerū in corpus eorū absumuntur: Necnon alii duo meatus ab aborta ualidi & ppetui ad uesicam procedunt: Atq; etiam alii de cauo renum eodem ueniunt: qui nihil commune cum uena maiore sortiuntur: Singulis itē renibus de medio uenę exorsę cauę neruoseq; iuxta spinam ipsam p uenas se porrigūt: mox in coxam utrāq; condūtur ac delitescunt: deinde denuo porrectę in clunes apparent: quarum & ipsarum postrema ut ī sexu uirili ad uesicā genitaleq; cōiiciunt: Sic ī foemineo ad uuluā aut uterum pertinēt: Nullam sane uenam de maiore uuluam adire uidemus: cum de aborta multę frequentesque ueniant: Ramis etiam tum abortę: tum etiam maioris alię mittuntur:

propagines:quę primum ad inguina ampliuſculę cauęq; acce
dunt ; deinde per femora cruraq; in plantas & digitos finiūt :
Atq; etiam duę alię per inguina & femora cōmutatis uicibus
perferunť: altera de parte dextera in ſiniſtram : altera de ſini-
ſtra in dexteram:ac cęteris uenis circa poplites ſe coniungunt
Quemadmodum uenę ſe habeāt & unde: nam ſuā originem
ducant:apertum iam eſt:Continet autem genus animantium
omne ſanguinis compos: uenarū initia: & genera ſumma : eo
quo expoſuimus modo:nam reliqua copia uenarum nō ſimili
ratione in omnibus eſt:neq; enī partes eodem modo: aut eędē
in omnibus habentur:nec uero ęque in omnibus patet uenarū
ſeries: ſed potiſſimum in iis cōſtat : quibus ſanguinis copia:
& pręcipua magnitudo ē: nam in minutis ſanguiniſue inopi-
bus uel per naturam uel per immodicam corporis obeſitatem
haud ęque īſpici poſſunt: Alteris enim meatus quaſi alueoli
quidam multo interſępti limo permiſcentur : Alteris paucae
eędem q; fibrae potius q̃ uenę continentur : una tamen quam
maiorē ex pręcipua magnitudine cognominamus: potiſſimū
euidens in omnibus etiam minutis animalibus eſt.

NEruorum mox ordinē perſequemur : origo eorū quoq;
in corde eſt: Id enim neruulos ſuo ampliore uentriculo
continet: & uena aborta appellata:neruoſa eſt: & quidem po-
ſtrema eius neruo omnino conſtant : quippe quę nullo intus
cauo diſtinguanť : tendanturq; modo neruorū qua deſinunt:
applicata ad nodos oſſium lubricos:Cęterum natura neruorū
nō more uenarum continua de eodē initio procedit: Venę.n.
ut in depictis canabis hoc eſt fontibus riuo multiplici ſparſis
patet : figuram totius corporis diſtribuunt : ita ut corporibus
admodum extenuatis partes omnes uenulis refertę cōſpiciāť
Locus enim idem: uenulis in macilentis: carne in corpulentis
redundat: Sed nerui diducti diſtractique paſſim ad artus: &
flexus oſſium applicentur:quod inde etiam percipi poteſt:nā
ſi eorum natura eſſet continua: late iam ī extenuatis corpori-
bus continentia omnium pateret : Summę neruorum partes :
quę membrum ad ſaliendum accommodatū continet:poples

tendo
attendo
humerarius

dicta: & quę se geminam porrigit tendo nomine: Et quę ad uires corporis iuuant: attendo: & humerarius: Reliquę qbus ossiū nodi deligantur nomine uacant: Nam ossa omnia: siue foris uicissim tanguntur: siue alterum inseritur alteri: neruis ligantur: & circiter ossa quęuis neruorū copia ducitur: capite excepto: Id enim non neruis: sed suturis ipsorum ossiū contineturː Nerui natura fissilis in longitudinem tendit: findi per latitudinem nō potest: intendiq; uehementer idonea est: Humor circa neruos: mucori similis: Albidus. Glutinosusq;: consistit: quo ipsos neruos: & nasci: & ali: certū est: Neruus ignē non patitur: cum uena patiatur: & incisus solidari non potest Pars corporis nulla stupore tēptatur: quę neruo caret: Neruis plurimis: pedes: manus: & scapulę continentur: atq; etiam ceruices: & lacerti: Quibus datus est sanguis: iisdem omnibus nerui adiūcti sunt: Sed quę nullos habēt articulos: priuataq; pedibus & manibus sunt: iis pręteuues īcertiq; habentur: quapropter in piscibus qui iuxta pinnas positi sunt: ii pręcipue ueniunt in conspectum:

Fibrę inter neruum: & uenā: suam habent naturā: & non nullę humorem: saniem appellatū: continent: tendunt a neruis ad uenas: ac inde ad neruos: Secundum etiam genus fibrarum est: quod cōsistere in sanguine solet: q̄q̄ nō cuiusq; animalis: Spissari autem sanguis nō potest: si id genus fibrarū detrahaẗ: Spissaẗ uero si nō detrahaẗ: Genus id ergo fibrarū tam & si maiore ex parte in sanguine animaliū inest: tamen ceruiː Dammę: Bubali: & aliorū quorundam: sanguini deest: quo circa eorum sanguis non similiter atq; cęterorū cōcrescit Sed ceruorum perinde ut leporum solet spissari: uidelicet non coitu firmiore: ut cęterorū: sed fluido: quale lac est: quod sine coagulo sponte coiuerit: Bubali sanguis aliquantulo amplius spissatur: quippe qui ꝓxime nullo: aut paulo minus cōsistat: uena neruus & fibra ita se habent.

Ossa alia ab aliis nexa: & omnia inter se apta: unam continuant seriem modo uenarum: nec est ullum os quod seorsum ipsum per se maneat: initium uero in omnibus

quę ossibus constant: Spina est: quę compacta ex uertebris a capite ad coxas porrigitur: Vertebrę omnes foramine medio peruię sibi iunguntur: Extat os capitis cõtinuum nouissimis super impositum uertebris: quod calua dicitur: Eius ps serrata: suturę nomine significatur: Pars hęc non simili modo in quoq; genere animaliũ habet: Aliis enim osse cõtinuo calua pficit: ut cani: aliis cõpacto: ut homini: eiusq; foemię sutura circiter est: mari tres in summum uerticem ascendunt suturę: coeuntq; in figurę triãgulę speciem: Sed iam & uiri caput uisum sine ulla sutura ẽ: Cõstat sane caput nõ quatuor ossibus sed sex: quorum duo exigua: scilicet reliquorum compatione circa aures posita sunt: Maxillę a capite protẽdunt ossa duo: quarũ inferiorem animalia omnia mouent: excepto fluuiatili crocodilo: hic enim unus nõ inferiorẽ sed superiorem mouet: Maxillis dentium genus inhęret: Os partim cauum partim solidũ: & adeo firmum ut solum ĩter ossa ferri aciem respuat Oritur a spina fibula: iugale: & ordo costarum: pectus etiam costis impositum est: quę quidem aduersę inter se coeãt: Cũ reliquę breuiores sint: q̃ ut facere idem queant: Nullum enim animal est quod circa uentrem os habeat: Sunt item ossa humerorum & quę scapulę appellant: & quę iis ãnexa depẽdẽt: brachia: & manus: Modus idem cõpaginum uel in iis est quę crura habent priora: acetabulũ infra qua spina desinit: a coxa est: & ossa iam crurum oriuntur: quibus femora & tibię constant: pernę aut culinę nomine: quorum pars malleolus est: & malleoli calcar: uidelicet in his quę habent malleolos: ab his ossa pedis minuta: & plura subiacent: Quę igitur ex sanguineis pedestribus animal generant: hęc ossa non multo diuersa habent: sed ad proportionẽ tantummodo duritia mollitie magnitudine discrepãt: Ossium item animalis eiusdem: alia medullam intra se cõtinent: alia minime sunt nõnulla quę suis ĩ ossibus nullã oĩo hẽre medullã uideat: ut leo: quod admodũ exiguã ac tenuẽ hẽat: eãq; ĩ paucis ossibus: solis.n.ĩferioribus atq; brachiis cõstat pfecto leo pcipue oĩum aĩaliũ ossibus solidis: sũt.n.adeo dura ut ex eis cõcussis ignis uelut a silice elicíat

Delphinus ēt ossa habet: non spinas: Cęterorū animalium sā guineorum ossa: aut paulo inter se differunt: ut auium: aut proportione eadem sunt: ut pisciū: qui enim inter eos animal generant: Cartilaginem pro spina habent: ut ea quę cartilaginea appellauimus: qui autem oua pariunt spinam continēt: quę perinde ut dorsum ī quadrupedum ordine habetur: Sed proprium in piscibus est: quod nonnullis spinulae quaedam prętenues separatim per carnem inhęrent: Serpentibus etiam dorsum: piscium more: compleri apertum est: At uero ea quę inter quadrupedes oua pariunt: os aut spinam pro suę magnitudinis modo meruerunt: maiora enim ossis naturam potius optinent: Minora spina potius in ossis uicem fulciuntur: Oīa prorsus animalia quę sanguinem habent: dorso constant: aut osseo: aut spineo: cętera ossa aliis insunt: aliis desunt: ut enī partes corporis quęq; habentur: ita ossa quoq; ad partes accōmodata habentur: Quibus enim crura & brachia desunt: iis pernę aut culinę prędictę etiam desunt: Nec uero iis quibus partes eędem quidem: sed dissimiles sunt: eadem ossiū ratio seruatur: sed aut pluris minorisue modo differunt: aut proportione ossa ita se habent:

¶ Cartilago differt ab osse pluris mīorisue ratione: Cū alias natura eadem: qua ossa constent: & quemadmodum os pręcisum nunq̄ recrescit: Ita & cartilago rupta nunq̄ repatur: Terrestriumque & animal gignunt & sanguinē habent: cartilago nullo foramine hiscit: nec ossium more medullam continet: At uero aquatilium cartilagineis quod per dorsum ꝓportiōatum ossibus tendit: cartilago est: humorem in medullę speciē continens: Gressilium quę aīal gignunt: auriculę nares extremaq; ossium nōnulla cartilagine constant.

¶ Sunt item alia partium genera: que naturam nec eandem habent q̄ ea quae exposita sunt: nec longe ab iis remotam: ut ungues: ungulę: cornua: pręterea rostrum quale datum auibus est: hęc enim & flexilia & fissilia sunt: Cum nullum os uel flecti uel findi possit: sed fragile quodq; habeatur: colores cornuum: unguium: ungularum: pro cutis pilorumq; colore

sequuntur: & enim cutis nigrę cornua nigra: & ungulę nigrę oriuntur: & candidę pari modo in colore respōdent: & cornua & ungues: & ungulę: mediis etiam medium eadem colorem preferunt:

¶ At dentes naturā ossiū emulant̄: q̄obrem hominū nigrorū ut ethiopum iisq̄ similiū dētes & ossa candent: ungues nigri modo suę cutis apparent: cornua parte plurima caua sunt ab radice: quatenus ambiūt os: quod ortum a capite cauo cornus inseritur: totumq̄ implet: in mucronem tamen solidū exeunt & simplici parte extrema constant: Ceruis tantummodo tota solida: & sparsa in ramos: & omnibus annis decidua: nisi castrentur: Cum ex ceteris cornigeris nullum cornua amittat: De castratis postea disseremus: Adhęrent cornua cuti potius q̄ ossi unde fit: ut in phrygia & alibi boues sint qui cornua p inde ut auriculas moueāt: Quę habēt ungues (habent autem qbus digiti) (digiti uero iis sūt qbus pedes excepto elephāto: huic enim digiti indiuisi ac leuiter formati & ungues omnio sunt) Hęc ergo aut rectis unguibus sunt: ut homo: aut adūcis ut inter pedestria leo: inter uolatilia aquila.

¶ De pilis atq̄ de iis quę uicem pilorum suppetunt: & ob eā rem pili proportionalia dicuntur: atq̄ etiam de cute: res ita se habet.

¶ Pilos habēt quę pedestria eademq̄ uiuipara sunt: Cortice aūt ītegunt̄: quę ouipara sunt pedestria: Squama uero pisces tantū: qui ouum arenidū illud pariunt: Nam ex longis cōger tale ouum non ędit: nec murena: anguilla uero nullum omnino ouū generat. crassitudinis: tenuitatis: copię: & magnitudinis: pilorum discrimina: pro partium quibus adhęrēt cōditōe atq̄ pro cutis qualitate proueniunt: fit. n. magna ex pte ut pili & duriores & crassiores cuti crassiori enascant̄: Plures aūt lōgiores humidioribus locis atq̄ cauatioribus (dūmodo sint ad gignēdū pilū idonei) pderūt: hoc idē degenere quoq̄ tā squama munito q̄ cortice ītelligi licet: Quę igit̄ molles suapte na t̄a pilos hēre solēt: hęc p usū pabuli melioris: duriores īcipiūt gerere: Cōtra aūt molliores paucioresq̄ ea q̄ duros copiososq̄

habuerint eadem illa ſcilicet ratione : Regionum etiam tp̄e aut frigore : differentia eſt ut pili hominum locis calidis duri frigidis molles oriuntur: Sunt molles qui ꝓmiſſi & ſimplices duri qui criſpi :

¶ Natura omnium pilorum fiſſilis eſt: ſed pluris minoriſue ratione inter ſe differunt : Nonnulli paulatim adeo duritate degenerant: ut nō pilis pręterea ſed ſpinis ſimiles eē uideanť ut pili herinaceorū: quod idē unguibus etiam euenit: quippe cum in nonnullis animalium: genus unguium pręnimia duritudine : nihilo ab oſſibus differat : cutis homini proportione magnitudinis tenuiſſima eſt: ineſt ī cute omniū lētor: quidā mucoſus: Verum aliis minus aliis magis: ut ī tergore bubulo ex quo glutinū facere ſolēt : Quinetiam e piſcibus glutinū a nonnullis excoquitur : ſenſu cutem ipſam carere conſtat: maximeq; in capite : quoniam ibi nulla interpoſita carne oſſi adhęreat: Vbicunq; cutis ꝑ ſe ac ſine carne ē: uulnerata nō coit: ut in gena: bucca. pręputio: palpebra. contextu perpetuo cutis in omnibus animalibus continuatur: nec alibi interpellatur: q̄ ubi naturales meatus ſolent euaporare: atq; etiam in ore & unguibus: Cutem omnia habent quibus eſt ſanguis : pilos non omnia: ſed ſicut diſtinctum iam eſt: mutatur color pilorū in ſenectute: candidiq; pili efficiūtur : quod uel cęteris aīalibus accidit: ſed non ſatis aperte pręterq̄ in equo : candeſcunt pili a parte ſui poſtrema : plurimus tamen canorum numerus candicās ilico exiſtit: qua ex re patet canitiē nō ariditate cōmitti ut quidam uolunt: nihil enim ilico aridum gigni ſolet : cutis autem uitio : quod uitiliginem appellamus : pilos omnes produci canos apertum eſt: iam nonnullis pili dum ęgrotarent incanuerūt: quibus in bonā ualitudinem reſtitutis: nigri renati ſunt canis defluxis: caneſcere pilos ocius opertos: q̄ detectos: difflatoſq; aduertimus: Tēpora hominū & partes primores q̄ poſteriores celerius canitiē ſentiūt: pubes nouiſſime caneſcit. pili in homine animaliū omnium uno : partim ſimul : partim poſtea per ętates gignuntur : congeniti ſunt pili capitis & ſuperciliorū & palpebrarū: poſtgeniti pubis primū: mox alarū:

postremo mēti: loca enim quibus pili proueniāt: totidē sunt congenitis deputata: quod post genitis: deficiūt ac defluunt: maxime primiq; p ętatē pili capitis: nō tamen ōnes: sed tantū priores: parte nanque posteriore: caluus nemo efficitur: Ergo capitis lęuitatē: caluitium nūcupamus: quā rem in superciliis falitiū appellemus: quo ad melius uocabulum inuenerimus: neutrum eorū priusq̄ cęptus coitus uenereus sit: accidere nouimus: caluitio mulieres esse īmunes: & pueros: & spadones apertū est: Pili post geniti iis qui ante pubertatē castrati sunt non exeunt: & post pubertatem excisis: soli decidunt: pręterq̄ pubis: pili in mēto mulieris nō ꝓdeūt: nisi īterdū pauci: Cum menstrui cursus substiterunt: & ut in terra caria mulieribus sacerdotibus euenire aiūt: quod diuinationis īditiū interpretantur: reliqui pili qui postea gigni solent: mulieribus quoq; proueniūt: sed partius. fieri potest: ut homo: tum mas: tū etiā foemina: pilis post genitis careat: iam inde ab ortu naturę: uitio contracto: & nisi ut pubescant cōtingat: steriles ī gignēdo sunt: crescunt cęteri pili plus minusue: prout singulorū ratio postulat: maxime in capillo: mox ī barba: & pręcipue quibus pili tenuiores: nōnullis etiā supercilia per senectutē adeo hirsuta reddunť: ut tōdendum sit: quod propterea euenit: ꝗ co hęsioni apposita sint ossium quę senescente ętate laxātur: & inde plus humoris trāsmitti patiunť: At uero pili palpebrarū nunq̄ plus iusto excrescunt: defluunt rebus uenereis incęptis eoq; magis quo usus ueneris fuerit amplior: eosdem etiam lētissime omniū canescere clarū est: Pili euulsi subnasci denuo possunt: dum citra ętatis florem degiť: nec ulterius: habet aūt genus quodq; pilorum ad suā radicem lentū quēdā humorē: quo ꝓtinus ubi euulsum est: si qua leuiuscula tāgat adhęret: ut ea trahere possit tenacius: Quibus uero animalibus uersicolores sunt pili: eisdem etiam in cute uarius ille color habetur: atq; etiam in lingua: barba nō pari modo effunditur omnibus sed aliis tam maxillę: q̄ mustax: & mentū: pilorum frequentia integunť: aliis mentū lęue & mustax: maxillę pilosę cernunť: Caluescere minus solēt: qui mento sunt bipartito: Crescūt ēt

pili quibuſdam in morbis :ut pcipue in tabificis: Quinetiam
i ſenectute & defuncto:augeſcunt:durioreſq; reddunt:quod
idem unguibus quoq; euenit: Libidinoſis pili cogeniti matu
rius defluunt: poſt geniti:celerius ſeſe promut:Minus qui na
drices habet calueſcut: Et ſi calui bere iceperit : pilos nonulli
producunt: pili precisi non ab inciſura augentur: Sed iferius
ab radice exeut:atq; ita euadunt longiores:piſcibus quoq; ex-
tenuatis:ac ſeneſcentibus: ſquamę duriores:craſſioreſq;: effi
ciuntur: qudrupedum etiam uilli:lanęue:ſenectute prolixius
augentur: quaq rareſcant:fiantq; pauciores: & ungulę quoq;
maiores in ſenecta reddutur: quod idem roſtris etiam auium
euenit: i cremetum ungularu ide/quod unguiu eſt:

Pennę auium nonullę per ętates mutantur:pręterq gruu
quas nigreſcere in ſenecta perſpectum eſt: At uero per
affectus temporarios : quotiens frigora urgent acriora: pennę
uolucrum unicolores: interdu e nigris: aut nigriuſculis: albi-
diſue: in albas tranſeunt: ut corui:paſſeris: hirundinis:cuius
rei contrarium : ut quicq ex genere albo : ueniret in nigrum :
nunq uiſu eſt: Temporu quoq; uiciſſitudine: bona pars auiu
ita colore imutatur:ut quę na ſint:latere poſſint:niſi re pitius
noueris: Aquarum item diuerſaru uſu:nonulla ſuos imutant
colores:alibi enim candida:alibi nigra reddunt:Sunt et aquę
multis in locis quas cum oues biberint:moxq; inierint:nigros
generent agnos : ut in terra aſſertide : agri chalcidici thraciae
facit anis :quę pſychru uocant: & in Antadria quoq; duo ſut
fluuii quorum alter candorem:alter nigriciam pecoribus facit
Scamander etiam amnis flauas reddere oues credit : quaobre
xanthum pro ſcamandro nuncupatum ab homero autumant.
lepori uni pili ; & in bucca intus: & ſub pedibus ſunt : Cum
cętera animalia nec intra os habeant pilos:nec parte pedum re-
ſupina:ſed prona: Muſculus et piſcis pilos in ore intus habet
uice dentium quibus omnino caret:ſuillis ſimiles:Sed pili ut
dictum eſt preſecti augeri ab radice poſſunt : pennę aute nec
ab radice:neq; ſuperne ab iciſura poſſunt raparari: ſed cadat:
neceſſe eſt:Nec pena apum aut quę uis infiſſa renaſci poteſt:

varices

cum euulsa est: Aculeo etiã apibus detracto nullus subnascit̃ alius: imo breui moriantur necesse est.

SVnt & membranę ĩ sanguineis animalibus: quę quidẽ pars similis cuti pręrenui spissęq; est: Sed diuersũ sane genus id adest: quippe quod haec nec fissile nec euulsile sit: Ambit singula tum ossa: tum etiam uiscera membrana: tam in maiore q̃ in minore animalium genere: uerum in minore sẽsum effugit: quoniam admodum tenuis atq; exigua sit: Maxime inter membranas duę sunt illę: quibus cerebrũ opertum munitur: Altera supra adhęret ossi quę firmior & crassior est altera infra contigua cerebro: Mox quę operit cor: magna hẽt. pręcisa membrana ipsa sincera: nõ coit: & ossa suis dispoliata membranis siderantur.

OMentum quoq; non nisi membrana est: quod omnia habent quę sanguine non carent: sed alia pingue: alia macilentum: Oritur id: & dependet in iis quae animal generant: eademq; dentata parte utraq; sunt: a medio uentre: qua ueluti quędam sutura ducitur: nec secus in iis: quę altero dentium ordine carent: a maiore uentre dependet.

VEsica etiam membrana est: sed genus id aliud mẽbranę est: quippe quod tendi ingenue possit: Non oĩbus data uesica est: sed iis tantum: quę animal gignunt: ouipari autem generis nulli: pręter testudinem data est: Nec uesica pręcisa coire põt: nisi ad ipsum exordiũ suę ceruicis: quãq̃ nõ ignoro ita aliquãdo contigisse: ut uulnerata uesica solidesceret: sed quod admodum raro contingit parum id obseruãdũ censeo: Defunctis nihil humoris in uesicam transmittit̃: At uiuis nõ solum humor: sed etiam sicca quędam concrementa descẽdũt ex quibus calculi conficiant̃: Iam nonnullis talia in uesica cõstiterunt: quę nihilo differre a conchyliis uiderent̃: ergo de uenis: neruis: fibris: cute membranis: atq; etiã de pilis: ũguibus ungulis: cornibus: dẽtibus: rostro: cartilagine ossibus: eorũq; proportionalibus statuendum ad hunc modum est.

CAro autem hęc & quod carni simile in genere sãguineo est: omnibus ĩter cutẽ: & ossa: aut quę ossi ꝓportionẽt̃

cõtinet:ut.n. se hẽt spĩa ad os:ita carnis ęmulũ illud ad carnẽ: diuisibilis undiq; caro est : nec uenarum aut neruorum more in longum secari tantum idonea:aboletur: & in uenas fibrasq; transit:quotiens animal extenuatur: & gracilescit:uertitur itẽ in pingue : quotiens pabuli copia suppetit : Quibus multum est carnis: iis uenę artiores & sanguis rubentior: & uẽter ac uiscera parua: Quibus parũ : iis uenę ampliores sanguis artior: Viscera maiora: & uenter auctior: pinguescunt intra carnem quibus paruus est uenter.

ADeps autem & sębum differũt ĩter se: cum sębũ fragile usq; quaq; sit: & cũ refrixit:concrescat: Adeps liquidus sit:minimeq; aptus durari: Iura enĩ sębo opimorũ cõcrescũt: ut ouis: ut capręː Adipe pinguium: liquida resistunt frigori: ut equi:ut suis: locis etiam discrepãt: Adeps enim inter carnẽ cutemq; solet consistere: Sębum in fine carnis semper est.

OMentum quoq; adipe pinguescentibus adipeũ est: sębo obęsis: sębale: Quę parte utraq; dẽtata sunt:adipe pinguescũt:quę una: sębo: iecur: e uisceribus:adipeum nõnullis consistit ut inter aquatilia cartilagineis : quorum iecinoribus colliquatis:oleum facimus: ipsa tamen cartilaginea nullo discreto adipe carni : uentriue adhęrente pinguescunt : piscium sębum:adipem prę se fert:nec cõcrescere solet: Animalia quę uis: aut ĩtra carnem:aut seorsum pinguescunt: quibus autem pingue separatum non est: ea minus per uentrem omentumq; pinguescunt:ut anguillę: plurima tamen pars animaliũ uẽtre pinguescit: & pręcipue quę parum se moueant:

CErebrum: ut adipe pinguescentium: pinguiusculũ est : uelut suis: Sic sębo obęsorum: squalidiusculum sentitur: ut ouis:

REnes ex uisceribus maxime pinguescunt:uerum dexter minus semper q̃ sinister: & quãuis uęhementer fuerint pingues : tamen aliquid semper mediis deest: Quę sębo pinguescunt: magis q̃ quę adipe: in renibus opimandis luxuriãt ac omnium pręcipue oues: quippe quę renibus pingui undiq; obductis intereant:quod ubertate pabuli fit:ut in sicilia agro

leontino fieri constat: quocirca sero diei agere oues ad pascua pastores loci illius solent: quo minus capiant pabuli.

OMnium uero animalium commune: pupillę institutũ ẽ: omnibus enim: quę partẽ hanc possident: nec duris oculis sunt: Adipe constat. minus esse foecunda quę adipe pinguescunt: siue mares: siue foeminae: notum est. Omnia ętate prouecta potius q̃ nouella pinguescunt: Sed pręcipue: cũ iam suę longitudinis ac latitudinis modum adepta: augeri in profundum incipiunt:

SAnguis in primis necessarius: communisq; sanguineis omnibus animalibus est: nec aduenticius suppetit: Sed uernaculus atq; intimus in omnibus integris: atq; impudicis habetur: Venas hic uasa sibi & conceptacula habet: nec ĩ ullo alio: nisi ĩ corde pręter uenas continetur: Tactum nullo in genere sentit: sicut excremẽta quoq; in aluo cõtẽta: sensu carere certum est: Quinetiam cerebrum & medulla tactum non sentiũt: effluit sanguis quancunq; partem incideris carnis uiuę: ac incorruptę: Si sanguis integer est rubet: & dulcis saporis ẽ: Sed si uel natura uel morbo sit uitiatus: acrior cernitur: Nec uero admodum crassus: aut admodũ tenuis est: qui optimo habitu constet: humidus & calidus semper est q̃ diu ĩ corpore animalis cõtinetur: At ubi effluxerit: concrescit omnium pręterq̃ ceruorum: & damarum: et si quid aliud natura eiusmodi sit: Itaq; cęterorum omnium sanguis spissari solet: nisi fibrę quibus refertus est eximantur: sed cellerrime omniũ sanguis taurorum coit durescit: Copia sanguinis ĩ primis animalibus iis quę animal: & intra se formant: & in lucem ędunt: mox iis sanguineis quę pariunt oua: Quę autem uel natura: uel arte: bono habitu sunt: iis nec multum admodum sanguĩs est: uelut iis: quę per aliquam potionem recentem sanguine exũdãt: nec parum: uelut iis quę nimium sunt obesa: quippe cum prępinguia omnia sanguineꝗ q̃uis purum tamen paucum hẽant: et quo plus pinguedinis: eo minus possideãt sanguinis: pĩgue enim omne exangue est: Obęsa item sanguinem habent ĩputidum: quãq̃ sanguis: & quę sanguinea sunt facile putrent:

ac pręcipue quę ad ossa propius applicantur: Homini sanguis tenuissimus ac mũdissimus: Tauro & asino inter ea quę aĩal generant: crassissimus & nigerrimus. parte etiam ĩferiore crassior: & acrior est: q̃ superiore. palpitat intra uenas sanguis omnium animalium: pulsuq; simul nudiq; mouet: soluſq; oĩum humorum sparsus per totum corpus animalium est: Et semp quãdiu uita seruatur: sanguis unus animatur & feruet: oritur primum in corde: anteq̃ totum corpus formetur: Si multum sanguinis effluat: anima deficit: Si nimium uita interit: Si sãguis immodice humescit: morbus infestat: sic enim ĩ speciem saniei diluitur: & adeo serescit: ut iam nõnulli sudore cruẽto exundarint: Idem etiam interdum causę est: ut qui effluxerit aut omnino concrescere nequeat: aut ĩcompte particulatimq; spissetur: Dormiẽtibus porro sanguinis copia ptes exteriores deserit: subitq; interiores: ita ut adacto cultello nõ ęque effluere possit: fit per concoctionem ex sanie sanguis: ex sanguine adeps: uiciato excrescenteq; sanguine: profluuiũ uel e naribus uel per infera mariscis mouetur: aut uarices fiunt: Idem putrescẽs: pus redditur quo demum concalescẽte porus idest tofus lapis consistit: foeminis sanguis nigrior & crassior: quã maribus est: dummodo cętera assint: pariter quę uel ab ętate uel a sanitate proficiscãtur: & minus sanguinis per sũma corporis foeminarũ est: plus enim parte interiore continetur: Sed oĩum foeminarum maxime mulier sanguine abundat: Et quę menstrua appellamus plurima fieri in mulieribus solent: quod genus sanguinis uiciatum egrotansq;: fluit immodice: atq; profluuium ob eam rem dictum est: Caeteris morbis sanguinis minus mulieres infestant: q̃ uiri: paucis item mulieribus fiũt mariscę aut narices aut e naribus profusio sanguinis: Et si qd eorum acciderit: detrimentum in menstrua decumbit: ętatũ etiam ratiõe sanguinis discrimen: tum in modo: tum ĩ genere recipit: & enim in aetate admodum iuuenili: saniem trahit: & longior est: in senectute autem crassus: niger: & paucus: medium tenet in media firmaq; ętate: concrescit etiam facile uel in corpore sanguis: qui per summa est: quod idem nunq̃

iuuenibus euenit: Sanies: ſanguis īcoctus eſt: aut q̄ cōcoctus
nondum eſt: aut quia in ſerum denegauerit.

MEdullę rationem his addere debemus: nam ea quoq; hu
midis annumeranda generibus in nōnullis ſanguineis
animalibus eſt: Omnia uero quę ſuapte natura humida ī cor/
pore ſunt: conceptaculis quibuſdam tanq̄ uaſculis cōtinent̄:
ut ſanguis in uenis: medulla in oſſibus: Alia in membranis:
aut cutibus: aut uentribus: Nouellis adhuc animalibus: me/
dulla cruenta admodum eſt: ętate prouectis: ut adipe pingue
ſcentibus: adipem trahit: ſic ſębo deputatis generibus: ſębū
prę ſe fert: Sed quāq̄ medulla non niſi incluſa oſſibus eſt: ta/
men nō oſſa omnia medullam intra ſe continent: Sed ea tātū
quę caua habentur: tam &ſi ne ipſa quidem omnia continent
oſſa enim leonis partim nullam: partim admodum exiguam
habent: quāobrem nullam omnino medullam leones habere
nonnulli putarunt: ut dictum eſt: In ſuilis etiam oſſibus mi
nus medullę eſt: & nonnullis omnino deeſt: Hęc fere ſemper
ī animalibus natiua & cōgenita humida genera habētur: Ad
nata autem poſterioraq; ſunt: lac & genitura: quorum alterū
non eodem modo ī omnibus eſt: ſed quibuſdam progenitura
Thorus: genitale uirus: ſui generis habetur: ut piſcibus: Quę
uero lac habent omnia mammis id continent: Mammę autē
datae iis ſunt: quę animal & intra ſe concipiunt: & in lucem
ędunt: ut ea quę pilis integuntur: uelut homo: & equus: Cetę
etiā in aquatili genere: ut delphinus: uitulus marinus: balęna
Hęc enim mammas habent: & lac: At ea quę oua pariunt: aut
ouo intus concepto: animal poſt in lucem excludunt: haec &
mammis carent & lacte: ut piſces: ut aues: Genus autem unū
quodq; lactis: habet tum ſaniem dilutam: quod ſerum uoca/
mus: tum corpulentum quiddam: qui caſeus dicitur: plus ca
ſei lac illud habere uidemus: quod craſſius eſt: coit lac eorum
quę nō utrinq; dentata ſunt: quapropter caſeus ex iis fit: quę
inter urbana dentium ordine carēt ſuperiore: eorū autem quę
utrinq; dentata ſunt: lac coire non poteſt: ſicut nec pingue: &
tenue dulceq; eſt: Tenuiſſimū cameli eſt: mox equę: tū aſinę

crassissimum bubulũ est: nullum lac coit frigore: sed serum potius trahit: Igne nimirũ omne spissatur & crassescit: Nulli fere animalium lac fieri solet: anteq̃ uterum ferat: nec dum fe runt utile omne est: sed primum nouissimumq; inutile: Non pregnantibus aliquãdo: sed raro: ęduliis quibusdam efficit ut lactescant: etiam quibusdam mulieribus natu maioribus suctu frequentiore: lac prodiit: & copia tanta: ut infantẽ enu trire potuerint: Vbera etiam caprarum: quę coitum non pati untur: pastores montis ętę urtica perfricant uębementer: ut dolorem infligant: itaq; primum cruentum humorem eliciũt: mox purulentum: postremo lac: non minus q̃ ex iis quę uene rem patiantur: maribus magna ex parte: nec bestiis nec homi nibus gignitur lac: Fieri tamen potest ut aliquibus interdum gignatur: nam & in lemno insula caper: ex mammis: quas ge minas iuxta genitale gerit: tantum lactis emulgebatur: ut co lostra inde conficerent: quod idem etiam proli mascule capri illius euenisse accepimus: Sed hęc ostentis annumeranda po tius ducunt: nã & lemnio illi pecoris domino cõsulenti: deus amplius incrementum peculii futurum respondet: Viris post pubem exiguum nonnullis exprimitur: Veruntamen per su ctum frequentiorem: uel multum prodisse aliquibus traditũ est: lacti inest pinguedo: quę etiam concreto oleum prope tra bit: caprinum lac miscere cum ouillo siculi: & quibuscunque sit copia craprini consueuerunt: Coit spissaturq; potissimum nõ modo quod plurimum habet caseum: uerum etiam quod squalidiorem: lactis copia quibusdam maior: q̃ ad foetus alẽ dos satis sit: commodum ad conficiendum reponendumq; caseum: praecipue ouillum caprinumq; est: mox bubulum: equinum ac asininum miscent: ad phrygium caseum confici endum: Bubulum fertilius caseo q̃ caprinum est: Cum enim ex amphora lactis caprini formagines obolę: unde uiginti cõ ficiantur: bubulum eadem mensura triginta facit: ut pastores confirmant: quibusdam quantum satis ad foetum sit: tantũ gignitur: nec ulla copia: aut ad reponẽdum commoditas sup petit: ut quibus mammę plures q̃ binę: nulli enĩ in eo genere

lac uel copiosũ:uel caseo utile: Cogit̃ lac succo ficulno: & coagulo: Succus lana exceptus: pausillo lacte abluitur: quod iniectum: lactis copiam densat atq; collostrat.

COagulum lactis substantia est: quippe quod in eorum uentriculo: quę adhuc lactent contineatur: est ergo coagulum lac: quod cum animalis tempore concoqueretur: Caseum traxerit: habent coagulum omnia ruminantia: & ĩter dẽtata utrinq; lepus: Quo uetustius coagulum est: eo pręstãtius: tale profluuio alui mederi pręcipue potest: atq; etiam quod leporis est: Sed laudatissimum hinnuli: plus minusue emulgeri discrimen: aut pabuli: aut magnitudinis animalium efficit: Nam pusillę bucculae: quas phasiana regio fert: singulae abunde beneficio pabuli mulgentur: & ępirotice uaccę prę sua pręcipua magnitudine: amphoras singulas singulę implent lactis: mensuraeq; eius dimidium mammis duabus pręstant: erectus qui mulget: aut paululum se inclinat: quoniã sedẽdo ubera contingere nequeat: Cęteras etiã quadrupedes magnas terra eadem epyrus gignit excepto asino: sed p̃cipue boues: & canes: pastu opus est grandibus largiore: quem terram illã abũde prębere: & loca singulis anni temporibus accõmodata habere certum est: Boues igitur egregia magnitudine ibi sũt atq; etiam oues pyrrhicę: a pyrrho rege ita cognoĩatę: Pabuli genus aliud copiam lactis extinguit: ut medica herba: & pręcipue ruminantibus: Aliud auget: ut cytisus: ut eruum: Sed cytisus dum floret incommodus est: urit enim tantisper: atq; extinguit: eruum pregnantibus non prodest: facit enim partum difficiliorem omnino: quę in quadrupedum genere sunt edatiora: eadem ut ad possidẽdum meliora: ita ad lactis etiã copiã esse foecũdiora: uidelicet dũ alimenti copiã habeãt: planum est: nonnulla etiam flatuosa: pastu exhibita: copiã efficiunt lactis: ut fabę largius datę ouibus: capris: bubus: faciũt enim ut ubera demittantur: Inditium autem futurę copię lactis: cum ante partum ubera spectant deorsum: Edurat diu lac õnibus: si non coeant: nec pastu careant copioso: sed oĩum

maxime quadrupedum: ouibus quippe quibus in ultra mẽsiũ octo spacio continuetur: Denique ruminantibus lac & copiosius: & caseo utilius emulgetur: boues circa toronam: paucis ante partum diebus: lacte carent: reliquo tempore habent perpetuo: Mulierum lac commodius lactentibus est: quod liuorem trahit: q̃ quod candidum est: & fuscę salubrius habent q̃ candidę: Est porro ad alendum ualidius in quo plus casei est: sed infantibus salubrius: quod minus casei contrahat.

Semen genitale omnia emittunt: quę habẽt sanguinem: Quid & quemadmodum cõferat hoc ad generationem suo loco dicetur: plurimum uero proportione corporis homo emittit: Pilos habentium semen: lentum est: cęterorum nullam hẽt lẽticiam: Album oĩum est: nec audiendus herodotus qui ętbiopes genituram colore nigro promere scripserat: exit profecto sęmen hoc genitale: album: & crassum: si integrum est: Sed foris tenue totum redditur: & nigrum: Nunq̃ id gelu concrescit: immo admodum extenuatur: & aquę: tum colorem: tum etiam substantiam trahit: calore autem coit: & crassescit: & quod de uulua effluxerit aliquandiu ĩ ea iam immoratum: Id crassius prodiit: Nõnunq̃ etiam siccum contortũq; Delabitur in aqua quod foecundũ ẽ: atque subsidit: quod autem infoecundum est: diffunditur atque exolescit: Falsum etiam est: quod Ctesias de genitura elephantorum scriptum reliquit.

ARISTOTELIS LIBER DE HISTORIA ANIMALIVM QVARTVS INTERPRETE THEODORO.

DE PARTIBVS ANIMALIVM Habentium sanguinem quas communes quasue proprias singula habẽt genera: atque etiam de iis quas similares dissimilaresq; appellaui-

mus: denique de omnibus tam interioribus quã exterioribus partibus dictum iam eſt: Nunc ordinem animalium quę ſan guine carent perſequemur: Genera in hoc ordine plura ſunt: Primum quae mollia appellauimus: hoc eſt quae ſanguine carent: & foris carne molli obducta: ſolidum intus: modo ſanguinei generis continent: quale ſepia eſt. Secundum quę cruſtis tenuibus operiuntur: hoc eſt quę partem ſolidam fo ris: mollem carnoſamque intus continent: Durum illud eo- rum tegmen: non fragile: ſed colliſile eſt: quale cancrorum genus & locuſtarum: Tertium quae ſilicea teſta concluſa muniuntur: hoc eſt quibus pars carnea intus: ſolida foris: fragilis atque ruptilis: non colliſilis: quale genus concharũ: & oſtrearum eſt: Quartum inſecta omnia: Quod quidem genus multas & uarias complectitur ſpecies animalium: ſũt porro inſecta: quę ut nomen ipſum declarat: inciſuras parte ſui: uel ſupina: uel prona: uel etiam utraque habent: nec oſ- ſeum quicq̃ diſcretum: aut carneum: ſed quiddam inter hęc ipſa medium continent: Quippe quae corpore pariter intus: foriſque: duro conſtent: Sunt alia impennata: ut iuli: ut cen- tipedę: alia pennata: ut apes: ueſpae: Scarabei: alia utroque modo: ut formicae: eſt enim pars formicarum pennata: pars impennis: quod idem uel in iis: quas cicindelas uocant: licet contemplari: Partes eorum quae mollia nominauimus: ex- teriores: pedes uulgari nomine: ſiue brachia: & iis continu um caput: tum alueus: ſiue ſinus continens interiora: quem pinnulae ambiunt in orbem: caput eum nonnulli minus re- cte appellarunt: Euenit in mollibus ſane omnibus: ut ca- put inter pedes & uentrem habeatur: Brachia ergo octona omnibus: binis acetabulorum ordinibus: ductu perpetuo omnibus: excepto genere uno polyporum: Sepiae: lolligines: & lollii: peculiares binas ſortiũtur promuſcides: longas ace- tabulo pte extima bino aſperiuſculas: qbus capiũt: & ad ora admouẽt cibos: iis ẽt quotiẽs tẽpeſtates urgẽt ad ſaxa aliqua

adhęrētes ſe ueluti ancboris iactis ſtabiliunt:pinnulis autem quibus alueū circūdari diximus:natāt.polypus ergo ſuis bra-chiis: ut pedibus ac manibus utiť :quippe q̧ duobus ſupra os poſitis cibū admoueat : Vltimo uero quod & acutius & ſolū albicans eſt: & parte ſui extrema bifurcatum: dorſoque adne-xum(Dorſum autem partem leuem appellant: a qua acetabu lorum ordo incobatur) Hoc ultimo in quam bracbio in coitu utitur: fiſtulam idem ante alueum poſitam ſupra bracbia ge-rit cauam: qua mare trāſmittit:quantum ſuo admiſerit alueo quotiens aliquid ore capit:eamque modo in dexteram partem trāſfert: modo in ſiniſtram:bac eadem fiſtula ſuum quoque atramentum fundere aſſolet: Natat obliquus : pedes in eam porrigens partem: quod capitis nomine appellatum eſt : Atq; ita efficitur:ut cum natat proſpiciat in aduerſum: Nam oculi ſupra ſunt conſtituti : & os babeat ex aduerſo:caput illud po lypis quam diu uiuunt prędurum : & quaſi inflatum eſt : Tā gunt ac tenent brachiis ſupinis: membranamque interiectam totam extēdunt in barenam: tamen elapſis facultas appreben dendi retinendique nulla eſt: Differunt polypi a caeteris quę modo enumeraui mollibus : eo q̧ alueus polyporum paruus & crura praelonga : Caeteris e diuerſo : alueus amplus : cru-ra breuia:ita ut poteſtas nulla ſit ingrediendi : Ipſa autem in-ter ſe diſcrepant:quatenus lolligo longior: ſepia latior eſt:lol ligine uero longe grandior: qui lollius nominatur: Quippe q̧ uel in cubita quinque excreſcat:Sepias quoque aliquas ī bina augeri cubita notum eſt : Brachia etiam polyporum tātundē atq; etiam plus magnitudinis capiunt : Sed lolliorum genus puſillum admodum eſt: & facie quoque a lolligine diſſidēs: Pars enim lollii quę exit in acutum latior eſt : Pinnulę etiam circundantes illę totum in lollio alueum ambiunt: Cū in lol-ligine partem aliquam relinquant: pelagius tamen lollius nō alio modo quam lolligo conſiſtit: Caput omnibus inter crura quę et brachia & barbę & cirri appellanť:Eius p̲s oris babitus eſt:ī quo dētes duo:ſupra quos oculi totidē grādiuſculi q̲bus

discrimē exigua quędam prestat cartilago cōtinens cerebellū
Inest etiam in ore caro quędam exigua: qua uice līguę utunť
lingua enim nullis hoc in genere data est: Alueus a capite am
plioris capacitatis propensus: cuius caro fissilis est: uerum nō
ꝑ directum sed ī orbem: cuteq; omnibus intecta est: Os gula
excipit: angusta: & longa quam guttur sequitur ampliusculū
neq; absimile auibus cui iūgitur uenter: tanq̄ omasum: facie
clauiculae buccinorum: Intestinum ab eo tenue partem repe-
tens superiorem ad os fertur: quod laxius q̄ gula est: uiscera
mollium nullis: sed habent quam mutem appellant: Atrumq;
illum humorem cui nomen atramentum: quod plurimum in
sepia est: effundunt suum id atramentum omnia metu percul
sa: sed pręcipue sepia: mutis ergo sub ore est: & gula per eam
tendit: At uero atramentum infra continetur qua intestinum
petere incipit superiora: foramenq; suum eadem obuolutum
habet membrana qua intestinum: atq; idem meatus emittēdi
atramenti excrementique est: Capillamenta etiam quędam in
corpore omnium habentur: Sepię: lolligini: & lollio: ptes duręa
ac solidę intus per dorsum: & corporis prona continenť: quas
non eodem appellant nomine: Sed quod insertum sepiis est:
Sepium uocant: quod lolliginibus: id gladiolum: Differunt
enim quod sepium: robustum: latumq; est: īter spinam & os
mediam prę se ferēs naturam: fungosam intra se complectēs
& friabilem corpulētiam: Gladiolus arctior & cartilaginosior
est: forma etiam discrepat: uidelicet pro alueorum modo: qui-
bus ipse insertus continetur: Polypis nihil solidum ītus: sed
caput cartilagine prope constat: quę senescentibus maiorem
in modum indurescit: differunt foeminae a maribus qua in
mare meatus ille subditus gulae a cerebello in ima aluei per-
tendit: idque ipsum ad quod fertur speciem mammę imita-
tur: In foemina duplex idem illud: supraque habetur utroq;:
tamen in sexu corpuscula quędam parti eiusmodi subiūcta
spectantur: Ouum polypi unum incomptum foris & gran-
de: intus humorem candicantem concolorem totum atque
aequabilem continens: Tanta est eius oui ubertas: ut uas

mytis

Sepium gladiolus

impleat amplius capite polypi ipsius: Sepię alueus bipartitus est: Oua candicantia grandini similia complectens permulta sed quisnam situs singularum quas enumerauimus: partium sit: ex descriptione dissectionum contemplare: Cum uero mares in hoc genere a foeminis differunt: tum uel maxime sepię id probant: Mas enim prona sui corporis: nigriora supinis potius: partesq; omnes asperiores habet q̃ foemina: & lineis interuenientibus uarias: caudam etiam acutiorem: sed polyporum genera plura sũt: est enim quod & conspectius & maximum est: Cuius terreni maiores q̃ pelagii sunt: & quod corpore exiguo uarioq; est: cibo ineptum: & quod beledonam uocãt: crurum ꝓlixitate diuersum: & quod unum ex mollium numero simplicem acetabulorum ordinem agat: Cętera nanq; omnia duplici caliculantur: Ad hęc quod alii bolitęnam: alii ossolẽ appellant: duo item uisuntur genera conchis indita: quorum alterum nautam aliqui uocant: alterum pompilium siue ouũ polypi: testa iis ut pectunculis concaua simplex: tamen nec ita destinata: ut ei inhęreant: sępius hi iuxta terram pascuntur: unde euenit ut fluctibus iactati in aridum elidantur: & testa dilapsa nudi capiantur: aut in terra anima extinguantur: Cõstant exiguo corpore: facie similes bolitenis: Est etiam qui cochlearum more siliceo tegmine ita muniatur: ut nunq̃ egredi soleat: suaq; interdũ brachia exerat: Sed de generibus molliũ satis dictum iam est:

Crusta autem ĩtectorum genus primum: locusta cui proximum genus alterum est: quem gammarum uocant: Differt iis a locusta: brachiis: quę denticulatis forcipibus protendit atq; etiam quibusdam aliis discriminibus: quãq̃ non multis: Tertium genus squilla est: Quartum cãcer: quorum sane plura habentur genera: squillarum enim genere cõtinenť Gibbę: crangines: & paruę: quę maiores nũq̃ effici possũt: Cãcrorũ ẽt genus multiplex ẽ: nec facile enumerandum: Maximum quas Maias appellant: Secundum paguri: & quos heracleoticos uocãt: Tertiũ fluuiales: cęteri minutiores & nullis pene nominibus ãnotati: Genus cancrorum littorale phoenice

fert : tantę uelocitatis : ut uix consequi sit : unde hippeas hoc est equites illos appellarunt: iis nihil fere intus propter inopiā pabuli: genus item aliud est: quod magnitudine cancrum nō excedat: facie gammaris simile: sed iis omnibus: ut ante dixi pars dura: & testacea: foris pro cute est: mollis & carnea inter. supina corporis planiora: & tabellatiora sūt: quibus & oua de ponunt cum pariunt: Pedes locustis utroq; ex latere quini: ul timis annumeratis qui in forcipem exeunt denticulatū: Can- cris etiam omnes deni: cum forcipibus sunt: Squillarū generi quas gibbas uocamus: quini utrinq;: situ quo cęteris quorum proximi capiti acutiores: & quini utrinq;: alii uentri subiūcti quorum extrema latiuscula sunt : tabellę iis nullę parte supi- na: prona similis locustarum est: cācris e diuerso: Quippe qui bus primi utriq; quaterni: tum terni alii: ordinem eodem mō explentes: reliqua bona pars corporis pedibus caret : flectūtur omnium crura in obliquum: sicut & insectorum: brachia for- cipata quibus sūt: introrsum se flectunt: locustis & cauda est: & pinnę quinę assunt: Squillis: etiam Gibbis: cauda: & pinnę quaternę: Cranginis quoq; lateri caudę utriq; pinnę adnexę sunt: quarum pinnarum media utroq; in genere spinulis hor- rent: Verum in Crāgine glatiora: ī gibbis acutiora sunt: Cā cris excrustaceis solis cauda deest: & corpus rotundum est: cū locustis squillisq; longum sit: Differt mas locusta a foemina: ꝙ foeminę primus pes duplex: mari simplex: pinnę etiā parti supinę adnexę: foeminę maiores: & quę collo proximae sunt minores habentur: Mari omnes ęque minores: nec usq̄ per di- minutionem dissimiles: Ad hęc mari in nouissimis cruribus: uelut calcaria maiuscula prominēt acuta: quę foemina parua habet: & leuiora: utriq; tamen cornua ante oculos bina: longa & aspera : quibus alia minuta & leuiora cornicula subiacent : oculi iis omnibus duri: & apti tum intro: tum foras: tum etiā in obliquum moueri: quales etiam sūt parti plurimę cancrorū īmo uero mobiliores: Gāmaro color quod ex toto dixerī nitet: nigrisq; maculis dispersis euariat: pedes īferiores ad grandes usq; dispositi octo: tū grādes ipi lōge maiores: extremaq; pte

latiores: q̃ locustę habentur: sed non specie eadem: dexter enĩ
suum extremum latum & oblongum: & tenue habet: sinister
crassum: & rotundum: Vterq; tamen scissus in extremo: per
inde: ut maxilla tam infra q̃ supra dentatus est: Verũ dexter
pusillos serratosq; dentes continet omnes: lęuus primos serra
tos intimos uelut maxillares scilicet parte inferiore quatuor:
& continuos: superiore tres non continuos: Vterq; tamen par
tem mouet superiorem: ad inferioremq; astrĩgit: Blesus item
uterq; situ inferiore tanq̃ nati ad capiendum premendumque
Duo supra eos grandes habentur: alii hirtiusculi: paulo ab ore
inferiores: mox branchię os circundant: non sine hirsutia fre
quentes: quas assidue mouet: Flectit atq; in os adducit duos
illos hirtiusculos pedes: surculi etiam graciles geruntur a pe-
dibus: qui ori proximi habentur: Dentes huic quoq; duo: ut
locustae: supra quos cornua breuiora tenuioraque q̃ locustę:
Quatuor item alia adsũt cornua: specie quidem duobus illis
similia: sed tenuiora: & breuiora: super hęc oculi cõstituti sũt
parui: crassiusculi: non ut locustę maiusculi: frons quasi quę
dã acuta & aspera supra oculos extat latior q̃ locustę: Deniq;
facies acutior & pectus latius q̃ locustę: Totumq; corpus mol
lius: & carnosius: pedum autem octo numero pars scissa in
extremo bifurcatur: Pars desinit ĩdiuisa: quatuor enim bifur
ces sunt: reliqui quatuor simplices ex toto pertendunt: Quod
autem collum appellant: quinq; partium foris est: & sextum
latius illud: situm loco nouissimo habetur tabellis cõtinuatũ
quinq;: interiora uero in quibus foeminę prius pariũt: q̃ foetũ
edant: hirtiuscula quaedam quatuor continentur: quibus sin
gulis spinę singulę breues arrectęq; eminent ad exteriora: pe-
ctus corpusq; totum lęue est: non more locustarum aculeatũ:
& asperum: Verum in pedibus magnis aculeos partis exte-
rioris maiores esse manifestum est: Foeminam hoc in genere
nullum discrimen a mari distinguit: Nam & mari & foemi-
nae forceps alteruter grandior more incerto est: parem uero
utrunq; uenter nunquam habere uisus est: mare omnia eius
generis ore excipiunt: Sed cancri parte oris exigua adducta

respuũt:locustę suas ad brãchias trãsmittũt: quas ipse plures
q̃ cętera habent: Cõis enim oĩbus branchiarum adnexus est:
Dẽtes oĩbus bini:locustis enĩ duo primores:& in ore carũcula
quędam constituta : pro lingua est: Tum uenter: os protinus
excipit: pręterq̃ locustis: Iis enim gula ante uentrem exigua:
mox a uentre intestinum: quod locustis & squillis: & Gãma-
ris recte in caudã finit:qua excremẽta emittunt:& oua pariũt
Cancris autem qua applicatũ illud operculum geritur:medio
applicaminis ipsius: uerum iis quoq; parte exteriore: qua oua
pariunt desinit : Foeminis item huius generis locus ouis de-
putatus: iuxta intestinum omnibus est : Et quã mutẽ siue pa
pauer appellarunt: amplius partiu sue habent hęc oĩa genera :
Discrimina propria contemplari in singulis congruum est:lo
custis igitur(ut modo dixi) dentes bini maiusculi: & uenter
quo humor similis muti continetur.caruncula etiã inter dẽtes
linguę representans effigiem: & gula ab ore breuis:quã uẽter
membraneus excipit:Cuius ostio tres denticuli inhęrent duo
aduersi:reliquus infra:intestinũ uero a uentris latere simplex
pari crassamento ad excrementi usq; ostiũ fertur:Hęc locustę
omnes & cancri sortiunt̃:sed locustis meatus quoq; a pectore
pẽdens ad excremẽti exitum pertinet:qui foeminis pro uulua
est: maribus genitalis sęminis receptaculum sufficit: meatus
hic iuxta cauum carnis cõtinetur:ita ut media caro ĩteriaceat:
intestinum enim deuexum pertingit: meatus uero cauo appli
cetur: Nec secus q̃ in quadrupedũ genere hęc habẽtur: Nulla
maris meatũ ac foeminę drĩa distĩguit : Quippe cũ uterq; te-
nuis sit & albidus: & humorẽ ĩtra se cõtinens pallẽtẽ:Vterq;
etiam ex pectore pendet: Squillas etiam ouum clauiculasque
similem in modum habere certum est: maribus sane prę foe-
minis propria in pectoris carne : bina quędam candicantia cõ
stant:discreta a cęteris partibus colore formaque pro muscidi
sepiarũ proxima: Verum hęc torta in uertiginem more bucci
narũ papaueris: quorum origo ab acetabulis quę subita pedi-
bus nouissimis ordinant̃ : Caro in iis quoq; ẽ colore sanguinis
tactu lẽto:nec simili carnis:ab hoc pectori anfractus alt̃ strue

buccinea: craſſitudīe lineę: ſeſe porrigit: ſub quo duo quędā
arenę conditioni ſimilia: ſemini genitali accommodata: ītesti
no adnectuntur: Hęc in mare: foemina autem ouum rubidū
parit: membranaq; obuolutum pręteuui: uentri lateriq; utriq;
inteſtini annexum: atq; ad carnem uſq; adhęrens: partes has
habent interiores atq; exteriores.

SEd cum animalia queq; ſanguinea: partes tum īteriores
tum etiā exteriores: ſuis quaſq; appellatas nominibus
habeāt: genus quod ſanguine caret pluribus uacat: Iam enim
uiſcera quę cuiq; ſanguineo inſunt omnia: nullum exangue
quod habeat nouimus: ſed communes generi utrique: partes
gula: uenter: īteſtinum: Cancris autem forcipes: pedeſq; hēri:
& ii quales eſſent: dictum iam eſt: omnibus uero magna ex
parte grandior ac ualidior forceps dexter q̄ lęuus eſt: Quietiā
de oculis diximus: uiſum parti plurimę eſſe in obliquū: Alue
us uero totius corporis indiſcretus eſt: nec enim caput diſtin-
ctum: nec aliud quicq̄: oculi non eodem ſitu omnibus poſiti:
ſed aliis e latere ſupra continuo: ſub prono amplo diſtantes di
ſcrimine: ali s in medio breui diſcrimine: ut heracleoticis: ut
maiis: os oculis ſubditum: in quo dentes duo: ut locuſtis: ue
rum non rotundi: ſed longi: tegmina dentes operiunt duo: īter
quę talia interiacent quędam: qualia locuſtarum dentibus ad
necti expoſui: Humorē igitur ore accipit tegminibus illis de
pellendo: emittique meatu oris ſuperiore: adductis meatibus:
qua interfluxit: Duplex ille meatus ſub oculis eſt: Quotiens
ergo aquam acceperit: utroq; tegumento os obturat: atque ita
reſpuit humorem: Gula poſt dentes breuis admodum eſt: ita
ut protinus uēter os excipere uideatur: Venter biſulcus gulę
ſubiungitur: cuius ex medio inteſtinum ſimplex & tenue p-
cedit: quod ſub applicato exteriore operculo deſinit: ut dictū
eſt: humor intus in alueo: pallidus & minuta quędam oblōga
albida continent: Ruffa etiam alia maculis diſperſis: Differt
a foemīa mas: magnitudīe: craſſitudīe: & opculo: id. n. āplius
ī foemīa ē: & diſtātius: & hirſutius: & opacius: quale ēt foeīę
locuſtarum ſortiūt: Partes cruſta intecti generis: ita ſe habēt

QVę uero testa operiuntur animalia ut umbilici cochleę purpurę: & omnia quę ostrei aut cōchę nomine appellamus: atque etiam echinorum genus: carnem quęcunq; habēt similiter atq; crustata habent: Quippe quae intus eam contineant: testaque foris claudantur: nec intra se durum habeant quicq̄: Sed ipsa inter sese numerosa discrepant differentia: tū testę: tum carnis interioris ratione: aliis enī in eo genere nulla est caro: ut echinis: aliis est sed penitus inclusa: nec ulla ex pte conspecta: excepto capite: ut terrestrium limacibus: & iis quę cocalia quidam appellarūt: & aquatilium purpuris: buccinis: cochleis: & reliquis omnibus turbinatis: Caetera aut duplici constant ualuula: aut simplici: ut genus alterum biualue: alterum uniualue possit nuncupari: biualue appello: quod gemia testa continetur: uniualue quod testa singulari clauditur: Sūt item quibus altera pars superficiei detecta: carnem ostendat: ut patellę: biualuis generis: pars clusilis est: ut pectunculi: & mitili: eiusmodi nanq; omnia parte: altera ligata: altera soluta cōstant: ut & concludi possunt: & aperiri: Alia binis quidem cōclusa ualuulis sunt: uerum utroq; latera connexa: ut ūgues siue digiti: Non desunt quę testa tota occulentur: ut nulla ex parte carnem detectam habeant: ut quę uertibula siue tubera & callos appellamus: Ipsarum etiam testarū magna uarietas: nam alię lęues ut ungues: mitili: & concharum: quas aliqui Galadas appellāt: alię scabrę: ut ostreę: pīnę: et cōchę nōnullę & buccina: quędā ēt pectinati diuisę: ut pectunculi: & cōcharum nōnullę: crassitudine quoq; differunt: & tenuitate: tum totius: tū partis: uelut labrorū: Aliis.n.labra tenuia: ut mitilis aliis crassa: ut ostreis: Itē alia se mouēt: ut pectines: quos ēt uolare nōnulli aiūt: Nā & de ferramēto quo capiūť: sępe exiliūt alia ita natura īmobili sūt: ut nūq̄ sedē in qua hęrēt: spōte ipa mutare ualeāt: ut pina: ōe sane turbinarū genus moueť: et serpit: platella etiā saxis absolui ī pastūq; ferri solita est: Cōe aūt & iis quę adhuc enumeraui: & cęteris testacei generis: ut testa intus ęqualis lęuisq; hēāť. caro biualuis et uiualuis generis ita testę adhęret: ut nisi p uī nequeat detrahi: At turbinati laxior

continetur: & absolutior: cui generi peculiare est: ut testę po-
strema a capite intorqueanť: Operculū etiam eadem iam inde
ab ortu naturę omnia gerunt: Mouenť item eadem omnia pte
dextra: nō ad uertiginē siue clauiculam: sed ī aduersum: ptes
exteriores eius generis differentiis his uarianť: Interiorū natu
ra similis quoddāmodo in omnibus ē: maximeq; ī turbinatis
differunt enim inter se magnitudine excessusq; affectu. Nec
uero multū uniualue ac biualue: genus cōclusile sibi dissidēt
Quippe quę parum differētię inter se afferant: quāq̄ lōge ab
immobilibus discrepent: quod latius postea patebit. Natura
ergo turbinatorū similis constat: nec nisi magnitudine uariat
ut modo dixi: aliis enim partes maiores: atq; euidētiores: aliis
minores obscurioresq; sunt: Ad hęc discrimen illud duricię
mollicię cęterarūq; generis eiusdē affectiōum: Caro.n. prima
in ore testę: quā in omnia torosiusculam habent: aliis magis
talis est: aliis minus: Caput eius medio partis prominulum
iungiť: & cornicula duo: quę pro magnitudine animātis plus
minus capiunt incremēti: Exerunt caput more oīa eodē: idēq;
per motum retrahūt intro: nōnullis etiā os & dentes acuti: bre
ues & tenues: ut cochleis: Promuscidas item gerūt modo mu
scarum: quod quidē mēbrū līguę effigiē prę se fert: Habent
hoc idem & purpurę: & buccina: firmū: & torosum: quo simi
liter ut asili atq; tabani quadrupedū tergora penetrant: immo
longe ualidius: testas enim ęscarū possunt perforare: uēter os
protinus excipit: similis in umbilicis gutturi auiū: habentq;
pte inferiore duo quędā albida torosa: mammis similia: cuius
modi carūculas: uel in sepiis esse aduertimus: sed hęc torosio
ra: gula a uētre duplex lōga porrigit se: usq; ad papauer: quod
postremum fundo commissum est: Hęc ergo ut ī purpuris &
buccinis conspicua ī clauicula testę continentur: Quod autē
gulę subiungiť: intestinum est: gulę ipsi cōtinuū: simplexq;
ex toto: usq; ad exitum: cuius initium circa anfractum papa-
ueris est qua & laxius hęret (quod enim papauer appellamus:
quasi materia uacans atq; excremētitia magna sui pte ī oībus
testaceis generibus inest) Hinc sursum uersus replicās: carnis

repetit ſedem: finitq; ad caput: Vnde eiicitur excrementum: pariter in omnibus turbinatis generibus tam aquaticis q̄ terre ſtribus: Membrana in grandiuſculis umbilicis a uentre gulae attexitur continua: per quam meatus prolixior albicãs colore ſimilis: ſuperioribus illis mammillantibus carniculis tendit. Habet etiam ĩciſuras: quales in ouo locuſtarum habent: uerũ hoc albidum: illud rubidum eſt: Nullus exitus huic: nullum foramen poſtremum patet: ſed prętenui membrana cauo perductus anguſto continetur: Tendunt ab inteſtino ad imum nigrantia quędã aſpera atq; continua: qualia uel in teſtudine uiſuntur: ſed minus nigra: Cęteri quoq; umbilici hęc habent eadem: ſed quo minores: eo minutiora: Vniualue autem & biualue genus: partim iis ſimile eſt: partim diuerſum: caput eni & cornicula: & os optinent: atq; etiam quod linguę ſp̄em gerat: uerum hęc in minutioribus ſenſum prę ſua exiguitate effugiunt: Nonnulla etiam ĩ exanimatis: aut non mouẽtibus percipi nequeunt: Papauer illud quod etiam mutem appellamus: omnia habent: ſed non loco eodem: nec par: nec ex ęquo manifeſtum: Sed patellę in imo: biualuia uero ad partem qua mutuo teſtarum complexu cõtinentur: Capillamentis etiam illis: hęc omnia circundãtur: & quod ouum appellant: tẽpore quo gigni ſolet: ambitu alterius lateris orę continetur: uidelicet iis q̄bus datũ id a natura eſt: ſicut etiam albugo umbilicis Id enim illis iunctum ſimile ĩtelligimus: Sed eiuſmodi p̄tes ut dixi: cum conſpicuę in magnis habeantur: in paruis tamen aut nullo pacto: aut uix ſentiuntur: Quãobrem in magnis pectunculis pręcipue patẽt: Quod genus id eſt: cui altera ualuularũ latior uelut tegmen ſuperpoſita eſt: Oſtium excrementi cęteris a latere eſt: foramen enim quo egerant: omnia habent: quippe cum papauer illud ut dictum iam eſt: excrementicium quiddam omnia: membrana cõtentũ: ſortiantur: At illi quod ouum appellant: foramen nullo in genere tributum uidemus Sed carni ipſi intumeſcit: nec eadem qua inteſtinum parte cõtinetur: ſed dextera: cum inteſtinum habeat ſiniſtrã: Cęteris ergo talis excremẽti exitus ẽ: At uero patellę fere: quã marinã

papauer mutis

aurē quidā apellarunt: Parte ima testę excernit̃: qua foramen
habet̃: Venter etiā post os eē ĩ hoc eodē patellę genere cōstat:
Atq; ēt ouis illa similia: Sed quis eorū cuiq; situs sit diligen-
tius ex dissectionibus petendū est: Quē aūt cācellū appellāt:
cōmunis fere sotius crustatorū & testatorū generū ē: Quippe
qui s.pe locustis similis spectet̃ nasciq; seorsū p se solitus sit:
Verū ꝙ testā deinde petit: quā ingressus uitā traducat: Hic
similis testa contectis aīantibus est: Quapp iis in ancipiti eē
genusq; sibi uēdicare utrunq; uidet̃: forma tamen(quod sim
plicius dixerim) similis araneis est:nisi ꝙ partē corpori & pe-
ctori subditam ampliorē:quā aranei hēat: cornicula duo rufa
tenuia gerit: qbus oculi totidem subiacēt:qui nūq̃ intro rece-
dāt: ut cancrorū:sed semp eminentes appareāt: os sub iis est:
quod uelut capillamētis qbusdā pluribus circundat̃:iis pedes
subiuncti duo bifurces: qbus cibū ori admoueat: Bini item
utriq; adhęrent lateri: & tertius paruus: thoracis pars inferior
mollis tota ē:disiectoq; sinu pallidū intus cernit̃: Meatus ab
ore ad uentrē pergit: foramen excremēti pspici nullum potest
pedes ac thorax duritiē prę se ferunt:sed minus q̃ cācri:Nexu
nullo testis adhęret: purpurarū modo & buccinorū:sed abso-
lutus liberq; uagat̃: oblōgior est q turbinē subit q̃ qui neritē
quem naticē interpretamur. genus enim diuersū est: quod in
natice degit:cętera qdem non absimilē: sed dextrū bifurcula
tum pedē paruū habens: cū lęuum grādiusculū habeat: Et in
gredi eodē ipso grandiore potissimū solet: tale ,pfecto genus
uel intra cōchas quarū adhęsio similis ceteris ē:reperit̃:quod
& squillā paruā appellant: Natex testa lęui ampla & rotūda:
forma buccinis proxima est: papauere tamen nō nigro ut illa:
sed rubro: Textę adnexum:corpus mediū eius firmiter est:pa
scuntur hęc mari trāquillo:absoluta saxis: At quotiens flatus
urgent: cācelli hospites illi sese in saxa recipiūt:atq; latibulis
tutant̃:natices saxis adhęrescunt more patellarum: & muricū
ac cęterorū generis eiusdem: nec nisi tegmīe dimoto adhęrēt
quod uelut operculū sibi possidēt: Vsum.n.quē biualuibus
pars utraq; administrat: eūdē altera exhibet turbinatis: Caro

intus qua oris habitus: Modus hic idem muricibus purpuris: atq; oibus generis eiusdẽ: Quibus uero sinister pes grandior est: ii nunq̃ cũ turbinatis hospitant̃: Sed cũ naticibus tãtum ineũt societatẽ: ut dictum est: Sunt inter cochleas quę intra se bestiolas habeant similes Gãmaris pusillis: qui uel ĩ flumine gignunt̃: Sed ea differẽtia: ut pręmollẽ intra suã testã carũculam hẽant: Forma quales nã sint: ex dissectõnibus cõtẽplare.

Echinis caro negata est: idq; ipsum habent peculiare: ut nullã intus carnem cõtineant: Nigra quędam in oibus uice carnis spectamus: genera echinorũ plurima: primũ quod cibo idoneũ est in quo: quę oua appellant magna ęsculentaq; consistunt: pariter in maiore corpore & minori: Nam nouelli adhuc paruiq; planiusculi illis constãt. Secundũ ac tertiũ spatagi et brissi quę genera pelagia sunt: raraq; ĩuẽtu ad hęc quę echĩometra appellat̃: quasi matrẽ aut matricẽ dixeris echinorum: Quę quidẽ oẽs magnitudĩe excedit: genus item aliud ẽ minutũ: spinis longis pręduris̃q; gigni in alto gurgite solitũ: quo nõnulli ad destillationes urinę medicamẽto utunt̃: Circa toronẽ echini nascunt̃: Candidi & testa: & spina: & ouo. Augeri forma ꝑductiore q̃ cęteri soliti: Spina iis ꝑua: nec rigida: sed mollior: nigra autẽ illa ori applicata: plura & ad foramen exterius coeuntia hẽnt̃: sed disiũcta inter sese: Quibus quasi ĩteruẽtu liminũ discriminant̃: mouẽtur agilius & frequẽtius qui sunt cibo idonei: cuius rei argumentum: ꝙ semꝑ aliquid algę suis spinis implexũ gerant: Sunt ergo oĩbus oua: Sed nõ nullis exigua: nec cibo apta. Euenit autem: ut quod caput appellant: & os: uersum in terram sit: quod uero ad excrementi exitum deputatũ est: id supra habeatur: Quod idem õnibus turbinatis patellisq; euenit: Pastus enim de imis petatur: necesse est: Vnde fit ut os inuersum ad pastum sit: excremẽtũ uero superius parte prona testę contineat̃: Dẽtes quini echinis omnibus sunt: caui intrinsecus: inter quos carũcula quędam interiacens linguę officio fungitur: mox iungit̃ gula: Deinde uenter in partes quinq; distinctus: plenus excrementi: Cuius meatus omnes in exitu excrementi coeunt: qua testa forata ẽ.

echinometra

uentri aūt subdita sunt quę oua appellant mēbrana obducta: diuersa eodē in oībus impari quinario numero: Quorū quod nigricat parti creditū est superiori: ex dentiū origine pendens amarū: nec esculētū: quale in multis inesse aīaduertimus: aut certe eius proportōnale: Nam & in testudine: & in rubeta: & in rana atq; etiā in turbinato genere & in molli: sed colore diuerso & aut oīno ingustabili aut magis ab usu cibario alieno: Corpus echinis priore atq; nouissima parte spissū & cōtinēs: cętera uero non continuum: sed simile laternę: cui non obducta mēbrana est. Spinis suis echini utunť perinde ac pedibus: Iis enim nitibundi mouenť sedem quę permutant.

QVę aūt uertibula siue callos spali noīe a tegminis qualitate appellamus: naturā īter hęc genera peculiarē sortiri notū est: iis.n. solis corpus totū tegumento includiť: cuius durities inter testā: & coriū est: Quāobrē modo pręduri bubuli tergoris secať. Adhęret ergo id genus sua testa: duoq; se posita īter se foramina exigua admodū habet: & uisū uix patiētia qbus humorē accipit & reddit: Excrementū.n. nullū in eo spectať: quale in cęteris ostreis uel ęchinęum: uel quod appellant papauer cōtineť: Disiectis primū mēbrana neruosa crusta ambiēte obtēta ostendiť qua uertibuli caro ipsa cōtineť nulli e cęteris similis ī omnibus: tamen sui generis eadē: Adhęret hęc utroq; ex latere mēbranę circūdati & corio: & qua adhęret arctius in ptē utrāq; est: uidelicet qua tendit ad meatus ductos foras per crustā qbus reddiť & accipiť cibus & humor: quasi alterū sit os: alterū osciū excremētis delegatū: nec modus idē Sed alterū crassius: alterū tenuius est: Cauūq; intus utrinque exiguo quodā interueniēte: continuo humorq; in altero cauo consistere solitus est: pars uero alia quę uel instrumētalis: uel sēsualis sit: nulla oīo pcipiť: neq; excrementiciū qcq̄ ut dictū iam est: quo in cęteris more cōtineť: Color uertibulis aut pallidus aut rubidus est: Vrtica ēt sui generis cerniť: quippe quę et adhęreat saxis: more nōnullorū intectorū testa: & interdū saxis abiūcta uageť: Nulla huic testa sed corpus omni ex pte carnē pręse fert: Sētit & manū admotā corripit: adhęrescitq;

pide ac polypus suis brachiis ita ut caro itumescat: Os medio
in corpore cõtinet: & de saxo quasi de testa uiuit: & pnatãtes
pisciculos excipit retinetq;: sicut manu admota hoīs agi dictũ
est: deuoratq; in hũc modũ quęcũq; nata ē ęsculẽta: Absolui
ẽt saxis genus quoddã urticę: ut modo dixi: notatũ ē: Quod
& echinos & pectunculos in quos offenderit: corrodit: Excre-
mentũ nulla in urtica esse uideť: sed hac re similis stirpibus ē
Duplex genus pcipitur urticarũ: alterum corpore paruo: quod
cibo aptius est: Alterũ maiusculo duroq;: quale circa euboię
chalcidẽ gigni scimus: sunt oẽs hybernis mensibus carne cõ-
stante atq; rigidiuscula: Quãobrẽ per id tẽpus capiũť: ciboq;
idoneę sunt: At ęstate rarescũt: & resoluunť: pręmadẽt enim
et marcent: ut si tetigeris facile discerpanť atq; dispereant: De
niq; nulla tantisp euelli integra põt: ac ęstus impaciẽtia saxa
subire interius solent: partes iam exposui molliũ & uel crusta
uel testa intectorũ: tam exteriores q̃ interiores.

NVnc de insectis pari rõne tractandũ est: cõtinet genus
uel spẽs plures: quarũ nõnullis quãuis cognatis: nomẽ
nullũ cõmune est inditũ: ut api: craboni: uespę: cęterisq; gene
ris eiusdẽ: Item quibus pennę uagina inclusę continentur: ut
Gallerucę: fulloni: pilulario: & reliquis generis eiusdẽ: õnium
ergo partes cõmunes tres illas haberi cõstat: Caput aluum: &
quod inter hęc situm est: quale in cęteris pectus: dorsumq; ha
betur unũ id: quod interiacet magna ex parte est: Quę tamẽ
sunt longa & multipeda: iis fere totidẽ sunt quę interiacent:
quot īcisurę. insecta: diuulsa etiã uiuere possunt oĩa: exceptis
iis quę uel admodũ frigeãt: uel prę sua exiguitate quãprimũ
refrigerentur: Nã uespis quoq; diuulsis: non deest uiuacitas:
Viuit ergo cũ pectore: tũ caput: tũ ẽt aluus: At sine eo caput
auulsum uiuere non potest: diutius ea uiuunt diuulsa: quibus
corpus longũ pedesq; multi: et pars quę abscisa est: in utrunq;
se mouet extremũ: nam & caput uersus īgrediť: & in caudam
ut in iis quas uocãt centipedas moueri uidemus: oculi ī oĩbus
patent: Sed nulla ex cęteris partibus sensariis manifesta est:
pręterq̃ lingua in nonnullis quę uel testa intectis oĩbus data

Gallinis porro tertia die ac nocte postq̃ cepere incubare: iudicium prestare incipiũt. At maiorum auium generi plus pretereat temporis necesse est: minori autem minus sufficit. Effertur per id tempus luteus humor ad cacumen: qua principium oui est: atq; ouum detergitur ea parte: & cor quasi punctum sanguineum in candido liquore consistit: quod pũctum salit. Iam & mouetur: ut animal. Tendũt ex eo meatus uenales sãguigeri duo tortuosi ad tunicam ambiẽtem utrãq;: dum augetur. Membrana etiam fibris distĩcta sanguineis: iã album liquorem per id tẽpus circundat: a meatibus illis uenarum oriẽs. Paulo autem post: & corpus iam pulli discernitur: exiguum admodum primum & candidum: conspicuũ capite: & maxime oculis ĩflatis: quibus ita permanet diu. sero enim decrescunt oculi: & se ad ratam cõtrahũt proportionem. Pars autem inferior corporis: nullo membro a superiore distingui Inter initia cernitur. Meatuũ quos ex corde tendere diximus: alter ad ambiendum album liquorem ferẽ: alter ad luteum uelut umbilicus. Origo itaq; pulli in albumine est: cibus per umbilicũ ex luteo petitur. Die iam decimo pullus totus pspicuus est: & membrana omnia patẽt. caput grandius toto corpore ẽ: oculi capite grandiores hęrent. quippe qui fabis maiores p id tempus emineant: nigri nondum cum pupilla: quibus si cutẽ detrahas: nihil solidi uideris: sed humorem candidũ rigidũq; admodum refulgentem ad lucem: nec quicq̃ aliud ita oculi & caput. Iam uero & uiscera eo tempore patent: & alui intestinorumque natura perspicua est. Venę etiam illę a corde proficiscentes: iam sese iuxta umbilicum constituunt. Ab ipo autem umbilico uena oritur duplex: altera tendens ad membranam ambientem uitellum: qui eo tpe humet: & largior q̃ secũdum naturam est: altera permeans ad membranam ambientẽ

eā qua pullus operiť:membranā & eam quę uitellū humorēq3
interiectum cōtinet.dum enim pullus paulatim increſcit. Vi
tellus ſeorſum in duas partes ſecať: quarum altera locū tenet
ſuperiorem: altera inferiorem: & medius humor cādidus con
tinetur: Nec partem inferiorem a uitello liquor deſerit albus:
qualis ante hēatur. Decimo die albumen exiguū iam:et lentū
craſſum:pallidulum nouiſſime ineſt. Sūt enim quęq3 locata
hoc ordīe. prima poſtremaq3 ad teſtam oui membrana poſita
eſt:non teſte ipſius natiua:ſed altera illi ſubiecta:liquor in ea
candidus eſt: Deinde pullus continetur obuolutus mēbrana:
ne in humore maneat. Mox pullo uitellus ſubiacet: in quem
alterā ex uenis ꝓpere dictū eſt cū altera albumē ambiēs pe-
tat. Cuncta autē ambit membrana cū humore: ſpecie ſaniei:
Tum uero membrana alia circa ipm foetū ut dictum ē duciť:
arcens humorem ſub qua uitellus alia obuolutus membrana:
in quē umbilicus a corde:ac uena maiore oriens pertinet: atq3
ita efficitur:ne foetus alterutro humore attingatur. Vicesimo
die iā pullus ſi qs putamine ſecto ſollicitet:mouet intus ſeſe:
pipitq3 aliquātulum: & iam ab eodem die plumeſcit: quotiēs
ultra uiceſimū excluſio protelať:ita poſitus eſt:ut caput ſuper
crus dextrum admotum ilibus: alam ſuper caput poſitam ha-
beat:quinetiam membrana quę pro ſecundis habetur: poſt ul
timam teſtę membranam: ad quam alter umbilicus pertēdit:
euidens per id tempus eſt: pulluſq3 in eadem iam totus locať:
& altera quoq3 membrana quę & ipſa uicē ſecundarū pręſtat:
uitellumq3 ambit:ad quem alter umbilicus procedit:latius pa
tet. Oritur umbilicus uterq3 a corde: & uena maiore ut dictū
eſt. Fit autē per id tempus ut umbilicus alter:qui in ſecundas
exteriores fertur:compreſſo iam animante abſoluatur: alter q
adit uitellum ad pulli tenue inteſtinū annectať. Iam & pullū
ipſum multū humoris lutei ſubit:atq3 in eius aluo fecis aliqd
ſubſidit luteum.excrementum etiam album eodem tempore
pullus emittit: & in aluo quiddam album conſiſtit. Demum
uitellus paulatim abſumitur totus membrorum hauſtu:ita ut
ſi pullo decīo die poſt excluſo reſcindas aluū: nō nihil adhuc

uitelli cõperias. Vmbilico uero absoluitur pullus: nec quicq̃ prẹterea haurit. Totus enim humor qui in medio continebat̃: absumptus iam ẽ. Tempore autem supradicto pullus dormit quidẽ sed nõ ꝑpetuo: quippe qui excitetur interdũ: & mouẽs sese respiciat atq; pipiat. Cor etiã eius cum umbilico ut spirã tis: reflat & palpitat: Sed auiũ ort⁹ ad hũc modũ ex ouo agit̃. Pariunt autem oua nonnulla infoecunda uel ex iis ipsis quae cõceperint coitu: nullus enĩ prouenit foetus: quãuis incubitu foueantur: quod maxime in columbis notatum est. Oua gemina binis constãt uitellis: qui ne inuicem confundant̃: facit ĩ nonnullis prẹtenue quoddam septum albuminis medium: aliis uitelli contactu mutuo sine illo discrimine iungunt̃. Sũt in genere gallinarum quae pariant gemina omnia: in quibus animaduersum est: quod de uitello exposui. quẹdam enĩ duo de uiginti peperit gemina: exclusitq; prẹterq̃ si qua essent: ut fit irrita: Cẹteris itaq; foetus prodiit: sed ita gemini excludũt̃: ut alter sit maior: alter minor: & tandem in monstrum degene ret: qui minor nouissime prouenit.

PAriũt magna ex parte bina oua: quẹ specie columbacea cõtinentur omnia: ut palumbes: ut turtur. sed cum plu rimum terna palumbes & turtur: columbẹ omni tempore ut dictum est pariũt. Turtur & palumbes uere: nec plusquã bis: atq; ita si prior foetus corruptus est. frangunt enim oua mares auium complures: sed quanuis tria interdum pepererint oua: nunq̃ plus duobus pullis educunt: nonnunq̃ etiam unũ tantũ: reliquũ ouum semper irritum est: quod urinum uocant. Aues magna ex parte anniculẹ nequeunt generare. Omnes uero cũ parere incipere: semper fere oua continent: quãq̃ in nonnullis facile ob exilitatem uideri non possunt. Columbẹ magna ex parte marem & foeminam generant: priorem marem: posterio rem foeminam: & cum pepererint primum ouum uno interposito die secundum pariunt: incubãt ambo uicissim: ĩterdiu mas: noctu foemina: concoquunt atque aperiunt citra diem uicesimum ouum: quod prius ẹdiderint perforãt ouũ: pridie eius diei quo pullum excludunt: & fouent prolem ambo ad

ad certũ tempus eodem mõ quo oua: foemina ĩ opere ſobolis
acerbior mare ẽ: ut cęteris quoque a partu euenit animalibus.
pariunt decies anno: Nonnullę etiam undecies. ęgytię uero &
duodecies coeunt intra annũ columbę. quippe quę ſemeſtres
noſſe incipiant uenerẽ. palumbes & turtures etiam trimeſtres
coire foetificareque aliqui referunt: argumento quod larga eo
rum copia eſt. Gerunt uterum decem & quatuor diebus: ac to
tidem aliis incubãt: & totidem aliis foetus ita uolucer fit atq;
perficitur: ut uix poſſit apprehendi. uita palumbiũ uel ad qua
draginta annos durare exiſtimatur. Perdicum amplius q̃ ad
ſexdecim. Columba citra dies triginta prole expedita ſuperio
re parit.

Vultur nidificat ĩ excelſiſſimis rupibus: unde fit ut raro
nidus & pulli uulturis cernãt. Quocirca herodorus bry
ſõis rhetoris pater uultures ex diuerſo orbe nobis ĩcognito ad
uolare putauit: argumento ꝙ nemo nidum uidiſſet uulturis:
& quod multi exercitum ſequẽtes repente appareãt: ſed quãq̃
difficile nidum eius alitis uideris: tamen uiſus aliquando eſt.
Pariunt uultures oua bina: caetera quę carne ueſcuntur: non
pluſq̃ ſemel anno parere exploratum eſt.

Hirundo una bis anno nidificat: pullorum hirundinis ad
huc recentium oculi: ſi quis ſtimulo eos uexarit reſane-
ſcunt: & cernendi uim poſtea plane recipiunt.

Aquilę oua pariunt terna: ſed pullos binos excludunt: ut
& uerſu quem ad muſęum referunt autorem conſtat.
Excludit binos: ędit terna: educat unum. Sed quãuis magna
ex parte ſic fiat: tamen & tres uiſi aliquando ſunt pulli: Alte-
rũ in ęducando expellunt tędio nutriendi: nam & degenerare
ac hebeteſcere aquila dicitur: eo tempore ut foetus ferarum ra
pere non queat: nomenque hinc exaeti: hoc eſt degenerantis
aquilę accipit. ungues etiam eius inuertuntur diebus paucis:
& pennę albeſcunt ut merito ſuos oderit partus: ſed pullum
eiectum oſſifraga excipit atq; educat: incubat aquila tricenis
diebus: & cęteris quoque magnis alitibus tempus incubandi
tãtũdem a natura ſtatutũ eſt: ut anſeri: ut tardę: mediocribus

uicem perficiũt incubationem ut accipitri: ut miluo. Pariunt milui bina magna ex parte: ĩterdum tamen & terna. Totidẽq; excludunt pullos: sed qui ętolius nũcupatur uel quaternos aliquando excludit.

COruus quoq; non modo bina ut aliqui uolunt parit: uerum etiam plura. Incubat autẽ uiginti diebus: & pullos nido expellit: quod idem & alię complures uolucres faciunt. quibus enim partus numerosior est: unum sępe eiiciunt.

GEnera aquilarum non eque omnia prolem fastidiũt: sed difficilior in alẽdo una cui nomen pygargo: cauda albicans dederat: begninior quę tota nigricat colore: nam omnes fere alites: quibus ungues adunci: pullos cum primum prouolandi facultas fuerit: nido expellunt: percutientesque cogunt discedere: & cęterę quoq; aues maxima fere sui parte ut dictũ est idem hoc faciunt: cunq; enutrierint: nihil pręterea adhibẽt curę: excepta cornice: quę aliquandiu prouidet. quippe quae uolantes iam suos pullos pascens ipsa comitetur.

CVculus ex accipitre fieri immutata figura a nonnullis putatur: quoniam quo tempore is apparet: accipiter ille cui similis est non aspicit̃: sed ita fere euenit: ut ne cęteri q̃dẽ accipitres item cernãtur: cum primum uocem emisit cuculus: nisi perquam paucis diebus. Ip̃e autem breui tempore ęstatis uisus: hyeme non cernitur. est hic neque aduncis unguibus ut accipiter: neq; capite accipitri similis: sed ea utraq; parte colũbũ potius q̃ accipitrẽ representat: nec alio q̃ colore imitat̃ accipitrẽ nisi q; accipiter maculis distĩguit̃ ceu lineis: cuculꝰ uelut punctis. magnitudo atq; uolatus similis accipitrum minimo: qui magna ex parte per id tempus non cernitur: quo cuculus apparet: nam uel ambo una uisi aliquando sunt. Quinetiam accipitre ĩterimi cuculus uisus est: qđ nulla auis suo in genere solet facere. pullos cuculi nemo se ait uidisse: parit tamẽ uerũ non in nido quem ipse fecerit: sed interdum in nidis minorũ auium: & oua quę aliena reppererit ędit: maxĩe uero nidos palumbium petit: quorum & ipsorum oua ęsu absumens: sua relinquit. parit maiore ex parte singula oua raro bina. Curucae

quoq; ĩ nido parit: fouet illa: & excludit & educat: quo quidẽ precipue tempore & pinguis et grati saporis pullus cuculi est. Pulli etiam accipitrum suaues ualde pinguesq; efficiunt. Genus eorum quoddam nidos facere procul in petris excelsis per ruptisque assolet.

INcubat magna auium pars (ut de columbis retuli) foeminę mare succedente: aliqui mares incubandi munus tantisper subeunt: dum foeminę intermisso in cubitu cibum querunt. Anserum foeminę tantum incubant: quę ut cęperũt nunq̃ intermittunt sed perpetuo fouent in cubitu.

AQuaticę omnes iuxta paludes: & locis herbam habentibus nidos faciunt: quo fit ut uel occupate negotio incubandi possint sumere cibũ: nec omnino inedia laborent.

COrnicum etiam foeminę tantum incubant: assidueque in opere perseuerant: mares bis cibum suggerunt: pascuntque incubantes.

PAlumbium foemina incubat a post meridiano incipiẽs totaq; nocte: & usque ad tempus ientaculi perseuerans: reliquo tempore munus idem mas subit.

PErdices bina ouorum receptacula faciunt. In altero foemina incubat: ĩ altero mas: excluditq; sua uterq; & educat. Pulli etiam ipsi subigunt a mare statim cũ procedunt.

PAuo uiuit annis uigiti quinq;: parit maxime a trimatu: & colores pẽnarũ uarios recipit: excludit diebus tricenis aut paulo tardius: semel tantũmodo ãno parit oua duodecim: aut paulo pauciora: nec cõtinuatis diebus: sed binis ternisue ĩterpositis: primipare octona maxime ędunt. Irrita & subuentanea illa pauones etiam pariunt. Coeunt uere & partus breui a coitu agitur. Amittit pennas cũ primis arborum frondibus: recipit. Cum germine earundem. gallinis subiiciũt incubãda oua pauonina: quoniam mas dũ foemina incubat: aduolãs ea frangat: quãobcausam & siluestres nõnullę aues pariunt fugientes marem & incubant. Subiiciunt maxime bina cũ plura suo in cubitu nequeant aperire. Curaq; adhibet ut cibus assit: ne desiderio eius discedẽs: gallina intermittat fouẽdi opam.

6 75

Testes auiũ grandiores effici tempore coitus certum est: sed salaciorum conspectiones sunt: ut gallinaceorum & pdicũ. Tempantiorũ minus. aues ad hũc modũ coeũt gestant & pariunt.

Pisces haud oẽs parere oua dictũ iam est. genus enĩ ni cartilagineum aĩal generat. reliqua oua pariunt: sed nec cartilagineis quidem foetus sine ouo. Pariunt enĩ intra se oua & augẽt atq; excludũt: preterq̃ raia. uuluas etiã pisces habent diuersas ut dictum est: nam qui pariunt oua bifurcatas habent: atq; inferius positas. Cartilaginea uero ea spe potius hẽnt qua aues: sed interest φ oua nõ iuxta pcordia oĩbus: sed infra nonnullis per spinã cõsistũt: unde aucta ĩ aliũ trãsferũtur locum. Ouũ pisciũ nõ bicolor ut auiũ: sed unicolor oĩum est: & plus albi trahens q̃ lutei: tam anteq̃ postea cũ foetus ĩsidet. Differt piscium generatio ex ouo ab auium generatiõe eo quod altero caret umbilico: qui ad membranã teste subditã tendat: alterũ enim tantũ qui auibus ad uitellum fert̃ habet meatũ. Caetera idem ortus ex ouo auium & pisciũ est. quippe cum & foetus ĩ extremo oua nascant̃: & uenę similes ex corde inter initia proficiscant̃: & caput: oculi deniq; partes superiores prĩcipio fiãt pgrãdes: ĩcrescẽte etiã foetu humor pari mõ subĩde absumit̃: demũq; nihil supest: quod non foetũ subierit: sicut de uitello auiũ expositum est. Quinetiam umbilicus paulo a uẽtre inferius hęret: qui recens natis longior sit: crescentibus paulatim breuior reddat̃: demũq; se totum ĩtra foetũ recondat: ut dictũ de auibus est. Membrana quoq; eadẽ ouum & foetũ continet: cui mẽbrabna altera foetũ per se cõtinens subiacet. humor aũt inter membranas positus est. Ad hęc cibus in aluo suggeritur eodem modo pisciculis albus quo auium pullis luteus.

Figura uuluę ex dissectione petẽda est.

Discrimen aũt inter se ipi pisces ostendũt: ut mustelini qdtũ inter se: tũ etiã a planis rõne uteri differũt. nonnullis enĩ medio uuluę circa spinã oua adhęrent queẽadmodũ dictũ est ut caniculis: quę cũ accreuerint absoluta ferunt̃ p uuluam bifurcem ãnexamq; ad precordia: quomodo et cęteris generis

eiusdē in utranq; partē transferunť:habet tam eorū q̃ cęterorū
mustelini generis uulua paulo a p̄cordiis īferius:ueluti mām̄as
albidas:quę non nisi grauidis habeanť. Caniculę & raię testa
cea quędā gerūt: in qbus humor ad oui similitudinē cōsistit:
figura eius teste similis tibiarū ligulis est : meatusq; fiunt ca-
pillamentorū sp̄e in testis: sed caniculis quas aliqui ab hinulo
nebrias mustelos appellāt:foetus rupta dilapsaq; illa testa pro
ueniunt. Rais cum pepererint : rupta testa excluditur foetus.
Spinaces uero mustelis sic a spina quā habent nuncupati: oua
ad precordia cōtinent super mām̄as : quibus ut descenderint:
iam absolutis foetus īnasciť. Idē hic generādi modus & uulpe
culis est. musteli autē leues uocati: oua per uuluā mediam: ut
caniculę gestant:quę postea in utrunq; uteri sinum descēdāt :
mox aīal gignitur umbilico hęrente ad uuluam:ita ut ouo ab-
sumpto:partus non alter quā in quadrupede contineri uideať.
adhęret umbilicus ille prolixus capite altero ad partē uuluę in
feriorem:ueluti ex acetabulo annexus:altero ad mediū foetum
qua ī parte iecur est. Cibū si reseces foetū ad oui similitudinē
uideris: etiā si nō p̄terea ouum habeat. Secundę membranęq;
singulę:foetus singulos modo quadrupedū cōtinēt. Caput p
lis ī utero nouę adhuc partem spectat superiorē: auctoris iam
& perfectioris inferiorem uersus transfertur : mares ī lęua:foe
minę in dextra ingenerantur:atque etiam parte eadem unafoe
minę: & mares.uiscera etiam foetusque habet ut iecur:perinde
atq; ī quadrupede magna cruētaq; resecto cernūť . Oīa cartila
gīea simul et oua parte supiore circa p̄cordia cōtinēt cōplura :
alia maiora:alia minora: & īferiore aīalia iam exclusa: unde fit
ut genus id piscium sępius mēse et pariat & coeat.quippe qđ
nō uni uersa ędere soleat quę cōcepit: sed particulatī repetens
sępe & diu peragens:ut dū supius oua cōtrahit:īferius coquat
atq; perficiat. Cęteri musteli foetus suos et emittūt & recipiūt
intra seipsi:quod idē & squatinę & torpedines faciunt: & qui
dem iam uisa torpedo est grandis: quę foetus intra se circiter
octoginta haberet. Sed spinax unus ex mustelis recipere prolē
spinę impedimento non potest: neq; uero pastinaca & raia ex

planis recipiunt propter caudę aſperitatem. Raia etiam ſuam
non recipit ſobolem: tum capitis magnitudine: tum aculeorū
impedimento: nam ne animal quidem una hęc parit ut dictū
eſt. Diſcrimen quo hęc inter ſe ipſa diſcrepent: & generatio ex
ouo ad hunc modum eſt.

MAres autem piſcium tempore coitus meatus plenos ſe-
minis genitalis ita habēt: ut attritu facile ſemen ipſum
effluat candidum: meatus hi a precordiis uenaque maiore ori-
untur bifurces. Patentque eo tempore etiam imperitis ſcilicet
in cermento ſeminis: & turgētis faſtu libidinis. interdū enim
ac nonnullis admodum incerti redduntur: ut de teſtibus ī aui
um genere expoſitum eſt. Differunt inter ſe meatus genitales
maris & foeminę: tum aliis rebus: tum etiam quod maris lum
bis inhęrent firmius: foeminę mobiles ſunt & membrana te-
nui continentur: ſed hęc quemadmodum ſe habeant ex deſcri
ptione diſſectionum conſideranda ſunt. Superfoetant cartila
ginea genera & ferunt utero menſibus: cum plurimum ſenis.
ſed ſępiſſime qui ex muſtelis ſtellares uocantur: quippe qui
menſe bis pariant. initium autem coitus menſe ſeptembri eſt.
Cęteri muſteli bis anno pariunt: excepta canicula: quae ſemel.
omnia in uere haec pariunt. Squatina etiam autumno occaſu
uirgiliarum qui partus ſecundus eſt. Primus enim uerno fit
tempore: ſed ſecundus foelicior eſt. Torpedo circa autumnū.
Repetūt cartilaginea littus & uada: pelago & alto relicto gur
gite: cum tempus pariendi inſtat: ut neq; tepore careant: & pro
geniem tutius collocent.

PIſcium cęterorum diuerſa genera coire uiſum a nemine
eſt. Squatinam ſolam & raiam hoc facere creditur: argu
mento piſcis cuiuſdam qui nomen ex utroque compoſitum
trahit. Rhinobati quaſi ſquatraiā appelles. eſt enī parte priore
raię ſimilis: poſteriore ſquatinę: tanquam ex eo utroque pro-
ueniēs genere. muſteli igitur genuſque omne muſtelinum: ut
uulpecula: ut canis: & plani: ut torpedo. Raia leuiraia: paſtina
ca: modo quo diximus gignunt animal: cum intra ſe oua pe-
pererint.

d Elphini balenę & reliqua cetę quę non brãchias: sed fi/ stulã habẽt animal generant. Additur his prifcis & bos: nullum ex his enim oua habere cernitur: sed statim foetum ex quo redacto in formam animal constat: quemadmodũ homo & quadrupedes quę animal pariũt. Delphini singulos magna ex parte ędunt: interdum tamen & binos balenę uel binos: cũ plurimum magnaq; ex parte uel singulos procreant. idem & phocenę id est tirsioni partus: qui delphino similis hic paruo delphino est: nascens in põto: sed ĩterest quod minor trisio ẽ: dorso ampliore colore ceruleo: Complures eum genus esse del phini opinantur.

s Pirant quę fistulam habent omnia: & recipiunt aerem: haud enim carent pulmone: & quidem uisus delphinus est dormire: rostro emerso ac stertere: lac et delphinus habet: & tirsio: quo suos nutriunt foetus: gestantq; eosdem infirmos in fantia. adolescit celerius proles delphini: quippe quae annis decem ad summam perueniat magnitudinem. gestat̃ utero de cem mensibus. partus delphinis ęstate: nec ullo tempore alio. Fit etiam ut delphini tricenis diebus occultẽtur: & lateãt circa ortum canis sideris. Adultos etiã foetus diu comitant̃. magna erga gnatos caritas in hoc aĩali est. uiuit annis compluribus. Cõstitit enim nõnullos uixisse annis uigintiquinq;: alios etiã triginta: quod cognitũ est p̃cisa a piscatoribus cauda: ut quos ita reddidissent mari captos itẽ agnoscerẽt: & temporis spaciũ scirent.

u Itulus marinus generis ambigui est: nam & mari degit quãq̃ humorẽ non recipit: sed spirat ac dormit: & egres sus in terram parit in littore ut terrestre. sed quoniã plus tpis mari q̃ terra ĩmoretur: cibũq; ex humore petat: ideo ĩ aquaticis de eo narrandum est. Ergo hic animal & concipit statim intra se et parit: secundas quoq; emittit: & lac reddit modo pecudũ: parit singulos aut gemĩos: & cum plurimum tres mãmis quas geminas habet: educat foetũ ritu quadrupedũ: parit ut homo oĩ tpe. Sed maxime cũ primis capris. plẽ circa duodecimũ diẽ a partu deducit in mare: subinde assuefaciẽs: illa decliuis fert̃

nec ambulat. Cum nõdum inniti suis pedibus ualeat colligere seipse uitulus & contrahere potest: carne enim abundat: mollisque est: atque ossibus cartilaginosis constat. interficit̃ difficulter: nisi elisis temporibus capitis. Corpus enim totum carnosum est. Mugitus ei ĩ somno. genitale foeĩę simile raię est. omnia uero id genus muliebris sexus similitudinem referunt. Generatio partusque aquaticorum quę animal uel intra se uel foras pariant ita agitur.

PIsces autem qui oua pariunt uuluam bifurcẽ ac inferius positam habẽt ut dictum est. Pariũt oua oẽs q squamis tegũtur: ut lupus: mugilis: telis: & qui candidi appellãtur: & qlęues preterq̃ anguilla. ouum ipsum arenidum est: quod & si utero continet̃: tamen detectum & per seipsum cõstare uidet̃: qꝫ tota uulua ouis referta ẽ. itaqꝫ fit ut ĩ puis qdã pisciculis oua tantũmõ gemina esse uideant̃: nam ob tenuitatẽ exiguitatẽqꝫ uulua incerta ĩ iis est. de coitu piscium satis dictũ iam est.

SExu autem eos quoqꝫ distĩgui apertũ est. Pars. n. pisciũ maxima cõsummatur mare & foemina. De rubelione & hiacula ambigit̃. omnes enim grauide capiunt̃. cõsistunt itaqꝫ oua per coitũ ĩ iis qui uenerẽ norunt: sed nõ coitu tantũ: uerũ etiã sine coitu: qđ argumẽto constat nõnullorũ fluuiatiliũ: nã phoxini statim prope dixerim cũ nati sunt: & admodum parui adhuc oua habent. spargunt sua oua omnes & magnã ouorum partẽ (ut narratur) mares deuorãt: alia pereunt ĩ humore. Quę autẽ locis opportunis ędita sint hęc seruant̃: nã si oĩa seruarẽt̃ nimia cuiusqꝫ gñis esset copia: nec uero hęc oĩa foecũda locãt̃: Sed ea certo quibus ęditis mas semen asperserit genitale. sub partu enim mas sequens: semen ouis aspergit: & quę uitale id uirus contigerit iis pisciculi enascũtur. cęteris prout fors tulit euenit. hoc idem & in mollium genere fit. mas enim sepia oua quę foemina ędiderit persequitur suum semen aspgens: quod uel in reliquis eiusdem generis fieri ratio est. Verum non nisi in sepiis hoc uisum adhuc est.

PAriũt iuxta littora gobiones: suaqꝫ oua lapidũ amplexibus mandant latiuscula & arenida. Idẽ & cęteri faciũt:

quoniam littora & tepidiora sunt: & tutiora ne foetus a maio-
ribus absumantur: cibum etiam prębent uberius unde fit: ut
ĩ ponto circa thermodoontem amnem plurimi pariant. est enĩ
is locus tranquillus: tepidus & aquarum dulcium copiosus.
Pisces qui oua ędunt semel pariunt anno: preter fucas pusillas
quae bis pariunt anno. differt hoc in genere mas a foemina ꝙ
nigrior & squamis amplioribus est. Caeteri pisces oua eodem
foramine uuluę ędunt: qui autem acus uocatur unus: tempore
pariendi utero dehiscente oua emittit. habet enim hic rimam
quandam sub uentre imo: ut Cecilię serpentes: a partu autem
uiuit & uulnus callescit. Generatio ex ouo simili agitur modo
siue intus siue foris est ouum. summo nanque ouo innascitur
foetus membrana obducta: oculi primum patent grandes: &
in globi speciem afformati: quare constat non similiter gigni
atque ex uermibus ut quidam putarunt: contra enim in illis
euenit: ut pars inferior maior inter initia sit: oculi & caput po-
stea augeantur. ouo autem rupto foetus uelut nucleus constat:
q primum nullum accipit cibum: sed oui humore iam hausto
increscunt: post nutriuntur aquis dulcibus fluuiorum usque
dum satis augeantur.

DEfert ex põto in bellespontũ purgamẽtũ quoddã illius
maris: quod algę noĩe phycos appellãt: colore pallidum.
florẽ algę id eẽ alii uolũt: atqꝫ ex eo fucariã algam ꝑuenire. fit
hoc ęstatis initio eoqꝫ tũ ostreę: tũ ẽt pisciculi eius loci alunt̃.

PVrpurã quoqꝫ suũ florẽ hinc trahere nõnulli existimãt

LAcustres & fluuiatiles pisces quĩto suę ętatis mense ute
rũ gestare magna ex parte incipiunt. pariunt omnes ĩtra
annum: nec semen generationis simul omne emittũt: sed mõ
marinorũ. hic quoqꝫ semp ĩtra se aliqd plus minus focię ouorũ
mares liquoris prolifici retinent: pariunt temporibus ęstatis.

CYprini quĩquies aut sexies ãno partũqꝫ syderũ rõne po-
tissimum faciũt: erica ter: reliqui semel ędunt oua. In sta
gnis fluuiorum & harũdinetis lacuũ ut phoxini & percę.

SIluri & percę continentem emittunt suũ foetũ: adeo enĩ
foetus ipse cõtinuo filo sibi cohęret: ut pcę qdẽ: quoniã

latior eſt: piſcatores in lacu barundine glomerēt: pariūt ſiluri grandiores ſtagno altiore: quippe cū nonnulli uel triū paſſuū altitudine pariant: minores breuiore contenti ſunt gurgite: pręcipue ad radices ſalicis: aut cuiuſuis arboris atque etiam inter barundines & algas: & muſcoſam congeriem: nō ſolum pares cum paribus: ſed etiam admodum grandes cum paruis ueniunt: ammotiſque meatibus: quos aliq umbilicos uocant. Foemina ouum mas liquorem uenereum depromit. & oua quae liquor ille uitalis contigerit: candidiora extemplo cernuntur: maioraque reddi eodem die propemodum dixerim. Paulo autem poſt oculi foetus exiſtunt conſpicui: qui in quouis piſciū genere perinde ut in caeteris animalibus ſtatim pateſcunt pręgrandeſque apparent: Quę ex ouis nō attigerit liquor maſculi ille uitalis. baec ſterileſcunt: & ſuperuacua ſunt: ut in marino etiam genere incidit. foecundis iam ouis piſciculo increſcente detrabitur: uelut putamen: qnod membrana eſt ouum ambiēs & piſciculum: oua tacta a foetifico maris ſemine: admodum glutinoſa redduntur: ad ceſpites coeuntia: aut ubi pepererint. Mas oua qua ędita ſunt cuſtodit: foemina abit cū pepererit.

TArdiſſimum ſiluri incrementum ex ouo eſt: quamobrē mas ſępe uel quadraginta & quinquaginta diebus aſſidet: cuſtodiens oua ne a piſcibus occurrentibus abſumant.

SEcundę eſt tarditatis generatio cyprinorum: pariq; mō oua ędita a mare ſeruantur.

AT minorum nonnulla uel tertio die ſpeciem piſciculi capiunt: augentur oua quę ſemen maris attigerit ut dictū eſt: & eodem die: & poſt fit ouū ſiluri: quātum eruum: cyprini & reliquorum generis eiuſdem magnitudine milii: bęc ad būc modum pariunt atq; generant.

ERica gregatim ſua oua gurgiti altiori mandat congeſta contra quem tullonem appellant: is littora petit tranqliora ſed is quoq; gregalis eſt. Cyprinus: Balerus: & cęteri fere oēs uadis ītrudūt ſeſe cum parturiūt: ac ſępenumero ſingulas foeīas mares tredecī & quatuordecim perſequunt. Mox foeīa oua procedēdo emittit: mares ſectantes ſemen ſuum ouis reſ-

pergũt: uerũ plurima pereũt: quod enim fœīę nõ ſtabilis ſed mutãs cõtinue parit: diſſipari oua neceſſe eſt: uidelicet ea quę nõ in materiẽ inciderint aliquã: ſed excepta abunda ferantur: neq; eſt enĩ q̃ ſua oua cuſtodiat: excepto ſiluro & cyprino: ſed cyprinus tunc ea cuſtodit cum congeſta repererit.

HAbent mares omnes ſemen genitale preter anguillã quę neutrum neq; ouum: neq; ſemen ſortita eſt.

AScendũt de mari ĩ lacus & fluuios mugiles: cõtra ãguillę inde in mari ueniũt. piſces maxima quidem ex parte ouo gignuntur: ut dictum iam eſt.

SEed ſunt qui & limo & arena proueniãt: etiã ex iis generibus quę per coitum: & oui primordio generenť: quod tum aliis locis paluſtribus: tũ uero apud gnidum factum olim memorať. Stagnis enim ſub canis ortu reſiccatis: & limo iam arido: ubi primũ hymbribus reſtagnare loca inciperẽt: piſculi naſcebantur generis mugilum: quod per coitum procreať magnitudine baleculę paruę: nec ĩ his aliquid uel oui uel ſeminis cõtinebať: Quinetiam in nõnullis Aſię amnibus qua effluũt in mare piſciculi q̃dã magnitudĩe naricarũ mõ eodẽ ꝓueniũt. Sũt qui omne mugilũ genus ſpõte oriri opinenť: ſed nõ recte: nã & oua eorũ fœĩę & ſemen genitale mares habere cernunť. Verum genus quoddam eorum eſt: q̃d non coitu ſed ex limo arenaue enaſcať. Sed nonnulla uel ſpõte generare ex iis quę ꝑ coitũ ꝓdeãt ſatis ex iis cõſtat. quę autẽ nec ouum: nec animal pariant: his ortus uel ex limo uel ex arena: & ꝑ ſũma facta putredine agiť: qualis etiã apluę origo ſpuma nuncupata ex terra arenoſa cõſiſtit: quod quidẽ apluę genus nec incremẽtũ capit: nec prolẽ affert: & tp̃is lõgioris ſpacio perit: ſed denuo naſciť: unde fit ut breui quodam tp̃e excepto oĩbus fere anni tp̃ibus generеť. quippe cũ ſpuma illa ab arcturo autũnali ad uer uſq; eduret: efferri id piſciculi gen9 fũdit9 de terra: argumẽtũ ẽ: q̃d niſi tp̃e tepido nõ capiať: utpote q̃d de humo ad ſũma teporis gratia ueniat. Quĩ & ſolo agitato detractaq; eius colluuiõe copioſior et melior exit. cęťa apluę gñа deteriora ꝓp̃tea ſť ꝙ cito augẽť. Fiũt locis ũbroſis apriciſue quotiẽs tp̃is beneficio ſolũ

tepescit:ut ĩ actica terra apđ salaminẽ : & iuxta themistoclęũ: & in marathonę . locis enim huiuscemõi spuma illa cõsistit : & tpe tali apparet:sed nõnusq̃ uel cũ aqua de cęlo ĩcescit: orit̃ pisciculus hic ĩ spuma:quę hymbre admisso caluerit:unde no men spumę accepit. ferturq; interdũ p sũma maris: cũ cęlum tepidum est : & in spuma fluitante perinde ac in fimo uermi- culus uoluit̃. Quamobrẽ ĩ loca cõplura genus id apluę adfert̃ ex alto: & copiose quoq; generat̃:& capitur anno quieto & hu mido.reliqua aplua , foetura piscium est.quę enim gobionaria dicitur: gobiones paruos ignobiles qui terram subeunt creat : quam uero phalericam uocant:membradas gignit: ex quibus sardinę: ex sardinis sardę oriunt̃. Genus aplue quod in portu atheniẽsiũ nascit̃: encraulos dictos progenerat:quĩetiã genus aliud aplue ẽ quod allecũ:& mugilũ sit foetura.Spuma autẽ altera illa sterilis humida est: breueq;(ut dictum est) tempus edurat mox capita & oculi restant : sed iam piscatores quẽad- modũ deportare possẽt inuenerũt : sale.n.aspersa plus tẽporis asseruari potest.

ANguillę nec per coitum procreãtur:nec pariunt oua:nec uero capta unq̃ aliqua ẽ:quę aut semen genitale aut oua haberet.Meatus quoq; uel semini uel uuluę accõmodatos nul la rescissa ostendit.Sed hoc unum inter sanguinea genus totũ sine coitu:sine ouo procreatur:quod ita esse argumẽto cõstat: quod in nonnullis feculentis stagnis aqua omni exhausta & limo detracto anguillę denuo generantur: ubi aqua accescerit pluuia: nam siccis temporibus gigni nequeunt :etiam in lacu peremni. quippe quę hymbre et uiuãt & alant̃: sed hoc genus non coitu: non ouo creari apertum est. Videntur tamen non- nullę habere facultatem gignendi:quod ĩ aliquibus lumbricu li fiãt.his enĩ generari ãguillas credit̃ quod error est. sed certe ex his pdeũt: quę terrę intestina uocãt̃: q̃ sponte ĩ luto hume scẽteq; humo pueniũt.Iã alię absolui ex his uisę sũt: alię scal pitis discerptisq; ĩtus apparuerũt:oriũt̃ hęc intestina dicta :tũ ĩ mari: tũ ẽt ĩ fluuiis stagnisq; putredinis maximę rõne: sed ĩ mari qua algę sunt:in stagnis autẽ & fluuiis iuxta ripas.calor

enim amplius eas ſubiens partes: facit ut putreant. Talis gene
ratio anguillarum eſt.

PArtus autem piſcium neque eodem tempore nec ſimili
modo omninm fit: nec pari tẽporis ſpacio geritur ute-
rus: greges ante coitum marium & foeminarum conſiſtunt:
Sed ſub coitu & partu coniugia agũtur. Vterum uero alii die
bus amplius tricenis ferũt: alii minus. omnes tamen ſpacium
numeris diſtgĩuendum ſeptẽnariis ſortiuntur. Plurimum tẽ
poris datur iis quos nonnulli appellant marinos. Sargus coit
menſe decembri: fert uterum dies triginta. quinetiam in mu-
gilum genere: qui labeo a nonnullis uocatur: & muco eodem
quo ſargus tempore coeunt: & tantũdem temporis ferunt: la-
borant omnes per id tempus quo gerunt uterum. Vnde fit ut
tunc potiſſimum ruant in terram: ac excidant. feruntur porro
graui ſtimulo agitati ĩ terram: atq; omnino id temporis motu
perpetuo incitantur: donec pariant. Sed omnium maxime mu
gilem ita ſollicitari certum eſt: requieſcunt a partu continuo.
exitus pariendi piſcium compluribus eſt: ubi uermiculi nati ĩ
uentre fuerint. innaſcuntur enim minuta quaedam animalia
uermiculi ſpecie: quę partum expellũt. Parit ſolitariorum ge-
nus ĩ uere. plurimis deniq; partus circa ęquinoctium uernum
agit. cęteris non eadem anni tempeſtas accommodata eſt: ſed
aliis ęſtas: aliis autumnale ęquinoctium attribuitur. parit pri
ma hoc ĩ genere atherina: quam ariſtam appello: et iuxta terrã.
Capito autem ultimus eſt: conſtat id cum foetus ariſte: primũ.
capitonis nouiſſime appareat. Mugilis etiam inter primos par
tum accelerat: & ſalpa: ęſtatis initio locis plurimis: nonnuſq̃
enim autumno. Quinetiam ſacer ęſtate parit: mox aurata: lu-
pus: mormur: molaris. denique omnes qui cruſſiones uocãtur:
ultimi gregalium: mullus: & gracullus pariunt: autũno nullus
ſua oua limo committit: unde fit ut ſero pariat. Diutius enim
frigus continetur in limo. Graculus poſt mullũ foetificat ĩter
algas: utpote qui locis ſaxoſis degat. fert uterum lõgo tẽporis
ſpacio. Alleces bruma pariunt: Cęteri q pelagici ſũt ęſtate ma
gna ex parte cuius rei argumẽtũ eſt: qđ minime per id tempus

capiantur. Foecundissima omnium piscium allec eē uidetur.
Raia īter cartilaginea foetificat numerosius: uerum quod de
facili pereunt: hinc efficitur ut appareant paucę. ędit haec oua
uniuersa & iuxta terram: Omnīo genus cartilagineum minus
foetificat: quia animal gignit. seruari tamen sua potissimum
magnitudine potest: acus etiam appellata sero foetificat. Cō-
pluresq; eius generis disrupto ac dehiscente utero pariunt: nō
tam multitudīe ouorum q̄ magnitudine & modo phalāgiorū
proles parētem offusa circundat: quippe quam discedere statī
ꝑlis amor non sinat: & si tetigeris fugiūt. Arista atterens aluū
arenę parit. Thūni etiam prę nimia pinguedine dehiscūt: nec
plusquam biennio possunt uiuere: cuius rei argumētum pisca
tores inde deducunt: quod cum aliquādo limarie anno supio
re defecissent: Thunni sequenti anno defecerint. Limariis enī
thunni prouectiores ętate anno esse putantur uno. coeūt thūni
& scombri mēse februario post idus: pariūt iunio ante nonas.
ędunt sua oua condita quasi utricolo. incrementum aūt partꝰ
precipua sumit celeritate. Cum enim thūni in pōto pepererit:
prodeunt ex ouo quas alii scordulas uocāt. Bizātii auxumas
nominant: quia diebus paucis adolescunt. quae exeunt ponto
autūno foetas comitātes: eodem autem redeunt uerno tēpore
iam adeptę eam magnitudinem qua limarie nomen accipiāt.
Profecto omne piscium genus celeriter adolescit: & precipue
in ponto. quippe cum ibi incrementum singulis diebus plane
intelligatur. Sed hamię longe conspectius: omnino ita existi-
mandum: ut eisdem piscibus: non eisdē locis degentibus: nec
coeundi ferendiue tempus esse idem: nec foetificandi: aut pro
ficiendi. nam & qui graculi appellantur nonusq̄ messe tritici
pariunt: uerum ita hęc nos exponimus: ut magna ex parte res
euenit. Congri etiam foeturam intra se cōtinent: sed nō oībus
locis ęque id constat: nec ipsa foetura satis patet in utero pin-
gui obęso: inest tamen serie quadā ꝓlixiuscula: ut ī serpētibꝰ:
qd' certe ignis ꝑiculo īnotescit: pingue. n. absumit' atq; euapo-
rat'. oua aūt crepāt & extrusa dissiliūt. Ad hęc si palpites & at
teras digitis: pīgue leue utiq; senseris: ouum autē duriusculū

Congri itaque alii pingue habent: Ouum nullum: alii contra pingue nullum : ouum autem quale modo expoſui poſſidēt. Sed de coitu utero & eiuſmodi reliquis cęterorum animantiũ omnium: tum aquatilium : tum uolucrũ atq; etiam terreſtriũ quę oua pariunt: dictum iam eſt.

SEquitur ut pari modo de iis quae in terreſtrium genere animal pariũt: atq; etiam de homine diſſeramus. coitũ & priuatim & publicę omnium diximus. Commune autem omnium animalium eſt: ut cupidĩe uoluptateque rei uenereę maxime geſtiant atq; ĩcitentur. Ferociũt foeminę a partu: ma res tempore coitus. Iam equi equos mordent: ſternunt equitē atq; inſequũtur: ſues quoq; feri acerrime ſęuiunt: quãq̃ per id tempus imbecilles ex coitu reddantur: dimicant inter ſe mirũ in modum armantes ſeſe: & cutem quam craſſiſſimam pręparantes indurantesq; attritu arborũ. ſępe etiam luto obducto: ac reſiccato: tergus inuictum contra ictus efficiunt: pugnant adeo acri certamĩe: grege relicto: ut ſępenumero mortē uterq; aduerſarius obeat. Simili modo & tauri efferantur: & arietes: & hirci: qui enim ſuperiore tempore ſocii: iugi cõcordia paſcerentur: Coitus tempore diſſident: & alter alterum libidinis rabie inuadit. Camelus etiã mas ſęuit tēpore coitus: ſiue homo ſiue camelus accedat. nam equis quidem odio naturali aduerſantur. Idem feris quoq; euenire apertum eſt. Nam urſi: lupi: leones: acrius per id tempus in eos qui acceſſerint ſęuiunt: ĩter ſe tamen minus hęc dimicant: uidelicet ob eam rem: q: nullũ ex iis gregale eſt. Quinetiam urſae a ſuis catulis uehęmenter ferociũt: ut canes a catellis. Et elephanti quoq; ad coitum efferari ſolent. Quamobrem apud indos his haud quaq̃ permitti initum aiunt. libidinis enim rabie agitati caſas proſternunt: male conditas: pluraque alia incommoda faciunt. mitigari pabuli copia narrantur: plagis etiam temperant: adductis aliis q̃bus ferire pręcipiant. Quę autem non uno tēpore: Sed ſępius anno coeunt: ut ea quę cũ hoĩe degũt: uerbi gratia canes: ſues: ut minus efferenť facit coitus copia. Incēdunť libidine ex foeminis equę potiſſimum: Mox uaccę: equę: itaq; equiũt: unde

uocabulũ id ab hoc uno aĩali trahit maledicto ĩ mulieres libi-
dinosas: Necnõ euẽtari p id tẽpus equę dicunt: quapp ĩ creta
ĩsula equos admissarios minime a foeĩnis semouẽdos cẽsent.
Cum uero ita affectę fuerint: currunt relicta societate. simile
hoc uitiũ est: ut quod subare in suibus dicit: currunt nõ oriẽ-
tem aut occidentẽ uersus: sed ex aduerso aquilonis aut austri:
nec appropinquare quenq̃ patiunt donec uel defatigatę desi-
stant: uel ad marẽ deueniãt: Tum aliquid emittunt quod hip
pomanes appellat: eodem quo illud quod nascit nomĩe. Tale
hoc sane ẽ quale suis illud quod apriã uocant: sed hoc pcipue
ad amoris ueneficia petit. Equę tempore coitus colligũt sese:
& societate magis q̃ antea gaudent: iactant caudam crebrius:
uocem immutãt: humorẽ emittuut suis genitalibus similem
geniturę: sed multo tenuiorẽ q̃ mares: quem hippomanes non
nulli appellant: nõ quod pullis nascentibus adhęret: accipi eũ
humorem difficile esse aiunt: quod paulatim admodũ labit:
Mingunt etiam pluries atq; inter se ludũt cum equiũt hęc de
equis. Vaccę tauriũt: & libidine adeo ĩcẽdunt: ut bubulci eas
tenere aut capere nequeant. indiciũ tum equę tum uaccę suae
libidinis pręstãt: genitalis specie pminẽtiore. Vaccę etiã mĩ
gũt crebrius more equarum. Ad hęc naccę tauros supueniũt:
& sequunt sedulo & assistũt. Turgẽt ad coitũ prius minores
natu q̃ maiores: tum in equorum genere: tum in boum. Tem
poris etiã beneficio et corporis ualitudĩe propensiora reddunt
ad uenerẽ animalia. equarũ libido extinguit magis iuba tõsa
& frons tristior reddit. mares in hoc genere foeminas sibi so-
cietate cõiunctas dignoscũt olfactu: & si paucis ante diebus
una fuerint: quod si foeminę diuersae permisceantur: mares
alienas mordendo expellũt: suasque singuli seorsum habẽtes
pascuntur. Tricenę aut paulo plures singulis dantur: quotiẽs
mas accesserit aliquis: confestim in eum maritus conuertitur:
& currẽs gyro aggredit pugna: & foeĩnam si qua se mouerit:
morsu reuocat. Taurus tpe coitus tãtũ cũ foeĩnis pascit: cęte-
rosque oppugnat mares: temporibus cęteris mares inter se cõ
uersantur: quod cõarmentari dicitur. Iam epiri prouĩcię tauri

equire ἱπποµανεῖν
eventari ἐξανεµοῦσθαι
subare κάπρίζειν
hippomane
apria
taurire
coarmentari συναγελάζειν

Subare καπριᾶν
Canire σκυζᾶν vel potius [illegible]

ſępius trimeſtri temporis ſpacio nõ apparent: omnino fera oĩa aut certe plurima: nõ ante cum foeminis ad commune paſcuũ ueniunt: quam tempus ſit coeundi: Sed cum iam per ętatem licuerit: ſegregantur mares a foeminis: ſeorſumq́ʒ paſcuntur. Sues foeminę cum libidine excitantur: quod ſubare dicitur: uel homines aggrediuntur. Canes eodem illo modo affectae canire dicuntur. Prominet genitale in foeminis: cum ad coitũ ſtimulantur: & locus humeſcit: equabus humoris aliquid ibi defluit per id tempus. purgatio mẽſtruorũ fit quidẽ & cęteris: ſed nulli equę ac mulieri. Oui & caprę tẽpore coeũdi ĩdicanť: quod idem poſt coitum etiam fit ad tempus: mox deſiſtit donec parturiãt: tũ denuo ĩdicatur: quare paſtores ꝓximum eſſe partum intelligũt. A partu autem purgatio ſequitur abunde: primũ leuiter cruẽta. poſtmodũ ualde uaccę: aſinę: equae: mõ quidem ampliore q̃ ſupradictis emittiť: utpote magnitudine excedẽtibus: ſed multo ex proportione minus. bos itaque foemina cum coitum affectat leuiter purgatur: quantum eminae dimidium: aut paulo plus. Tempus autem coeundi tunc potiſſimum eſt: cum purgatur. equa facillime omnium quadrupedum parit: uacat admodũ purgamentis: minimũq́ʒ emittit profluuium ſanguinis: uidelicet pro corporis magnitudine. Conceptus indicium maxime in uaccis: equabuſq́ʒ: cũ mẽſes ceſſarunt: ſpacio temporis bimẽſtri: trimenſtri: quadrimẽſtri ſemeſtri: ſed id percipere difficille eſt: niſi quis iam dudũ ſecutus aſſuetuſque ammodum ſit: quamobrem non deſunt: q menſes in his animalibus negent. Mulabus menſes nulli mouentur: ſed earum urina craſſior q̃ marium eſt. oĩno excremẽtum ueſicę quadrupedum craſſius q̃ hominum eſt. Inter eas tamen quadrupedes oues foeminę & caprę craſſiorem reddũt urinam q̃ mares. Aſinae contra tenuiorem q̃ mares. A partu urina quadrupedum omnium craſſior redditur: & magis eorũ quę minus purgantur.

HAc fieri incipit ad ſpeciem puris initio coitus: ſed utile poſtea eſt. cum pepererint: pingueſcũt tam oues quam caprae cum gerunt partum: aeduntque amplius: quod idem

de bubus etiam ac cęteris quadrupedibus affirmandũ est. Sũt porro animalia propensiora ad coitum prope dixerim omnia uerno tempore: sed sunt tamen quae non eo tempore coeant: uerum prout queq; alere suos foetus commodius possunt: ita tempus sibi conueniens habeant: sues cicures uterum ferunt menses quatuor: numerus partus plurimũ ad uicenos: si tamẽ multos pepererint: educare omnes non queunt. senescentes etiam pariunt quidem simili modo: sed tardius coeunt: implent uno coitu: sępius tamen super uentum patiuntur: ea de causa: quod post coitum humorem quam apriam nonnulli appellãt emittunt: quod quidem commune omnibus ĩcidit: sed aliquae una cum hoc semen etiam admissum eiiciunt. foetus qui in utero lęsus minutusque fuerit metachoerum dicitur: quasi postumum uoces: quod in parte qualibet uuluę accidere potest. Cum scrofa peperit: primam mãmam porco qui primus in lucem prodiit pręhet: cauendum ne prima subatione ante aures flaccidas coitus fiat: frustra etenim fuerit. At si plena iam auiditate ac desiderio libidinis turgido admissura: fiat unus ut modo dixi: initus satis sit. prodest apro coeunti ordeum apponere pabulo: quod idem & scrofę foetae commodum est: sed elixũ. Sunt e scrofis alię statim prolis foecũdę laudabilis: alię increscentes melius generant. Suem oculo amisso breui extingui magna ex parte nõnulli existimãt. plurimis uita ad annos quindecim: aliquibus etiam prope ad uicenos.

OVes & caprae terno aut quaterno coitu implentur: & si a coitu hymber accessit abortum infert. pariunt maxĩa ex pte singulos: sed aliquãdo & binos & ternos & quaternos. ferunt quinque mensibus: tum oues: tum caprae. Vnde fit ut locis nonnullis quibus cęli clemẽtia & pabuli copia est: bis pariant. uita capris ad octonos cum plurimum annos: ouibus ad denos: sed magna ex parte ad pauciores. duces pecoris tamen uel ad quindenos protrahunt uitam: singulis ouilibus singuli duces constituuntur: qui quotiens suo nomine a pastore uocant antecedunt: quod ab ineũte ętate facere assuescunt oues. Aethiopice uel ad duodecim & tredecim annos uitam agunt.

Apria
metachaeron

Caprę etiam ad decem & undecim. Coeunt tam oues q̃ caprae quamdiu uiuunt. Pariunt geminos: tum pabuli beneficio: tũ si pater aut mater uim eam geminandi per naturam optineat. Mares autem aut foeminae generantur ui: tum aquarum: tum admissariorum. Nam & aquę faciunt ut foeminę maresue cõcipiantur. ad hęc aquilonis flatu mares potius concipiuntur: austri foeminae. Vis tanta est aquilonis: ut uel ea quę non nisi foeminas pariant immutet ad prolis masculę procreationem. Spectare ad aquilonem oportet cum coeũt foeminę quę mane iniri solent: marem si sero diei admiseris: non patiuntur. Candidi nigriue efficiũtur foetus: si sub lingua arietis uenę nigrae aut candidę habentur: cuius enim coloris sunt uenę: eiusdem & uellus est. Varium etiam si plures uenarum colores sunt: Quę aquam salsiusculam bibunt: maturius coeunt: nec solum ante coitum: sed etiam a coitu saliendum est: atque etiam uerno tempore. Capris nullum ducem pastores constituunt: quia earũ natura nõ stabilis sed lubrica atq; mobilis est. ĩ grege ouium si maiores natu tempestiue libidine ĩcitantur: annum esse foelicem gregi pastores cõfirmant: sed si minores infoelicem.

CAnum genera plura sunt: Coit laconicum mense suae ętatis octauo: & crus iam circa id tempus attollentes nõnulli urinam reddunt. Impletur canis uno initu: quod in furticiis maxime constat initibus. Implent enim qui semel inierĩt. gerunt laconicę uterum parte sexta anni: hoc est sexagenis diebus aut uno uel altero plus minusue. Catelli ceci gignuntur: nec ante duodecim diem uisum accipiunt. Coeunt canes post ea quã pepererunt sexto mẽse: nec citius. Sunt quę parte quĩta anni uterum ferant: hoc est duobus & sexaginta diebus: quarum catelli duodecim diebus luce carent: nõnullę quarta parte anni: hoc est tribus mensibus ferunt: quarum catelli diebus decem & septem luce carent: tantundem temporis canire etiam foeminę putantur: mestrua huius animalis diebus septem mouentur: simulque euenit ut genitale promineat: uerum nondũ per id temporis coitum patiuntnr. sed sequentibus septem diebus. tẽpus enĩ quo toto canis libidine tenet̃: dieb⁹ quatuordecĩ

magna ex parte describitur. Verum nonnullę etiam ad sextũ
decimum pruriunt. purgatio autem quę coniuncta partui est:
una cum catellis nascentibus prouenit: crasso pitui tosoq; bu-
more: reddũtur etiã tenuiores a partu: & lac ante diebus quĩq;
quam pariãt babent: magna ex parte uerum, nonnullis etiam
septem aut quatuor diebus anticipat. Vtile statim ut pepere-
rint est. Genus laconicum post coitum diebus triginta babere
lac incipit. Crassum inter initia omnium est: deinde processu
temporis tenuius redditur. Crassius canum quam cęterorum
animalium lac est: excepto scrofę ac leporis. Indicium in mã-
mis etiam apparet: cum ętatem coeundi iam babent. Fit enim
perinde ac in bominibus tumor: ĩ papillis mammarum: & car-
tilago quędam consistit: sed difficille id perceperis: nisi babe
as usum rei: carent enim baec indicia magnitudine. boc igitur
foeminę euenire certum est. mari nibil eiusmodi accidit: crus
mares tollentes mingunt magna ex parte quidem sexto mẽse
ętatis. sed nonnulli uel serius octauo scilicet mense id faciũt:
atque etiam maturius q̃ sexto. quod autem simpliciter dixerĩ:
cum coire incipiunt tollunt. foeminę omnes considentes min
gunt. Verum ĩ boc etiã sexu nonnullę crure elato minxerunt.
Parit canis duodecim cũ plurimum: sed magna ex parte quĩq;
aut sex. unum etiam aliquam peperisse certum est. Laconice
magna ex parte octo pariũt. coeunt quandiu uiuunt & mares
& foeminę. Peculiare generis laconici est: ut cũ laborarĩt: coire
melius q̃ per otium possint. uiuit in boc eodem genere mas ad
annos decem: foemina ad duodecim.

CAeteri canes maxima quidem ex parte ad ãnos quatuor-
decim: Sed nonnulli uel ad uiginti protrabunt uitam.
Quamobrem recte apud bomerum canem Vlyssis uicesimo
anno mori aliqui iudicant. Laconici sane generis foeminę: q;
minus laborant quam mares: uiuaciores maribus sunt: ut uero
in caeteris: & si non late ammodum constat: tamen mares ui-
uaciores sunt.

DEntes canes non mutãt preterquam eos: quos uocant ca-
ninos: eosq; quarto ętatis mense tam foeminę q̃ mares.

Vnde fit ut diuersa sit autorũ sententia. alii enim quod duos tantummodo mutant: negant omnino ullos mutari: cum eos paucos reperire difficile sit. alii cũ hos uiderint: cęteros quoq; pari rartione mutari existimant. aetatis iudicium ex dentibus sumitur. quippe cum iuniores candidos habeant: & acutos seniores: nigros & hebetes.

BOs uno initu implet: agitque uehementer: Ita ut foemia uix tollerans succumbat. Si forte cõceptio pererrauerit: uigesimo post die marem foemina recipit. Seniores tauri: nec sępius quidem foeminam eandem: eodẽ superueniunt die nisi ex internallo. At iuniores & eandem sępius cogunt: & pluries petunt ac superueniunt uigore suę ętatis. Salax minime inter mares bos est: coit qui uicerit: Cumq; iis uenere iam debilitat⁹ languerit: aggredit̃ uictus ille languentem: & plerunq; supat. Coire tum mares: tũ foemię anno ętatis primo pacto ĩcipiũt: quoad facultas sit procreandi: uerum quod magna ex pte fit: uel anniculi: uel nacti octauum mensem uenerem adeũt. Sed enim quod maxime confessum habemus: bimatu generãt. Ferunt uterum mẽses nouem: decimo pariũt: Sũt qui decẽ totos menses exceptis paucis diebus affirment. Quod autẽ in lucem pręcurrerit hęc tempora: id abortiuũ est: uitaleq; minime: etiã si paulo maturauerit partũ: pręmolli nãq; impfectaq; ungula prodit. Pariũt singulos: geminos raro. Quãdiu uiuũt & coire solẽt: & parere. Viuunt magna ex parte foeię annos quĩdecim atq; etiã mares excisi nõnullis ętas uel ad uiginti ãnos: atq; ẽt plures: si corpore bene habito sint. Nam excisos assuefaciunt: & duces constituunt bouũ: ut ouiũ: q plus temporis q̃ cęteri uiuunt usu excercitii & copia pabuli. uigent quĩquennes maxĩe: quo circa homerum quidã recte dixisse aiunt. Quĩquennem taurũ: & bouis lustro florẽtis. Idẽ nãq; significari arbitrant̃.

DEntes bimus emittit bos: nec uniuersos: ut equus. ungulas: cum dolore articulorũ laborat: non amittit: sed pedes tantummodo intumescunt uehementer.

LAc a partu utile est antequam peperit: caret lacte: quãtũ lactis prouenerit: primum: concrescens: perinde ut lapis

durescit:q̃ ita accidit nisi aqua admisceat̃. Iuuenca recētior q̃
annicula nō patit̃ uenerem nisi ostento. Iam .n. uel quarto ęta-
tis mense coisse perspectum est. Initium coitus plurimis qdē
mēse aprili & maio. sed nonnullę etiā ad autumnū usq; tēpus
coeundi deducunt. Cum plures grauidę sunt & facile initum
patiūtur: nimirum pro signo hyemis & hymbrium id accipit̃.
menses & uaccis fiunt: ut equabus: sed minus.

EQuus coire īcipit bimus tam mas quā foemina: sed hoc
in paucis fit. Pulliq; eorū iporum minores ībecillioresq;
sūt. Quod autē plurimū trimatu tā mares q̃ foeminę īcipiunt
& proficiunt: subinde ad prolis prestantiā: in uicesimum usq;
annū. Fert uterū equa mēses undecim. parit duodecimo mēse.
equus nō certo dierum numero implet: sed aliquādo uno: aut
duob⁹ tribusue: aliquādo pluribus: serius certe q̃ asinus equā
supueniens īpleat. Coitus nō tam laboriosus equis q̃ bubus ē.
Salacissimum oīum: tum foeīarum: tum mariū equus est: ho-
mine excepto. Iuniorū coitus preter ętatē cōtingit pabuli boni
tate & copia. pariūt magna ex pte equę singulos: sed gemellos
quoq; aliquādo cū plurimū pcreāt. mula etiā gemellos pepit:
quę quidē pro ostento accipiunt̃. Coire itaq; incipit equus uel
tricesimo mense: sed quoad digne procreare possit: tunc tēpus
est: cum dentibus mittēdis cessauit. uerum iam nōnullos etiā
cōmutant: implere potuisse aiūt: idq; fieri ita confirmant: nisi
natura steriles sint. Equo dentes quadraginta numero sunt:
quorū primores quatuor mense tricesimo mutant̃: bini utriq;
supra dico: & subter: tum ubi preterea annum cōpleuerit: qua-
tuor item mō eodē mittunt̃: duo supius: totidemq; inferius.
rursusq; āno altero pacto simili mō quatuor alii mutāt̃: qbus
iam pręteritis annis quatuor & mensibus sex. nullus preterea
mittit̃: quāq̃ euenisse in aliquo certū est: ut cum primis omnes
amitterent̃: atque etiam in alio: ut cum ultimis omnes: sed hęc
raro. fit itaq; ut equo fere tempus idoneum maxime sit ad pro
creandum: Cum annum quartum & sex menses complerit. se
niores equi profecto foecundiores sunt: tam foemīę q̃ mares.
Equi uel suas matres & filias superueniunt: atque tūc pfectū

esse armentum uidetur: cum parētes suam ineunt prolē. scythę equabus grauibus equitāt: cum primum se mouerit foetus: & nimirum eas proficere ad partus facilitatē arbitrantur.

Caeterę quadrupedes iacētes parere solēt: quo fit ut foetus obliqui omnium exeant. At uero equa cū tēpus iam ędēdi appropīquarit: erigit se stāsq; emittit partū. Vita equorum plurimis ad decimum octauum: atque etiam uicesimum annū: sed nonnulli etiā quinq; & uiginti: atq; trigīta egerunt: & si cura diligēter adhibeat: uel ad qnīquagīta protrahit ętas. longissima tamen uita in pluribus ad tricesimū annum: quod magna ex parte fieri norimus. Foemina magna quidem parte quinq; & uiginti annos uiuere potest. Sed iam nonnullae etiā quadraginta uixere. Minus temporis mares uiuunt q̄ foemīę propter coitū: & qui domi alunt minus q̄ gregarii. foemīa quīquennio finē: tum lōgitudinis: tum etiam proceritatis sui corporis recipit: sed mas sexennio: post annis sequētibus totidem crescit in corpulentiam: & ad uiginti usq; annos pergit proficiens. uerum celerius foeminę q̄ mares perficiūtur: quāq̄ ī utero mares q̄ foeminę citius: queādmodum etiam hoīes. quod idē uel in cęteris animalibus quę pariāt plura fieri solet.

Lactare mulum semestre temporis spaciū referunt. Mox sugi non pati. ui nanq; humorē trahi: & cū dolore. equo autē plus temporis tribuunt: Viget & equus & mulus a dētiū ortu: cumque prodierint omnes: nō facile ętatem dignoueris. Quamobrem dici solet: certa sub ortu: incerta ab ortu: deniq; post dētiū ortum eo maxime declarat ętas: quem caninum uocamus. breuior enim hic septēnibus est: propter freni attritum quod ad eum iniicitur: non septēnibus maior quidem: sed nō uertice extans adactiore. Iunioribus acutior & pcerior est. mas oībus temporibus init: nec cessat quandiu uiuit. Foemina ēt quādiu uiuit initur: nec tempus ullum certū libidinē aufert: sed ingeniū hominis arcet: aut uinculo aut aliquo huiuscemōi impedimento: non tamen quouis tempore facto initu: facultas enutriendi quod pepererint datur. equum apud opuntum gregarium fuisse accepimus: qui annos quadraginta natus posset

coire: sed adiumētū quoad sui pedes priores attollerēt deside
rabat. Coeūdi initiū equis ī uere. Nō statī a partu equa īplet:
sed intermisso tempore: & melius quarto aut quīto anno inter
posito procreat. Omnino si nihil plus detur: unum tamē inter-
ponere ānum: & quasi nouale facere necesse est. Equus igitur
interposito tempore ut dictum est parit.

AT asinus cōtinue parere potest. fit etiā in equorū genere
ut aliȩ oīno steriles sint: aliȩ cōcipiant quidē: sed ędere
nequeāt: cuius rei indicium aiunt: quod foetus circū renes alia
quędam specie propemodum renū ita cōtinet: ut rescissus: qua
tuor renes habere uideat. Cū equa pepit statī secūdas deuorat:
atq; etiam quod pulli nascentis fronti adhęret: hippomanes di
ctū: magnitudine minus carica parua: specie latiusculū: orbi-
culatū nigrū. hoc si quis prupto odorē moueat: equa excitatur
furitq; agnito eo odore. Quapropter id a ueneficiis petitur: &
pcipit mulierculis: si cū equa ex equo pregnante coierit asin9:
foetus iam cōceptus corrūpit. Equorū ducē: ut boum nullū cō
stituūt. quoniā equorū nāa nō stabilis: sed mobilis pcaxq; ē.

ASinus tū mas: tum foeīa tricesimo mēse coire incipit: eo
demq; tpe dētes mittit priores: sēcūdos autē sexto mēse
atq; etiā tertios quartosq; eodē gnomones: hos quartos a diiu-
dicanda ętate nuncupāt. Sed iam uel annicula asina concepit:
ut perfici proles ac adolescere posset. reiicit semen a coitu: nisi
interpellet: quamobrē statim post coitū uerberant insectātq;.
parit duodecimo mense. singulatim magna ex parte procreat
plē: ea nāq; natura est ut unū pariat. Sed nōnunq̄ gemellos ēt
ędit. Asinus qdem equi geniturā corrumpit ut dictū est: sed
equus asini minime: cum equa iam asini initu conceperit. Lac
grauida habet mēse decimo. A partu die septimo mari iūgit:
eoque die iuncta maxime recipit initum: sed postmodum eti
am patitur: solet haec nisi priusq̄ gnomonem amittat peperit:
nūquā postea initum recipere. parere uel in conspectu hominis
uel ī luce nolit: sed in tenebras ducitur cum parturit: si priusq̄
gnomonē dimisisset: peperit: parere tota sua ętate potest. uita
asinis amplior annis trigīta & foemina uiuacior mare est. Cū

hippomanes

nomones

uel equus cum asina: uel asin⁹ cum equa inierit: multo magis
abortus consequitur : quam cum unigenę inter se iungantur :
uerbi gratia: equa cum equo: aut asina cum asino. Euenit etiā
tempus gerēdi uteri: cum equus cum asino coierit maris nor-
ma: Id est ut quanto spacio temporis mas perficitur suo in ge
nere: tanto etiam foetus quem ipse procreat absoluatur. At ma
gnitudine corporis specie: & uiribus magis foeminę quā mari
simile euadit: quod nascitur. si frequenter coeant : neque ullo
interposito tempore cessent: quę ita iunguntur: breui foemina
sterilescit: qua de causa non frequēter ita coniungunt: q curā
huic adhibēt rei: sed tempus aliquod interponunt. Non asinū
equa ut asina equum recipit : nisi asinus sit: q equam suxerit.
Admittunt de industria quod hippothelas uocāt, ac si equi mul
gos cognomines: qui in pascuis modo equorum uiribus bonis
superantes coeant.

hippothele

MVlus superuenire: coireq; īcipit: missis dētibus primis.
sed septennis implere potest, etiam cū equa coniunctus:
Innum procreauit. post deīde supuenire nō solet: mula quoq;
iam facta grauida est: sed nō quoad pficeret atq; ęderet ,plē.

Innus

IN terra syria sup phoenicem mulę & coeunt: & pariunt
omnes. Sed id genus diuersū est: quāq̄ simile. prodeunt
quos ginnos uocāt ex equa: cū in gerēdo utero egrotauit more
pumilionū ī ordine hoīum: aut porcorū deprauatorū ī genere
suum: quos postumos nūcupaui. & quidem ut pumilio: sic gī
nus modum suo genitali excedit. Vita mulis ad ānos multos
iam quidā uel octogesimū annum potuit agere: ut Athenis cū
templū ędificaret̄ : q quāuis dimissus iam munere p senectā :
Cōmeans tamen ac obiens iumēta exhortabat̄ ad opus: quam
obrem decreto a nemine, eum arceri frumētorū aceruis sancitū
ē. serius foeīa senescit q̄ mas: Nōnulli foeīam ,p fluuio urinę
purgari aiūt. Marē olfactu urinę prius senescere. or tus eorum
animalium talis est.

o innus
postumus porcus

HAEtatem dignosci quadrupedū confirmant: q ī earū cura
sunt constituti: si cutis pręttenta maxillis: detracta mox
relaxata: ilico in suū redeat locū. hoc enim indiciū recentioris

quadrupedis eſt: ueteris cõtra: ſi diutius rugata maneat cutis.

CAmelus fert uterũ mẽſes decẽ: parit ſemp unũ tãtũ mõ. unipara nanqꝫ eſt: ſeparãt prolem a parente anniculam. Viuit diu. plus enim q̃ quĩquagĩta annos. parit in uere. & lac ſuũ uſqꝫ eo ſeruat: quo iam cõceperit: tũ lac: tũ caro cameli ſuauiſſima oĩum eſt. bibit̃ eius lac ad unam menſurã duabus aut tribus aquę admixtis.

ELephãtus tã mas q̃ foeĩa ĩcipit coire ãno ętatis uiceſimo ferẽdi uteri tẽpus alii annũ & ſex mẽſes: alii trienniũ ſtatuunt: cã quamobrẽ incertum hoc ſit: ꝙ nõ pateat coitus. parit enitẽs poſteriorib⁹ cruribus et ſubſidẽs cũ dolore. pullus ędit⁹ ore ſuggit: nõ ꝓmuſcide: & ſtatĩ cũ natus ẽ cernit & ãbulat.

SVes fere prĩcipio hyemis coeũt: uere pariũt. petẽtes maxime ĩ uia ꝑrupta ãguſta: & opaca. mas cũ foeminis cõuerſari dies triginta magna ex pte ſolet. Numer⁹ partus & tẽpus ferẽdi idẽ atqꝫ ĩ urbãis ſuibus ẽ. Vox ẽt ſimilis: ſed foeĩa uocalior eſt. mas raro uocẽ emittit. Mares caſtrati maiores ferocioreſqꝫ euadũt: ut ſcite homerus fingit: cũ dicat. Nutriit ex ectũ ſiluis horrẽtibus aprum. Inſtar nõ bruti: ſed dorſi mõtis opaci. Caſtrant̃: qđ recẽtibus adhuc morbus pruriẽs ĩcumbit ĩ teſtes: quo atterẽtes eã partem ad arbores teſtes extingunt.

CErua plurimũ ſubſidens coit: ut dictũ iam eſt. marẽ enĩ ſuſtinere nõ põt: ob eius cõtẽtiſſimũ impetũ. uerũtamẽ aliquãdo ẽt ſuſtinet: mõ ouiũ et ſocias declinãt. Cũ turgẽte iã uenere coitum appetũt. Mas non in eadẽ immorat̃: ſed mutat breuiqꝫ interpoſito tempore. aliam atqꝫ aliam ſupergreditur. Coitus ab arcturo menſe auguſto & ſeptẽbri. implent̃ paucis diebus: & ab eodẽ multę. pariũt magna ex parte unum: ſed nõ nullę etiã geminos peperiſſe perſpectum eſt. parere iuxta uias maxime ſolent metu beluarum. Incrementum hinnuli celere. purgatio cęteris tẽporibus nulla euenit ceruę. Cum autẽ parit pituitoſo quodam humore purgatur: ducere ſuum hinnulũ ad ſtabula cõſueuit: quẽ locũ ſibi habet refugiũ. petra diſrupta ẽ uno aditu. ũde defẽdere ſe: repugnareqꝫ ſolet iis q ĩuadũt. Vita eẽ quãlonga hoc aĩal fert̃: ſed nihil certi ex iis quę narrantur

homerus

uidemus: nec gestatio aut icremetum binnuli ita euenit: quasi uita esset prelonga. Monte asię elapho nomine apud arginusā quo loco alcibiades mortē obiit: Ceruę omnes scissa aure sunt: qua nota uel alibi si loca mutarīt dignoscunt: Et quidē foetus iā inde a primo ortu in utero idem contrahit signum. quaterna ubera foeminis ut uaccis. Cum mares impleuerint foeminas: separant per se ipsi: & propter libidinis graueolentiam quisq solitarius scrobes fodit: foetēt ut hirci: facies quoq eorum nigrescit aspergine ut hircorum. degunt ita quousq hymber accedat: Tū pascua repetūt: hęc ideo ceruo accidunt: q salax aīal suapte natura est: atque etiam quia pingui abūdat. pinguescūt enim ęstate supramodum: quamobrem nec currere quidē possunt: sed secundo aut tertio cursu capiūtur ab iis qui pedibus insectantur. fugiunt etiam in aquas propter estum atq anhelitum. Caro eorum libidinis tempore uiciatur & foetet: perinde quasi hyrcorū. hyeme itaq extenuant debilitantq. Vere autē uigēt maxime ad cursum cum fugiunt. requiem intercurrēdū aliquā faciunt: consistentesq manent: dum qui insequitur appropīquet: Tum fugam item arripiunt quod ideo facere uidētur: quia interiora laborant: intestinum enim tam tenue: imbecilleque habent: ut etiam si leuiter percusseris: possit rūpi cute adhuc integra.

VRsi coeunt ut dictum est non superuenientes: sed humi strati fert uterum ursa dies trigīta. Parit tū unum: tum etiam duos. Sed cum plurimum quinq. foetum minimum pro sui corporis magnitudīe ędit. quippe q minorē catto: maiorē mure parere soleat: nudū itē & cęcū & cruribus propemodum mēbrisq aliis plurimis īdiscretū & rudē. coit mēse februario. parit eo tempore quo latet. pīguescit per id tempus tam mas q foeīa uehemēter: cū prolē enutrierit: exit a mēse iā ueris tertio.

HYstrix ēt latet: totidēq diebus fert utero: & reliqua facit perinde ut ursa: grauidā capi ursam difficile est.

LEonē auersū coire: urināq retro reddere dictū iā est. coit & parit nō oī tpe: singulis tamen ānis uere parit: & magna ex pte geminos: Sed cū plurīos sex catulos: nōnūq ēt unū.

quod de leęna fertur: uuluã cum partu emittere: delira fabula est: facta ex ea causa: quod rarũ gen⁹ hoc aĩalis est: nec rationẽ cur ita esset: cõperire autor ille fabulę poterat. rarũ hoc enim ẽ: nec multis nascitur locis: sed europę totius: ea parte solũ: quę inter acheloum amnem: & nesum est. parit leęna quoque adeo paruos: ut uix post secundũ mensẽ ĩcipiãt ĩgredi. Leones terrę syrię quinquies uita pariunt: primũ quinq̃: post uno: subinde pauciores: deinde steriles degunt. caret leęna iuba. maris haec ꝓpria est. dẽtes eos tãtũmõ mutat leo: q canini uocãt. quatuor duos superius: totidẽq̃ inferius: idq̃ sexto mẽse ętatis fit.

Hyena colore lupi prope ẽ: Sed hyrsutior: & iuba per totũ dorsum prędita est. Quod autem de ea fertur: genitale simul & maris & foeĩę eandem habere: comenticium est: sed uirile similiter atq̃ in lupis & canibus habetur: quod uero foemineum esse uidetur: sub cauda positũ est. figura simile genitalis foeĩę: sed sine ullo meatu: sub hoc meatus excrementorũ est. Quinetiam foeĩa hyena preter suum. Illud etiam simile ut mas: habet sub cauda sine ullo meatu: a quo excrementorum meatus est: atq̃ sub eo genitale uerum cõtinetur: uuluã etiam hyena foemĩa: ut cęterę huiuscemõi foeminę animãtes habet. Sed raro hyena foemina capitur: iam inter undecĩ numero: unã tantum cepisse uenator retulit quidam.

Lepores auersi coeũt: ut expositum est. retro enim urinã reddunt. Coeunt & pariunt quoq̃ tpe: dũq̃ utero ferũt superfoetant: & singulis mensibus generant. Sed foetus ędũt nõ uniueesos: interpositis enim diebus quot res tulerit pagũt partionẽ. habet foeĩa lac priusq̃ pariat: & a partu cõtinuo repetit coitũ: & lactãs adhuc cõcipit foetum: lac suillo simile sua crassitudine est. Partũ nõ ut maior fidipedũ: pars cęcũ ędit. vero

Vulpes superueniens coit: parit cęcos: ut ursa: atq̃ etiam informiores: parturiẽs ita secedit: ut raro grauida capiatur. Cum partum ędiderit: lingua labẽdo refouet & cõcoquit. parit complurimos quatuor.

Lupus fert & parit ut canis: tum tempore: tum etiam foetus numero: caecos etiam generat canis modo: coit

uno tempore tantum. parit ineunte ęstate. fertur de eius partu ad fabulā proxime. lupos omnes intra duodecim dies parere: cuius rei causam proferunt fabulose: quod latonam oberrantē totidem diebus ex hyperboreis delum deduxerint sub specie lupę: propter metum Iunonis. Sed an tempus hoc pariēdi sit: nondum exploratum habemus. Fertur quidem sic uulgo: sed uerum minime esse uidetur: quale uel illud ferūt: lupos semel in uita parere.

FEles & Ichneumones tot numero pariunt quot canes: uescunturque eisdem: uiuunt circiter annos sex.

LVpus item canarius cęcos parit: luporum ritu: numero cum plurimum quatuor.

QVi etiam lupus ceruarius coitu ut canes implet: & cęcos generat numero duos aut tres aut quatuor: corpore longior: & cauda porrectior est: sed proceritate breuior: celeritate eque pręstat: quāuis crura habeat breuiora. mollis enim & agilis est: prosilireque longius ob eam rem potest.

SVnt in syria: quos mulos appellāt: genus diuersū ab eo quod coitu equę & asini pcreat: sed simile facie: quomō asini siluestres: similitudine quadam nomē urbanorū accepe. & quidē ut asini illi feri: sic muli pręstāt celeritate. Procreant eiusmōi mulę suo ī genere: cui9 rei argumēto illę sūt: q̄ tēpore pharnacę patris pharnabazi in terrā phrygiā uenerūt: q̄ adhuc extāt: tres tamē ex nouē quot numero olī fuisse aiūt: seruātur hoc tempore.

MVriū generatio mirabilis pter cętera aīalia maiorem in modū est: Tum numero: tū celeritate. Iā. n. foeīa pgnāte in uase miliario aliquando occupata: paulo post referato uase: musculi numero uiginti & cētum reperti sūt. Mirū etiā pcipimus ortum reduntantis agrestis murium generis: locis enim compluribus agri tam inaudito modo oriri solēt: ut parum ex uniuerso frumenti relinquat: tam cito absumit: ut nōnulli mediocres agricolę cū pridie metendū statuerint: postridie mane cū messoribus accedētes ad segetē absūptā īueniāt totā. interitus autem minime euenit. Ratōe paucis enim diebus omnino

abolentur: quãq̃ superiore tempore homines uincere uel suffi-
endo: uel sues ut latibula effoderent admittendo nõ possent:
Quinetiam uulpes eos uenantur: & catti siluestres in primis:
sed tamen superare copiam & celeritatem prouentus nequeũt:
nec aliud quicquam omnium uincit: nisi hymbres: iis enim
quam primum intereunt. Terrae persicae parte quadam mure
foemina rescissa: foetus foeminini pregnantes cõperiunt. Sũt
qui uehementer confirment mures si salem lambant: impleri
sine coitu. Aegyptiis muribus prędurus fere: ut herinaceis pi-
lus est. Sunt etiam alii: qui erecti bipedes ambulent. habent
enĩ crura posteriora lõga: priora breuia. ortus eorũ quoq; nume
rosus est: Sũt uel alia genera muriũ plura: sed de his hactenus.

ARISTOTELIS DE HISTORIA ANIMALIVM LIBER. VII. INTERPRETE THEODORO.

De HOMINIS Generatione: tum prima in utero: tum posteriore in luce & usque ĩ senectutem: quemadmodũ se habeant: quę suę naturę ratione eueniãt loco hoc dicimus: quę inter marem & foeminam differẽtia sit: & quibusnam partibus constet: ante expositũ est. Mas autẽ primum semen genitale magna ex pte incipit ferre: anno pacto bis septimo: simul etiã pubescere incipit: eo tpe ut stirpes semen laturas primũ florere: alchmeõ crotoniata ait. uox itẽ per id tẽpus mutari in sonũ asperiorẽ inęquabiliorẽq; ĩcipit: quãq̃ nõdũ grauent: neq; enĩ acuta pręterea est: neq; tota ęquabilis. Sed similis fidibus ĩ cõtentis & aspis: qđ caprire denoĩant. idq; potissimũ ĩcidit iis qui rem uenereã incipiunt agere: iis enĩ uox transit in sonũ uirilem. Abstinẽtibus uero econtrario fit: & si curã adhibeãt (quod aliq faciũt ex iis q choreis indulgent) uel lõgo seruari tpe sine magna mutatiõe põt. Mãmę etiam extuberãt: & genitale nõ solum magnitndine: sed etiã specie ꝓficit: euenit porro id temporis qui iam fricari: contrectariq; per libidinem

τραγίζειν ... (marginal Greek note)

Caprire melius alii ut videtur hirrire vel inequalitare

fratrare

ceperint: ut cum semen emittunt: non modo uoluptate: uerũ dolore quoque afficiantur. Foeminis etiam per id tempus exurgunt ubera: quod fratrare dicitur: & quę mẽstrua uocantur erumpunt: quod sanguis quasi recens occisi animalis est.

Quae autem alba dicuntur: admodum etiam puellis eueniunt: et magis si cibo utũtur humidiori. Hęc incrementum impediunt corporis: & puellam extenuãt: sed menses tũc plurimis fiunt: Cum iam ubera ad duos digitos prominent: & uox eodem tempore puellarum mutatur in grauiorem.

Denique cum mulier uocis acutioris quã uir sit: tum natu minores acutius q̃ maiores sonant: ut & pueri q̃ uiri acutius: Sed uox foeminę acutior est q̃ maris: & fistula puellarum acutior q̃ puerorum est. Fit etiam ut per id tempus custodiri precipue debeant: maxime enim ad usum rei ueneręę ĩcitant: cum hęc incipiunt: quod si iam inde nihil plus commouere tẽperent q̃ corpora ipsa nullo adhuc usu uenereo sed sponte mutẽtur: sequi seruariq; temperantia solet per ętates superiores. nam & quę admodum puellę concumbunt: libidinosiores euadunt & mares: siue altera parte siue utraque minus cauerint: propensiores eodem efficiunt. Meatus enim laxant: reddũtq; eo corpus lubricum: & simul uoluptatis: qua olim gestirẽt memores: desiderio mouentur pręteritę contrectationes.

Prodeunt nonnulli iam inde a primo ortu naturae impubes: infoecũdique. propterea quod parte sui genitali fuerit deprauati. Mulieres etiã simili modo impubes a natiuitate possunt creari.

Habitus quoque tum marium: tum foeminarum mutantur: ut sint uel sanitati uel morbo habiliores: & uel graciles uel pleni beneque uegeti: nam a pube ex macilentis crassescunt: euaduntque saniores. alii cõtra: quod pari modo puellis etiam euenit: qui enim pueri aut quae puellae excrementis antea corporis redundabant: cum ea ipsa excrementa una cum semine: aut mensibus se cernant: Saniore ob eam rem corpore efficiunt atque uegetiore: Iam enim ea quę sanitati alimẽtoq; obstent exeunt. At uero quibus contra antecesserit: iis corpora

graciliora: & morbis opportuniora reddũtur: excernitur enim de ipa natura & bene habitis: Cum aut semen aut menses prodeunt.

IN puellis item diuersitas uberum est: aliis enim admodum magna: aliis exigua sunt. euenit sane ut corpora ĩmodice crescant: cum puellę excrementis redundant. futuris enim adbuc & nondum profluentibus menstruis: quo plus cõtinetur bumoris: eo magis efferri sursũq; impelli necesse est: donec infra erumpatur. Itaque quod interim ĩcrementum mãmę acceperint: seruant postea: maribus etiam mammę cõspectiores & foeminariores: tum iunioribus: tum senioribus efficiuntur: qui bumidiores leuiores nec uenulenti sunt: eorumq; ipsorum iis magis qui fusci q̃ qui cãdidi sint. Semen profecto infoecundum usque ad ter septimum annum est. Mox prolificum quidem est: sed exigua imperfectaq; generant. Iuniores & mares & foeminę ut in cęterorum quoq; animalium genere plurimis euenit. cõcipiunt quidem facilius natu minores: sed laborant in puerperio uebementius. corpore etiam minus magna ex parte perficiuntur: & senescunt celerius mares salaces: & mulieres quę frequentius pariant. Nam ne incrementum q̃dem post tertium partum effici posse uidetur: sedantur autem temperanturque melius quae in rei uenereę usum luxuriant: cum partum multotiens exercuerint. Sed post annum ter septimum mulieribus quidem opportune iam procreatio est: Sed uiris item accedere aliquid potest ad prolem perfectiorem. Semina infoecunda sunt quae tenuia: foecunda quae grandinis speciem referunt: eademq; potius marem foetificant. cõtra tenuia nec globulenta foeminam gignunt.

MEntum etiam maris ea ętate pilis integitur. profluuium autem mensium decrescente luna contingit: quamobrẽ nonnulli canillo sexum foemineum lunę tribuunt: Quoniam simul ut illa decrescat & mulier purget: moxq; repleat̃ ambę: eueniat. paucis mestrua singulis mẽsib9 mouent̃: sed uno ĩtermisso plurimis. facilius agit̃: cũ iis q̃bus breui tp̃e boc ẽ biduo aut triduo profluunt: sed quibus lõgum protrabit̃ difficilius.

laborant enim id temporis. aliis nanq; uniuersim hęc purgatio fit: aliis paulatim: At tamen omnibus corpus grauatur: quam diu effluat humor. Multis etiã cum mestrua citantur: & eru/ptioni propinqua sunt: strangulationes uuluarum sequuntur: & crepitus: donec erumpant. Conceptus mulieribus a proflu/uio mestruorum sua natura contingit: & quae his carent: steri les magna ex parte exigunt. uerum fieri potest: ut aliquę etiam sine eorum profluuio concipiant: uidelicet quibus tantum hu/moris colligitur: quantum iis quę purgantur restare solet: q̃q̃ non tanta copia: ut & foras possint profluere. nonnullae etiam dum profluunt menses concipiunt: postea concipere nequeũt: quibus uulua statim a purgatione comprimitur. Sunt quibus pregnãtibus etiam mestrua usq; in postremum gerendi tẽpus eueniant: quibus accidit ut parua pariant: & proles aut minus uitalis: aut infirma procreetur. Multis etiam desiderio coitus: quo uel iuuenilis ętatis ratione: uel quia longo tempore absti/nuerint: tenentur: descendunt uteri: & mestrua sępe ter ĩ mense citantur: donec cõcipiant: quo facto ascendunt: & suo situ cõ stituuntur: nonunq̃ & si cętera bene se habet uterus: humidus tamen est: respuit semen genitale: si humidius sit. Omnium autem animalium (ut ante dixi) mulieribus ĩter foeminas plu/rima hęc purgatio euenit. nam iis quę nõ pariunt animal: nihil tale mouet. propterea q; hoc materię superuacuum uertitur in corporis alimentum. Sunt enim nõnulla maribus suis maiora atque etiam aliis in corticem: aliis in squamam: aliis in frequẽ tiam pennarum absumitur. Terrestribus quoque animal pari entibus: in pilos & corpulentiam transit. homo enim leuior cę teris est: atq; etiam ĩ urinam diuertit. plurima enim ex cęteris largius mingunt: & crassius. At mulieribus uice eorum quae dixi omnium: quantum superuacuum fit: in purgationem mẽ sium uertitur: quod in maribus quoq; simili fieri modo perci pimus: seminis genitalis ratiõe. plurimum enim omniũ aĩaliũ emittit: cõparatione dico magnitudinis suę: & uero inter ĩpos mares q humidiores natura sũt: nec ualde carnosi plus reddũt: atque etiam plus candidiores q̃ fusci: nec secus in mulieribus

fit. corpulentis enim multum mẽstrui excrementi in corporis alimentum trãsit: & in usu quoq; rei uenereę candidiores sua natura: plusq̃ fusce euaporant. pręparaṭ hoc ãplius usu ciborũ humidorum & acriũ. Indicium mulierẽ iam concepisse: cum statim a coitu locus siccescit. fit certe ut si oris quo concipitur labra sunt lęuia: iepta sunt ad cõceptum. labiṭ enim: & effluit semen. nec uero si crassa sunt: cõmode usum pręstãt: sed si ad digiti tactum aspiuscula: & hęrẽtia sint: atq; etiã si tenuiora: ita cõmode ad conceptionem habẽt. Talis igiṭ pręparãdus est uterus: qui cõcipiat: quod si facere ne concipiat placet: contra agẽdum est: Nam si labra sint lęuiora cõcipere nequeat. Quã obrem nonnullę ut semen incidat: ante uuluã ex oleo iunipe-rino: aut ex cerusa thureue excipientes: oleo illinunt. sed si in septimum diẽ intus pmãserit: cõceptum iam esse certum est: nam quę effluxiões uocanṭ: intra tot numero dies fieri solent. purgatiões autem accedunt plurimis: cũ conceperint ad tẽpus quoddã: scilicet trigĩta dierũ: maxime si concepta foemĩa est: quadragĩta si mas. A partu etiam purgationes eodem dierum numero cõsequi uolunt: quãq̃ nõ eque ita diligenter eueniũt. At uero post cõceptum & dies quas modo dixi: nõ item secundum naturam inferius agitur: sed in ubera transitur: & lac efficitur. Cuius nota inter initia exiguo quodam: & araneę prope modũ specie apparet in mãmis: cum iam conceperĩt: sentiunt precipue suis ilibus. hęc enim nonnullis statim pleniora efficiunṭ. quod iis quę graciliores sunt: euidentius accidit. Inguina etiam sentiũt: & conceptui argumẽto esse possunt. Mares foetus magna ex parte circa quadragesimum diem: dextro potius latere mouentur: foeminę sinistro: circiter nonagesimũ. Nihil tamẽ certi ĩ his affirmari licet: multis enim ferentibus foeĩam: motus agitur in sinistro: et cõtra in dextro gerentibus marem. Sed enĩ hęc & reliqua huiuscemodi ut differũt: eo quo magna ex pte & magis minusue accidit: sic accipimus. Fidiṭ ẽt foetus hoc eodem tempore: Cum ante caruncula informis constaret. effluxiones uocantur quę intra septimũ diem corruptiones incidunt. Abortiones autem quę intra quadragesimũ. Et quidẽ

effluxiones

effluxiones

Abortiones



plurimi foet9 ĩtra tot numero dies deprauãť. Mas q̧ quadrage-
ſimo die exierit: ſi ĩ quoduis aliud mittať diffũdiť atq; aboleť.
Sed ſi in aquã frigidam: cogiť cõſiſtitq;: ueluti in mẽbranula:
qua rupta foetus ĩpe apparet: magnitudĩe formicę maiuſculę:
& membra iam inde diſcreta. Tum cętera oĩa: tũ genitalia cõ
ſtant: & oculi quẽadmodũ in cęteris aĩantibus pręgrãdes. Sed
foeĩa quę intra tertium menſem eruperit: indiſtincta eſt. quę
autẽ quartum adepta eſt mẽſem findiť: & reliquã diſtinctõis
effigiem breui tp̄e accipit. cum itaq; foetus in utero formatur:
foemina tardius q̃ mas perfectionẽ quarũq; partium recipit: &
ſępius in decimum menſem q̃ mas protrabiť. Sed cũ in lucem
prodierit: foeĩa ocius q̃ mas & accreſcit: & ętate floret: & ſene-
ctute macerať: & magis quę pluries pariũt: ut dictũ iam eſt.

C Vm ſemen cõceperit uterus: ſtatim ſe contrabit: donec
ad ſeptimũ menſem uentum ſit: octauo iam adaperitur:
atq; debiſcit: & partus ſi uiuit: deſcẽdit mẽſe eodẽ. ſed ſi mor
tuus eſt: neq; ipſe deſcendit: nec uterus p̱ id tempus debiſcit:
idq; ĩdicium facit: foetũ baud quaq̃ eſſe uitalẽ. Euenit p̱fecto
ut mulieres a cõceptu: corpus totũ grauẽť: & oculorũ caligĩes:
& dolores capitis moueantur: quę aliis maturius eſt: et fere die
decimo accidunt: aliis ſęrius prout magis minuſue ex materia
ſup̱uacua temptanť. Nauſeę item & uomitus plurĩas capiunt:
& precipue quibus purgatiões cõſtiterint: nec dũ ad ubera trã
ſeant. aliquę igiť principio magis laborãt: Alię poſt: cum iam
foetus plenius creuerit. Sępe etiam multis deſtillatio urinę ad
poſtremũ infeſtat: ſed magna ex parte quę marẽ ferũt: facilius
exigunt: minuſque pallent: Cõtraque foeĩam: ſunt enim palli
diores & grauius degũt. Multis etiã tumores extuberatiõeſq;
carnis in cruribus incidũt: Sed tamen cõtra etiam nõnullis cõ-
tingit. ſolẽt appetitus uarii grauidis euenire: citoq; cõmutari:
quod picare quidã a pica aue denominãt: & nimirũ cũ foetum
ſexus foeminei ferunt: auidius appetunt: minuſq; re frui iam
preſente: quam cupierint poſſunt: faſtidiunt enim ſtatim: qd'
modo uebementer appeterent. Paucis contingit ut melius ba-
beant: cum uterum gerũt. Sed pręcipue tunc faſtidiũt: tedioq;

picare

fatiscunt: cũ foetui capillus oriri ĩcipit: pili cõgeniti grauidis defluunt: paucioresq; reddunť. contra qua parte pilos minime habere solebãt: ea magis accipiunt. plus etiã motus magna ex parte mas in utero infert: q̃ foemnia & celerius prodit. Foeĩnę enim partus tardior est. Dolor etiã ex foeĩa continuus: sed obtusior: ex mare acer & longe molestior. Quę paulo ante partũ cõcũbunt: facilius pariunt. Parturire interdũ mulieres uidenť: cũ tamen tempus nõ sit: sed quoniã foetus inuertit suũ caput: Ideo initium hoc esse parturiendi uideť. Sed cum cętera aĩalia oĩa singulari ac simplici modo partũ suum pficiant (Vnũ enĩ pariendi tempus statũ oĩbus est) homini uni multiplex datum est: Nam & septimo mẽse: & octauo: & nono parere potest: & quod plurimũ decimo: nõnullę etiã undecimũ tãgunt. foetus qui maturius quã septimo mense prodeat: nullo pacto uitalis est. q septimo uitalis quidẽ hic primus exit: sed magna ex pte infirmior. Quãobrẽ cunabulis ex lana eũ obuoluunt: & fasciis alligant. Meatus etiã nõnulli infissi ut auriũ aut narium: sępe numero generanť: sed accrescẽti articulãtur ĩfanti: & demum suam formam recipiunt. & pleriq; de his quoq; septimo natis uiuere atq; adolescere possũt. Qui autẽ mẽse octauo nascunť: uiuere ac adolescere in terra ęgypto possunt: & quibusdã aliis locis: ubi mulieres fertiliores sunt. multosq; simul facile & ferunt & pariũt etiã si mõstrosi sint: sed locis grecię multi intereunt: nec nisi ppauci seruanť: unde fit ut si quis seruetur: non octauo mẽse natus existimeť: Sed mulierẽ sui cõceptus initiũ latuisse. infestanť maxime mulieres mẽse quarto: octauoque: & si uel quarto uel octauo foetus perierit: ipe quoq; magna ex parte intereũt. itaq; fit ne solũ mẽse octauo nati nõ uiuãt: sed etiã ipsis emortuis periculũ quę pariũt subeãt. Simili modo & q diuturniores q̃ undecĩo mẽse nasci uidenť: latere putãť. latet enim mulieres cõceptus initiũ: si cũ ante ĩflatus fuerit uterus: ut sępe accidit: post coierint: atq; cõceperint. hoc.n. principiũ esse sui conceptus existimãt: quod simile indicium attulit. Ita multiplex perficiẽdi tempus pariẽdiq; diuersum homini datũ est. Et cũ alia singulos pariant: alia plures: genus humanum in

ancipiti est. Nã quod plurimũ & locis plurimis agit͂:mulieres singulos singulę pariũt. Sed sępe & locis plerisq; geminos ẽt: ut in terra quoq; ęgypto fieri certum est. pariunt etiam tres: & quatuor. et quidẽ locis nõnullis ualde ita fit: quod dictũ iam est. sed quiq; cũ plurimũ nascunt͂. Iam eum hoc pluribus eue nisse conspectũ est: et quędã uigĩti partubus quatuor ędidit: quinos enim singulis partubus enixa est: maiorq; eorum pars enutriri et adolescere potuit. Et cum in cęteris aĩalibus gemini nati etiã si mas et foeĩa sint: nihilominus enutriãt͂: seruent͂q;: quã si mares ambo aut foeĩę sint ĩ genere certe humano. Pauci gemini seruant͂: si alter mas sit alt͂ foeĩa. Mulier et equa oĩum maxime aĩalium grauidę coitũ patiunt͂: cętera ubi grauida fue rint: fugiũt mares: ea scilicet quorũ natura supfoetare more le poris recusat: uerũ equa nũq̃ supfoetat: sed magna ex pte unũ tantũmõ generat. At uero in muliere raro quidẽ euenit: ut sup foetetur: sed factũ tamẽ aliquãdo est. Qui itaq; lõgo post tpe sint cõcepti: nihilo perfici possũt: sed pręmaturius dolorẽ quo ipsi: & primus foet9 ĩtereat: mouẽt: iã incidit: ut facta corruptõ ne: duodecĩ supfoetata puerperia egerent͂. At uero si proxime a primo cõceptu secũdus sit factus: absolui ędiq; põt: quod sup foetarit: ut quasi gemini nasci uideant͂: quomõ herculẽ & iphi clem procreatos esse fabulant͂: Nam id etiã constitit adultera quadã quę alterũ suo marito: alterũ adulterio similẽ peperit. Iam & cũ geminos quędã ferret: tertiã supfoetauit: et cũ tẽpus pariẽdi iustũ iam esset: primos uitales peperit: Secũdum quĩto mense elisit: qui statim mortuus est. Altera cũ primũ septimo peperisset: q mortuus est: mox duos iusto mensium numero ędidit: q uixerunt. quędã etiã sub abortu cõceperant: atq; alte rum abegerũt: alterũ continuerunt: ptulerũtq; ad partũ. pluri mis si cõcubuerint mẽse octauo: infans mucore oppletus exit: ęsculẽtorũ ẽt quę mater comederit: sępe gerulus uenit ĩ lucẽ. & si sale immodice usa est: ipse sine unguibus nascitur.

HAc quod ante septimũ mẽsem cõtractum est: ĩutile est. sed simul infans natalis est: & lac esse utile ĩcipit. prius autẽ salsum etiam est: ut pecoris. Vino precipue cum uterum

mulier et equa

de supfoetatione

ferũt: plurię infestant. dissoluunt enĩ si biberit: atq; debilitant. Principiũ & finis mulieribus prolis recipiendę maribus prębẽdę: seminis & mestruorũ emissio ẽ. Sed neq; cũ incipiunt: stati prolifica sunt: neq; cũ desinunt: & iam pauciora sunt & infirmiora. Qua nã ętate incipiãt mẽstrua & semen: dictũ iam est: Sed desinunt plurimis mestrua circa quadragesimũ annum: quod tẽpus quę excesserint: iis ad sexagesimũ seruant. etiam nõnullę eo tpe peperũt: Sed ultra hoc tẽp9 nulla põt ptrahere.

MAres plurimi ad sexagesimũ generãt: quẽ si excesserint: ad septuagesimũ usq; pcedunt. Et iã quidã anno septuaginta nati genuerũt. Euenit sane multis & mulieribus & uiris ut q cõiuncti ĩter se nequeãt procreare: ubi dissociati se iũxere cũ aliis queant: quod idẽ in maris quoq; aut foeię procreatiõe nimirũ euenire certũ est. plerunq; enim: tũ mulieres: tum uiri: quandiu cũ eisdẽ iungunt: foeĩam tãtum marẽue pcreant. Se iuncti autẽ contra. ętatis etiã rõne ĩmutant: ut iuuenes inter se foeĩas generẽt: seniores facti mares: aut cõtra. Ratio quoq; generãdi: oĩno discrimẽ hoc idẽ recipit: ut iuuenes nihil procreẽt seniores iam ĩcipiãt generare. Aut cõtra: ut q ante possẽt: post nihil possint foetificare. Sũt ẽt aliquę mulieres q̃ uix cõcipiãt: sed si cõceperĩt: pficiãt atq; ędant: Alię cõtra: facile qdem cõcipiunt: sed seruare nõ possunt. Sunt & uiri q non nisi foeĩam procreẽt: Et mulieres quę nõ nisi marẽ. & contra: ut de hercule fabulant: q inter duos & septuagĩta liberos foeĩam unã tantũmodo genuit. quę cõcipere nequeant: si uel cura adhibita: aut aliquo casu cõceperint: foeĩam magna ex parte pariũt potius q̃ marẽ. Multis ẽt uiris euenit: ut cũ antea possent generare: post nequeãt: deinde rursus facultatẽ recipiãt generandi. gignũtur lęsi quoque ex lęsis: uerbi cã claudi ex claudis: & cęci ex cęcis. deniq; similes sępenumero in re quę pręter naturã comitet: & signa hẽntes sibi cognata hereditaria: ut uerucas: ut neuos: aut cicatrices: aut qd aliud generis eiusdẽ. Iam tale quid uel tertia ple post regeneratũ est: ut cũ quidã suo ĩ brachio puncti notã haberet. filius non id retulit: sed nepos ea corporis pte nigriciẽ quãdã habens cõfusam prodiit: sed raro hęc eueniunt. Integri

aũt ex mãcis ne gignanť: nulla res obstat: & sępissime ita agiť. similes etiã aliqui parentibus: aut auis suisq; maioribus generanť. Aliqui similitudinis nihil referunt. reddiť ẽt uel post plures eiusdẽ prosapię: ut in sicila: eiusq; adulteriũ cum ęthiope cõmiserat: filia nõ colorẽ patris ęthiopis retulit: Sed q nat⁹ ex hac ẽ is auum ęthiopẽ regenerauit. Foeĩę magna ex pte matri. mares patri proueniunt similes: sed fit etiã e diuerso: ut foeĩnę patri: mares matri similes pcreẽť. Particulatim ẽt similes fiũt ut alia corporis pte similes sint patris: alia matris. gemini uel dissimiles inter se nati iam sunt: sed plurimi magna ex parte similes prodeũt. nam & quędam cum septimo die a partu cõcubuisset cõcepissetq;: peperit similẽ superiori quasi geminũ. Naturę etiam ratione alię sibi alię suo marito similes generãt: ut equa pharsalia cognomine iusta.

C[Vm] semen genitale exit: spus ãtecedit: & qdẽ ipo exitu cõstat: agit cũ spiritu: nihil. n. pcul sine uiolẽtia spiritali proiici põt: Tum insinuatũ in utero: diuq; contentũ: mẽbrana obduciť. quippe quod anteq̃ discernať: exeat uelut ouũ in sua membranula contectũ: detracto putamine. mẽbrana autẽ ipsa uenis referta est. oĩa uero tũ natilia: tũ pedestria: tũ ẽt uolatilia siue aĩalis siue oui forma pueniũt: simili modo gignunť: nisi quod alia ũbilicũ habeãt uuluę adhęrentẽ: uidelicet quę aĩalis forma enascunť: alia ouo: alia utroq; mõ: ut in quodã piscium genere: & alia quasi mẽbranis continenť: alia secundis. primũ intra ultimũ inuolucrũ aĩal gigniť: mox altera membrana obuelat: plurima quidẽ sui parte uuluę adhęrens: sed parte etiam seiuncta: & aquã cõtinens. humor autẽ inter has cruẽtus aquosusque est: quem mulieres proferũ uocant.

A[V]genť aĩalia oĩa qbus est umbilicus: p ipsũ umbilicũ. hic acetabulis uuluę adhęret si sũt. Sed si lęuis sit uulua ipi uuluę adhęret uena subiecta. situs in utero quadrupedum oĩum extẽsus est: expedũ aũt obliquus: ut pisciũ: bipedũ uero inflexus: contractusq; ut auiũ. homo etiã ĩ semet conglobatus sic gestať: ut nasũ inter genua: oculos super genua: aures extra genua hẽat. oĩbus eque aĩalibus caput primũ superius est. sed

cũ creuerint: etiam exitum appetant: deorſũ deducit̃. Ita fit ut
oĩbus partus ſecundũ naturã in caput: contra naturã in pedes:
aut inflexo circunactoq; corpore agat̃. quadrupedes uel excre-
mẽtũ iam ĩde hñt: & alui & ueſicę: alterũ ĩ poſtremo ĩteſtini:
alterũ in ipſa ueſica. Quibus in uulua acetabula ſunt: foetu ac-
creſcente: acetabula ipſa ſubinde minuunt̃. poſtremo abolent̃
omnia. umbilicus aũt uelut putamẽ ẽ circa uenas: quarũ origo
ab utero eſt: aut acetabulis ſi habent̃: aut uenę cõmiſſa eſt. Sũt
foetui maiori ut boui quatuor uenę: minori duę: minimo una:
ut auibus. ꝑtinẽt duę ad foetũ ꝑ iecur: qua portas appellãt: ortę
a uena maiori. reliquę duę ab aborta: qua findit̃: & duę de una
efficiunt̃. Vtrunq; uenarũ par membranulę ambiũt: & mẽbra-
nulas ipſas ambit uelut putamen umbilicus. Collabunt̃ ſub-
inde uenę: & quo foetus amplius creuerit: eo adductus ipſę cõ
trahunt̃. Foetus autẽ grandeſcẽs caua uteri ſubit: ubi palpitãs
iam ſentitur & circa genitale parentis interdũ uoluit̃.

CVm mulieres parturiũt: dolores multas q̃dẽ ĩ ꝑtes incũ-
bũt: Sed plurimis ad alterutrũ foemur: Cęterũ qbꝰ aluũ
tormina uehemẽter exercẽt: ociſſime pariũt. Quę lũbos dolẽt:
uix pariũt: Quę imũ uentrẽ expeditiꝰ: ſi mas naſcit̃: ꝓfluit ſa
nies diluta pallidiuſcula: ſed ſi foeĩa cruẽta: uerũ ea quoq; ꝑ-
humida ẽ. ſed fieri quoq; põt nõnullis: ut eorũ neutrũ accidat.

CAteris aĩalibus partus nõ laborioſi eueniunt. minus enĩ
cum parturiunt infeſtari uident̃. At mulieribus dolores
uehementiſſimi ĩcidunt: & p̃cipue ſtabilibus & ſellulariis: &
quibus nõ bona latera ſũt: neq; facultas retinendi ſpiritus ſup-
petit: difficilius ẽt ędũt: ſi interea dũ ꝑ uim retinẽt: coactę eru
perint reſpirationẽ. primũ aqua illa ſubter cutẽ fuſa: ꝑ foetus
motionẽ: ruptis mẽbranis effluit: deinde foetus inuerſo utero
& ſecundis interna euoluentibus: foras uenit in lucem.

IAm uero & obſtetricis officiũ pars ingenii perſpicaciſq;
ĩtelligẽtię eſt: nõ ſolum enim difficultati partus oppor
tune expediteq; ſuccurẽdũ eſt: Sed ẽt cõtra ea quę accidãt ꝓti
nus agẽdũ ĩgenioſe: & in ſecãdo deligandoq; ũbilico infantis
prudẽtia requirit̃: & ꝑitia: nã ſi ſimul ſecũdę quoq; exciderit:

uellere umbilicus cū secundis alligat: supiusq3 precidit: qua autē deligatū est: coherescit: & pars cōtinua decidit: si copula amentūq3 dissoluat: foetus sanguīe effuso emorit. Sed si secū/ dę nō statim cum foetu exierint: dū intus ipę: foris aūt infans est: deligato umbilico secat: sępe uisus ē puer emortuus nasci: cum ei īfirmo priusq̄ deligaret umbilicus: sanguis ī umbilicū & circa efflueret. Sed iam aliquę obstetrices: factae peritiores reprimūt intro de umbilico sanguinē: quo facto statī infans q modo exāguis deficiebat recreat: uitęq3 restituit. Nascunt (ut dictum est) secūdum naturā, cętera etiā aīalia uersa in caput. Sed pueri manus quoq3 ad costas porrectas extensasque hēnt. Qui cū exierint: uocē statī emittūt: & manus in os admouent: excrementū etiā reddūt; alii statim: alii breui: sed oēs ītra diē: quod excremētū pluris q̄ pro infantis magnitudine est. Papa/ uerculū hoc mulieres uocāt: colore cruētū: atq3 admodū nigrū & piceum est: mox lacteū iam & albidum reddit: sugit enim cōfestim ubera īfans: uocē anteq̄ egrediat nunq̄ emittit: etiam si cum difficulter egredit, caput extet: corpus intus sit totum. Quibus purgationes partū āticiparīt: difficilius liberant: sed si a partu purgatōes partius sequātur: nec largius q̄ primę neq3 ad quadragesimū diē perseuerarint: efficit ut mulier ualidior sit: & celerius possit cōcipere. Infantes aūt primis quadragīta diebus: neq3 rident cū uigilant: neq3 lachrymant: sed noctu & per quietem utrunque interdum faciunt: nec uero sentiunt ma gna ex parte cum scalpuntur. Plurimam huius temporis partē dormiunt. cęterum indies: quo subinde auctiores fuerint: eo magis ad uigilandum immutantur. Somniare etiam eos con/ stat: sed sero meminisse possunt imaginum. Cęteris quidem animalibus discrimen ossium nullum est: sed omnia perfecta iam inde a natiuitate proueniunt: At pueris sinciput molle est: seroq3 duratur: & cum cętera animalia nascantur cū dētibus: pueri septimo mēse dētire incipiūt. Primū ędūt primores. alii supiores prius: alii inferiores. deniq3 omnes maturius dētiunt: quorū nutrices lac habent calidius.

Post partum purgatiōesq3 lactis copia excitat: & nōnullis

papaverculum

effluit: non solũ de papillis: sed etiã passim per ubera. aliq̃bus etiam per alas: edurantq; imposterum globuli: quotiẽs humor non coquatur: nec exeat: sed redũdet. ubera enim tota fungosa ita sunt: ut si in poculo pilum forte hauserit mulier: dolor moueatur in mammis: quod malum pilarem appellant. nec sedat̃ donec pilus uel pressus exeat spõte: uel cum lacte exuggatur. Seruat̃ lac donec mulier concipiat: tum desinit atq; extinguit̃ tam in homine q̃ in quadrupedum uiuiparo genere. Quandiu lac emanat: purgatões magna ex parte nõ fiunt: magna ĩquã ex parte: quoniam iam quibusdam lactantibus facta purgatio est. Sed enĩ natura ita fert: ne humor locis pluribus simul erũpere soleat: nam & mariscas habenti: deteriores accedunt purgationes: & quod in nonnullis accidit. Cum delapsus humor a lumbis per anum excernitur: antequam uterum subeat idem euenit. Quibus dũ etiã purgatões nõ fiunt inciderit: uomitus securius exigunt.

Solent pueri plurimi conuulsione excipi: & precipue corpulentiores: & lacte uescentes copiosiore crassioreque: & nutricem lactentes succi plenã & corpulentam. nocet etiam ad hoc morbi genus: uinum magisq; nigrum q̃ albũ. Et quod minus dilutum est: atq; etiam ex cibis qui inflent: plurimi obsunt: Et si aluus substiterit: nocuum est. Plurimi ãte septimũ diem intereunt. Vnde fit ut nomina septimo die imponãtur: tanquam saluti iam pueri magis credamus. plenilunio etiam ĩfestant̃ hoc malo. periculosius & si a scapulis conuulsio oriat̃: in angusto spes est.

ARISTOTELIS DE HISTORIA ANIMALIVM LIBER. VIII. INTERPRETE THEODORO.

GENERATIO ET RELIQVA animalium natura ita se habet. Actiones autem & uitę pro moribus uictuque differunt. sũt enim uel in plurimis cęterorum animalium uestigia morum animi humani: quanq̃ haec apertius in

pilaris

nomina septimo die imponebant

homīe discernant. Inest urbanitas: feritas: clemētia: acerbitas: fortitudo: ignauia: metus: fidentia: ira: malitia: atq; etiam pru dentię imago inest in multis. quēadmodum cum de partibus docerem exposui: alia enim eo quod magis minusue habeant: cōparatione hominis differunt. homoq; ipse cum multis aliis animalibus: ita dissidet. quippe cum aliqua ex his magis ī ho/ mine habeantur: aliqua in cęteris animalibus latius. alia uero differant proportione: ut enim in homine ars: sapientia: pru/ dentia. Sic in nōnullis brutis inest uis quędā eiusmodi altera naturalis. constat hoc ita esse plane: argumēto puerilis ętatis: in qua futurorum habitum quasi uestigia: & semina uideris. et tamen nihil per id tempus animam hominis differre a belua rum anima prope dixerim. itaque nihil remotum a ratione est: Si partim eadem: partim similia: partim ex proportiōe ī cęteris animalibus habenť. sed adeo de īanimatis paulatim sensimq; ad animata natura transit: ut continuatione ipsa lateat: eorum confinium & medium utrius nā sit extremi. Iam ab animātiū genere: primum genus plātarum est. earūq; alia ab alia differt: eo q magis uitę particeps esse uidetur. uniuersum autē genus respectu corporum cęterorum quę omnia uacant: ipum quasi animal est: at respectu animalis: inanime esse uideť. Sed enim digressus hinc ad animalia cōtinuus (ut modo dixi) procedit. sūt enim maris nonnulla quę ābiges: animal ne sint: an plāta. hęrent enim: & detracta complura id genus intereunt: uerbi gratia. pinnę adhęrent: ungues euulsi uiuere nequeunt. deniq; genus uniuersum eorum quae testa integuntur: plantę simile respectu gradientium animalium est: Quin & iūs sentiēdi ita habetur: ut aliqua nullum eius īdicium prębeāt. alia leuiter & perobscure sentire uideantur. Nonnullorum natura corporis carnosa est: ut eorum quę tubera appellāť: aut uertice. At uero spōgia oīno similis plantis est. Cęterū paruo quodā discrimīe subinde alia prę aliis iam adipisci uitam motūq; uidentur.

QVod idem in muneribus etiam uitę percipere licet. plan tarum enim nullum aliud munus esse uideť: nisi quoad similē quęque sibi faciant alterā. uidelicet quę semine orianť:

sic animalium etiam quorundam nihil muneris preter genera-
tionem acceperis: unde fit ut eiusmodi actiones sint omnium
communes. sed procedēte sensu iam uenerei coitus: uoluptate
uita eorum discrepat: atque etiam partus: enutriendęq; prolis
ratione. itaque alia simpliciter perinde ut plantę officio procre
andi fungūtur suis temporibus. alia in enutrienda etiam prole
laborāt: Sed cum perfecerint desistunt: nec ullam insuper ser-
uant societatē. Aliaque prudentiora sunt: & plus memorię sor
tiuntur: ciuilius agunt cum prole. Prima igitur pars uitę aīaliū
in officio procreādi consistit: altera in alendo. In his enim duo
bus studium omnium uitaque uersatur. cibi autem differunt
potissimum ratione materię: ex qua ipsa quę aluntur cōsistūt.
īcrementum enim quibusque secundum naturam ex eadē qua
constiterint materia fit. Quod autem secundum naturam est:
id suaue contingit: sequunturq; omnia eam uoluptatem: quę
secundum naturam est. Degūt igitur animalia locis disiūcta:
alia nanq; terrestria: alia aquatilia sunt: quam differentiam tri
fariam intelligimus: aut enim recipiendi aeris: aut aquę rōne:
altera terrestria: altera aquatilia dicimus. aut quod apta natura
sunt seruari temperamēto alterutri: quāq̄ aerem aquamue nō
recipiāt. aut etiam quod cibum petant: uersenturque utrobiq;
diutius. complura enim cum recipiant aerem: partusq; faciant
in terra: cibum tamen a locis madidis petunt: uersanturque in
humore: partem maximam temporis: quę sola uitam ambigu-
am agere uidentur: quippe quę eadem: & uelut pedestria: & ue
lut aquatica statui possint. At eorum quę humorem recipiūt:
nullū uel pedestre uel uolatile ē: nec cibū sibi ex terra petit: q̄q̄
multa spirabilis pedestrisq; generis humore gaudent: & ita nō
nulla ut ne uiuere quidem disclusa ab aquę natura ualeant: ut
quę marinę testudines appellantur: & crocodili: & fluuiatiles
equi: & uituli marini: atq; ēt ex mīori genere testudīes lutarię:
siue mures aquatiles dicti: & ranę. hęc enim omnia nisi aliquā-
diu spirēt: intereunt: & parere educareque solent in sicco. Na
tura oīum maxime animalium supflua peculiarisq; delphino:
& si quid aliud tale: uel in cętaceo genere: uel ī reliquo aquatili

ſit:ut balęna: & quęcunq; fiſtulam gerũt.hoc enim genus nec
terreſtre tantum: neque aquaticum facile dixerim. Si quidem
terreſtre quod aerem recipit:aquatile quod aquam:ſecundum
naturam eſt.particeps nanque eſt utriuſque:cum & mare acci-
piat: reddatque per fiſtulam:& aerem per pulmonem. habent
enim hoc membrũ & ſpirant:Quamobrem delphinus rętibus
apprehenſus breui tempore ſtrangulatur: ut qui ſpirandi fa-
cultatem amiſerit:& foris uero diutius uiuere poteſt mutiens:
& ãhelans modo cęterorum ſpirantium: quinetiam dormiens
roſtrum exerit ſupra mare:ut ſpiret:Sed in utraq; diuiſionis tã
contrariorum parte collocari hoc genus abſurdum eſt. quam-
obrem aquatile genus amplius diſtinguendum uidetur:ut alia
accipiant reddantq; aquam: ea cauſa ſpirantia aerẽ: quo refri-
gerẽtur:alia propter cibum. Cum.n.in humore cibũ accipiũt:
fieri non poteſt: quĩ ſimul aliquid humoris admittatur: quod
admiſſum; quo emittant: inſtrumentum habeant neceſſe eſt.
Quę igitur proportione ſpirationis humore utũtur: branchias
habent. quibus autem per cibum humor illabitur:iis fiſtula in
esse: pinde quasi aquã feruentẽ nomine uno significemus. At uero subiecto: & quod tãdẽ cũ sit: sanguis est: nõ calidus ẽ: & quodãmodo per se calidus: quodãmodo nõ per se calidus ẽ. Caliditas enim in eius ratione ĩest: queãdmodũ albedo in albi hominis ratione. At eo qua sanguis p affectionẽ siue passionẽ est: nõ per se calidus est. parimodo de sicco & humido statuẽdum est. quapropter in eiusmodi rerũ natura partim calida: & hũida sũt: sed separata cõgelascũt: & frigida esse uidet̃. qualis est sanguis: partim calida crassioraq; sunt: ut bilis. sed sepata ab eorum in quibus habentur natura cõtra afficiuntur. quippe qne refrigerentur: atq; humescãt. sanguis enim siccior reddit̃: bilis flaua humidior: magis autẽ minusue participari opposita: uelut rẽ insitã his statuere debemus: explicatum iã est quonãmodo sãguinis natura particeps sit caliditatis humiditatis aut cõtrariarũ qualitatũ. Sed cũ omne quod auget̃: capiat alimentũ necesse sit: Alimentũ autẽ omnibus ex humido & sicco suppeditetur: quorũ cõcoctio & mutatõ: non nisi p caloris uim agitur: fit ut tam animalia omnia: quã stirpes: & si nõ alia de causa: tamẽ ob eam rem principium caloris naturale necesse sit. idq; ipsum partibus sit plurib9 accõmodatũ: queãdmodũ cibi cõficiendi ãministrationes. prima enim administratio perspicua est: cum per os ptesq; ore contentas perficiat̃ animalib9 quorũ cibus sectõnẽ desideret: sed hęc nullius cã ẽ cõcoctiõis: sed facilitatẽ cõcoquẽdi potius pstat: cibi enĩ illa minutatim diuisio: facit ut calor facilius cõficiẽdo expediat. At superior & inferior uenter iã cũ calore naturali suo concoquẽdi officio fungũtur. Sed ut os aĩalis cibi incõfecti meatus est: atq; etiã ps ei annexa quã gulã appellãt: cibũ quibus data est aĩalibus usq; aduẽtriculũ deducit: sic alia quoq; adeẽ principia oportet: quorũ opa mẽbra oĩa corporis ex uẽtre naturaq; ĩtestinorũ: quasi pręsepi pabulũ capiant. stirpes enim siue plantę suis radicibus alimentũ iã confectũ ex terra hauriũt: quo circa ne excremẽtũ qdem eõtrahi in stirpib9 solet: terra enĩ caloreq; eius perĩde ac uẽtre utũtur. At animaliũ gen9 omne fere: sed apte q̃ ĩcedunt quasi terram intra se cõtinẽt sinũ uẽtris: exquo ut ille radicib9

ita hęc aliquo ītercedēte cibū assumere debēt: donec finem se-
quentis concoctiōis faciāt. cibus enī ab oris officio uentri mā
datur. hinc mēbrū aliud capiat necesse est: & quidē ita natura
constituit. Venę enī per totos lactes ad uentrē tendūt: usq; ex-
orsę īferius. sed hęc ex animaliū consectiōe cōmētatiōeq; na
turali petenda sūt. Cū aūt oīs alimenti: omnisq; excremēti cō-
ceptaculū aliquod haberi necesse sit: Venęq; quasi uasa sit sā
guinis: patet sanguinē esse aīalib9 sanguineis ultimū alimētū:
exanguibus uero id esse quod uice sanguinis habeat ꝓportio-
nale: quā ob rē quotiens cibus nō īgeritur: sanguis deficit. quo-
tiens īgerit̄ auget̄: et si alimēta bona assumūt̄: sāguis īteger ē:
si praua: uitiosus. Igitur sanguinē alimenti gratia datū eē aīali-
bus sanguine preditis aptū: ex his cęterisq; eiusmodi ratiōib9
est: nā ob eam rem sanguis ne tactus quidē sensū mouere pōt
sicut nec cętera excremētorū genera: nec uero alimētū sēsū mo
uet ut caro. hęc. n. sensū cū tāgit̄ mouet. nō enī sāguis cōtinu9
carni neq; cognat9 ē: sed in corde ac uenis: quasi uasis cōtinet̄.
Sed quonāmodo mēbra ex sanguine sua capiāt īcremēta: atq;
etiā de alimēti omnino ratione disserere: cū de generatione agi-
mus: locisq; aliis aptius est: nūc hactenus dictū sit. nō enī plus
hic locus desiderat: quā ut sanguinē esse alimēti gratia: & ali-
menti mēbrorū causa: exploratum habeatur.

QVas aūt fibras uocāt: nō oīs continet sanguis. sed sunt
qui non habeant: ut ceruarū sanguis: & damarū: quā ob
rem id sanguinis genus nūquā spissatur. sanguis enim qui di-
lucior est: frigidior est: itaq; durescere non potest. qui autē ter-
renus est: nimirum coit: cum humor euaporatur. fibrę autē illę
terrę sunt opificium. Quoniā etiā euenit: ut nōnulla ex iis aīa-
libus: quę talē obtinent sanguinē: sapientiora sint: uerū nō san
guinis frigiditate: sed potius tenuitate atq; mūdicia: quorum
neutrum in terreno est. habēt enim sensum mobiliorē: quorū
humor tenuior & sincerior est. hinc etiā nōnulla ex iis quę san
guine uacāt animalibus: prudētiora nūnullis sanguinē habēti-
bus sunt: ut dictū iā est. Verbi gratia apes: formicę: & si quid
aliud tale est: timidiora q̄bus sanguis dilutus nimium ē: met9

enī refrigerat. Itaqꝫ ea quibus eiusmodi tēpamētū in corde ha betur: metuēdi affectioni sunt oportuniora: aqua enī frigore cōgelascit. quāobrē cęteraqꝫ exāguia timidiora sanguineis sūt aīalibus: quod simpliciter dixerim: ac mota cessant pre nimio metu: & excrementa emittunt: nōnulla etiā suos colores īmutāt: quorū aūt sāguis fibris admodū multis crassisqꝫ refect9 est: hęc terrena āplius cōstāt natura: & aīosa: iracunda ꝓindeqꝫ furibūda sunt. Ira enī calorifica est. solida autē firmioraqꝫ oīa cōcalefacta uehemētius q̄ hūida calefaciunt. fibrę uero solidę terrenęqꝫ sunt: itaqꝫ quasi fomenta in sanguine efficiūt: feruo rēqꝫ ꝑ irā accēdūt. exquo fit: ut tauri & apri aīosi: iracundi furi būdiqꝫ sint. sanguis enī eorū fibris refertior ē: & qdē taurorū sanguis oīum celerrime coit: & durescit. At si fibras detraxe ris: sāguis nō cogeť: ut. n. si ex luto terrenā portionē semoueris: aqua nō cōcrescet: ita sanguis fibris detractis ī cōgelabilis manet: fibrarū enī natura terrena ē: quod si nō eximāť: cogitur ut terra humida frigore. cū enī calor exprimiť humor una trahitur: atqꝫ euaporať: ut dictū iā est: atqꝫ ita cōcrescit: nō a calore siccescens sed a frigore. At uero q̄diu ī corpe cōtineť hūidus est: ꝓpter calorē aīalibus inditū. ꝓfecto naturā sanguinis cām eē: cur ꝑmulta aīalibus ueniāt: tū ꝑ mores: tū etiā ꝑ sensū ratō est. materia enī totius corpis ē: qppe cū alimētū materia sit: sāguis aūt ultimū alimētū habeať. facit igiť ut plurimū differētię existat. Si calidus aut frigidus sit: si tenuis aut crassus: si turbulentus aut nitidus.

Sanies ꝑs diluta siue aquosa sanguinis ē: eo ꝙ aut nōdū concocta aut corrupta ē: itaqꝫ id uel sanies necessario est uel sanguinis gratia est.

Seuum & adeps inter se differūt: sanguinis rōne. ē enī eorū utrūqꝫ sanguis cōcoctus ꝑ bonitatē enutriendi: cōsistitqꝫ ex eo ꝙ in pulpā qdē aīalis nō absumať: sed cōcoctiōis alimētiqꝫ bonitate ꝑditū ē. indicat id pinguedo eorū: cū pīgue īter hūida: cōmune ignis & aeris sit: quā ob rē nullū ex iis q̄ sāguine carēt: uel adipē habet: uel seuū: quādo qdē sāguis deest. Quorū aūt sanguis corpulētior ē: hęc seuū potius habēt. seuū

enĩ terrenũ est. unde fit: ut modo fibrosi sanguinis cogat᷑: tam ipm q̃ eiusmodi ius: cũ parũ aquę: multũ terrę contineat. Quã obrem q̃ nõ utrinq; dẽtata: sed cornigera sũt: hęc seuũ habẽt. naturã eorũ refertã esse huiusmodi elemento patet: eo ꝙ cor/nua gerũt: talosq; obtinẽt: quę quidẽ omnia natura sunt arida & terrena. At uero genus utrinq; dẽtatum: & cornuũ expers: et multifidũ: uice seui adipẽ habet: q̃ nõ cogitur: nec siccitate ali/qua frãgitur: quoniã eius natura minus terrena ẽ: hęc si medio/criter in animaliũ mẽbris habẽtur ꝓsũt: nec enĩ sensũ ĩpediũt: & ad sanitatẽ uiresq; opitulãtur: sed si modũ excedũt: nocent: atq; ĩterimũt. nã si corpus totũ trãsierit in adipẽ: aut seuũ: peri bit. animal enĩ ea ꝑte est in qua sensus habetur. Caro autem & quod carni ꝓportionet᷑ uim obtinet sentiẽdi: sanguis ut dictũ iam est: et sensu caret: & ob eam rẽ nec adeps nec seuũ sentit: Sũt enĩ sanguis cõcoctus: quod si totũ corp⁹ tale efficiat᷑: nul/lum ꝑterea sensũ habere poterit. hinc & celeriter ea senescũt q̃ ualde pinguerint: quippe quę parum sanguinis habeãt: utpote cũ copia sit absumpta ad pinguedinẽ. Quę aũt parũ sanguinis habent: hęc iam inde ad ĩteritũ sunt oportuniora. Interitus enĩ inopia quędã sanguinis est: quodq; parũ est: affici tũ a frigore quolibet: tum a calore facile põt. Quinetiã obęsa omnia steri/liora ea de causa sunt: quãtũ enĩ ex sanguine proficisci ad geni turã & semẽ genitale debeat: hoc in adipẽ aut seuũ sũptitat᷑. sã guis enĩ cũ cõcoquitur ad hęc trãsit. itaq; aut nullũ omnino ex cremẽtũ in iis ipsis consistit: aut parũ. Atq; de sanguine: sanie: adipe: seuo: Quid sint: & ob quas causas habeãt᷑: dictũ iam est

Sed medulla etiã natura q̃dam sanguinis ẽ: nõ ut q̃dã uo lunt uis geniturę seminalis: patet hoc in iis q̃ nuper in lu cem ꝓdierint. medulla enĩ in ossibus quoq; eorũ sanguinea cõ tinetur: utpote cũ omnes corporis ꝑtes ex sanguine constent: & partui alimentũ ꝓ̃stetur a sanguine: sed per incremẽtum cõ/coctionemq; efficitur: ut queãdmodũ cętera mẽbra: sic uisce/ra quoq; ĩmutent᷑ colore. ꝑ copiã enĩ sanguinis uiscera etiã cũ recẽtia adhuc sũt: colorẽ sibi sanguineũ trahũt: sic etiã medul la afficitur: & pinguis in pinguib⁹ animalibus est: atq; axũgię

similis. At quibus sanguis nõ pinguedini: sed seuo similis per concoctionem euadit: iis medulla seuo similis est: quã ob rẽ ut cornigeris animalibus: nec utrinq; dẽtatis medulla speciem gerit seui: sic utrinq; dẽtatis atq; multifidis pinguedinẽ refert: uerũ spinę dorsi medulla minime talis est: quoniã continuam hanc esse oportet: porrectãq; p longitudinẽ spinę totius: quę ex multis uertebratis orbiculatim ossibus iũgitur. nã si ex pinguedine aut seuo esset: nõ ęque ppetua esse posset: sed uel fragilis uel humida esset. Sũt ex animalibus quę nullã cõmẽtatione dignã medullam habeant: uidelicet ea quibus ossa robusta & solida sũt: ut leoni. eius enim ossa: quod exiguã admodũ: & pobscuram medullã cõtinẽt: carere oĩno medulla uidẽtur. Sed cũ ossiũ naturã inesse in animalibus necesse sit: aut quod ossibus proportioneť: ut in aquatilibus spinã: fit necessario: ut nõnulla habeant etiã quod pro alimento contineať ex quo ossa consistãt. alimentũ autẽ oĩbus esse sanguinẽ dictũ iam est: seuosas etiã & pingues esse medullas: ratio est. tepor enĩ quẽ ossiũ cõplexio facit: sanguinẽ cõcoquit. sanguinis aũt p se cõcoctio: seuũ & adeps est. quoniã etiã in iis quę ossa spissa firmaq; habent: nõ temere: partim nulla: partim exigua inest medulla. alimentũ enim in ossa absumitur. Quę autẽ nõ ossa habent: sed spinã: iis dorsi tãtũ medulla est. parũ enim continet sanguinis suapte natura: & dorsi spina tãtũmodo caua habeť. quã ob rem in ea medullę aliquid creari potest. una enim ipsa capax est solaq; eget copula propter interceptiones: quam ob rem medulla etiam eius partis differt: ut dictũ ẽ: ꝙ enim uice fibulę fungitur: idcirco lenta neruosaq; est: ut intendi possit. causa quam ob rem medullam habẽt animalia quibus data ẽ: declaratũ iam est. Quid etiam medulla sit patet: scilicet alimẽti sanguinei quod in ossa spinamue distribuatur: contentũq; concoctum excrementum.

PRoximũ fere est: ut de cerebro doceamus: nam cerebrũ quoq; medullam esse atq; originẽ medullę: cõpluribus placuit autoribus argumẽto: ꝙ dorsi medullam iũctam cum cerebro cernerẽt. Sed res cõtra se habet: omnino ꝓpe dixerint

cerebrũ enim partiũ omniũ corporis frigidissimũ est:cum me
dulla calida suapte natura sit:quod eius pĩguedine & axungia
perspicuũ est: idq; facit ut cerebro iũgi cõtinuariq; possit ipsa
dorsi medulla. solet enim natura semp emoliri cõtra cuiusuis
exuperantiã auxiliũ:per cõiunctionẽ rei aduersę: ut excessum
alterius altero cõpenset: & moderet̃. Sed enim medullã calidã
esse pluribus sane ratiõibus cõstat. cerebri aũt frigiditas: & ta-
ctu pcipi põt: & ratione intelligit̃: ꝙ omniũ maxime humorũ
corporis sanguine caret. quippe quod nihil sanguinis habeat:
squaloreq; obsitũ sit:atq; horridũ:nec uero excremẽtũ est:nec
ĩter partes cõtinuas enumerãdũ:sed sui generis est: & quidem
ratione optima naturã eiusmodi sortitũ est. nullã uero cũ pti-
bus quę uim obtinẽt sentiendi cõtinuitatẽ habere: Cũ intuitu
pareat:tum uel maxime inde constat:ꝙ cũ tangit̃:nullũ efficit
sensum:queãdmodũ nec sanguis:neq; excremẽtũ animalium
ullũ. datũ autẽ hoc aĩmalibus ẽ:ad naturę totius salutẽ: quod
enĩ nõnulli statuũt | ĩportune animã esse ignẽ:aut aliquã eius-
modi uim:melius fortasse dixeris animã in quodã eiusmodi
corpore constare. cuius rei causa est:ꝙ ad exequenda animę of
ficia:calor omnium maxime administrandi uim obtinet. Cũ
enim officiũ animę sit alere & mouere:hęc ea ipsa facultate po
tissimũ efficiuntur. Igitur animã esse ignẽ arbitrari simile est:
atq; si serram aut asciam:fabrum aut artẽ fabrilem esse ideo ar
bitreris:quia opus nõ nisi iũctis iis efficiat̃. Sed quã genus om
ne animaliũ caloris particeps esse necesse sit:apertũ hinc ẽ. Cũ
autẽ omnia momentũ requirant cõtrariũ:quo mediocritatem
ac medium assequant̃:in hoc enim essentia ratioq; cõsistit: nõ
in alterutro extremo seorsum posito:idcirco aduersus cordis
sedem & calorẽ:cerebrũ natura molita ẽ. Et ea de causa ps ista
animalibus iũcta ẽ: naturã obtinẽs aquę & terrę cõmunẽ: atq;
ob eã rem cerebrũ:omnia sanguine pdita habent. ex cęteris nul
lum fere:nisi per proportionẽ ut polipus. parum enim caloris
obtinet omne id genus:ꝑpter sanguinis priuationẽ. cerebrum
igitur calorem feruoremq; cordis moderatur: & tẽperiẽ affert.
Sed ut ea quoq; pars modico potiatur calore:uenę ad mẽbranã

cerebri deueniunt ex utraque uena: maiorem dico: & eam quae aorta uocatur: & ne calor nimius offendat: non paucę amplę sed frequentes: ac tenues uenę ambiunt: nec sanguis copiosus: & crassus: sed tenuis sincerusque subit eodem.

Fluctiones etiam ob eam rem ex capite oriuntur in iis corporibus: quibus cerebrũ frigidius est q̃ temperamentum modicum postulet. cum enim alimentum per uenas sursum respirat: ubi excrementum ob eius loci uim refrigeratum est: fluctiones pituitę: sanieique mouet: quod simile generationi imbrium euenire intelligẽdum ẽ: quoad magnum conferre cum paruo licet. Cũ enim ex terra uapor exhalat: effertur q; in sublime a calore: ubi supernum aerem subierit frigidum: cõsistit: denuo in aquam propter refrigerationem atque in terrã defluit. Sed de his cum de morborum causis agitur: differere congruum est: uidelicet quoad tractare de iis naturalis scientię interest.

Somnus etiam a cerebro proficiscitur: iis quę eam optinent partem animalibus. quę autem carẽt iis: proportionale suppetit. cum enim sanguinis alentis effluentia refrigeretur a cerebo: aut etiã ob alias causas similes: caput aggrauatur: & quidem somno sopiti ea corporis parte solẽt temptari: atq; efficitur ut calor ad ima cum sanguine subter fugiat: Collectaque copia caloris in loco inferiori somnum facit: & facultatẽ erigendi corporis aufert ab iis animalibus: quę erecta incedere natura uoluit: cęteris caput erigi probibet. quibus de rebus seorsum docuimus: cũ de sensu & somno ageremus. Cerebrũ autem esse commune aquę & terrę constat: ex eo quod ei accidit. Cum enim coquitur indurescit atque siccessit: ut humore exacto a calore: terrena portio relinquatur: quemadmodum in leguminum reliquorumque fructuum decoctione. q̃ enĩ ex terra magna ex parte constant: hinc exacto humore quẽ exiguum sibi admixtum continent: dura terrenaq; admodum ea quoq; relinquuntur. homo inter omnia animalia plurimum cerebri habet scilicet proportione sui corporis: & inter homines: mares plus quã foeminę. cordis enim pulmonisque locũ

calidissimum & sanguine refertissimum homo habet: un-
de animalium homo unus erectus est. caloris enim natura in-
ualescens incrementum de medio agit pro suo impetu. Itaq;
contra multum caliditatis multum humiditatis frigiditatisq;
opponitur. qua quidem copia fit: ut capitis os: quod caluariā
nonnulli appellant: sero ad modum induretur: Cum diu calor
euaporetur: quod nulli ex cęteris animalibus sanguinem pre-
ditis euenit: iuncturas etiam plurimas in capite homo habet:
& mas plures quā foemina eadem de causa: ut locus spirātior
sit: & āplius in quo plus cerebri habetur. nam si cerebrum uel
humet uel siccet supra modum: suo fungi officio non potest:
Sed aut nō refrigerabit: aut coagulabit. itaque morbos, deliria
mortes afferet: calor enim cordis atque principium consentien-
tissimum est: sensumque celerrime facit cum sāguis cerebri ul
lo pacto mutatur atque afficitur: sed de cognatis animalium
humoribus omnibus dictum fere est.

Post geniti, excrementa sunt cibi: idest uesicę sedimē atq;
alui: pręterea genitura: & lac. s. in iis quorum natura hęc
optinet: uerum cibi excrementa quibus nam animalibus iūcta
sint: & quas ob causas: aptius in considerando differendaque
alimenti ratione explicetur. de semine autem genitali: & lacte:
tractādum est: cum de generatione: alterum enim eorum prin-
cipium generationis est: alterum generationis gratia habetur.

Nunc de cęteris similaribus partibus docēdum est: & pri
mum de carne. in iis quę optinent carnem: in cęteris autē
de eo quod uice carnis proportione respōdeat. hoc enim prin
cipium & corpus per se animalium est: quod ratione etiam pa
tet. animal enim eo definimus ꝙ sensum optinet: primumque
eum qui primus est. Tactum autem primum esse certū est. ta-
ctus uero sensorium pars eiusmodi ē: aut prima ut pupilla ui-
sus: aut cōiūcta per quā agitur: ꝓinde quasi pupillę omne dya-
phanes: hoc est translucidum cōiungas. Cęteris igitur sensibꝰ
nec tribui hoc poterat: neq; operepręcium erat effici a natura.
At uero tactui dari necesse fuit. sola enī aut maxime omniū
sensoriorum sedes tangendi corpulenta est. Sensui autē patet:

cętera omnia eius unius gratia haberi: ossa dico: neruos: cutē: uenas: pilos etiam: & unguium genus: & quicquid eiusmodi iunctum est. natura enim ossium adhibita est: ut sua duricie rem mollem seruaret in iis quę ossa habent: eademque de causa proportionale ossium habet: in iis quę ossibus carent: ut in genere piscium aliis spina: aliis cartilago iuncta est: habēt hoc presidium alia intus: alia foris: ut in genere sanguinis ex parte. crustata omnia extra: sic munita seruantur: uelut cancri: genusque omne locustarum atque etiam testatorum: ut q̄ ostreę appellantur. his enim omnibus caro intus. terrenum autem illud quod contineat & conseruet foris est. nam preter ipm cōtinendi officium: quoniam eorum natura parum caloris obtinet: cum sanguine careant: idcirco testa ueluti furnulus quidā amplectēs conseruat intestinum calorem & tuetur. Quinetiā testudo & lutarie genus: similimodo se habere uidetur: quāq̄ diuersum genus ab illis hoc est.

At uero animalia insecta & mollia contra quā hęc & mō inter se opposito constant. nihil enim ossis nihil terreni habere discretum uidentur: quod dignum effatu sit: sed mollia fere tota carnosa & tactui cedentia sunt: ne tamen corpus eorū facile pereat modo illorū quę carne lasciuiūt: naturam inter carnem & neruum optinēt. mollis enim ut caro est: sed intendi potest ut neruis. fissilis autem caro eorum non īdirectū sed in aufractum: ita enim ad uires commodior esse potest. habēt etiam quod piscium spinis proportionetur: ut sepię quod sepium uocant: lolligines quod gladiolū. polipi nihil eiusmodi habent. quod eorum alueus quem caput appellant breuior est: illorum pcerior: ideoq; ut directus inflexusq; maneret. natura his adminiculis faciendū censuit: quemadmodū in genere sanguineo aliis os dedit: aliis spinam: insecta contra q̄ hęc et sanguine prędita cōstant: ut modo diximus. quippe quę nihil habeāt duri: aut mollis: discretum: sed dura toto corpore sint: duricię tali: ut osse carne ossaciora: terratioraq; constent: ne facile corpus eorum diuidi possit.

ὀστοῦ μὲν σαρκωδέστερ[ον], σαρκὸς δὲ ὀστωδέστερον ἢ γεωδέστερον

Similis natura est ossibus & uenis. utraque enim ex uno

orsa cõtinua est: & neq; os ullum seorsum per se habetur: sed aut pars continui est: aut tangit atq; annectitur: ut natura, & tã quã uno cõtinuoq; & tãquã duobis distinctisq; ad flexũ utat: neq; uena ulla seorsum per se est: sed omnes pars sũt unius. nam si quod os separatum esset accideret: ut nec officio fungi posset: Cuius gratia natura ossium habetur: quippe quod nec flectendi neque dirigendi causam ullam preberet: Cum nõ cõtinuum esset: sed interceptum: & lędere proculdubio posset. p inde quasi uel spina: uel spiculum carni infixum. uena etiam si qua separata: nec suę origini continua tẽderet: suum sanguinẽ seruare nõ possent. Calor enim ꝑfluens ab origine facit ne sã guis gelet: putrescere etiã sanguis uidet: qui a suo fonte remo tus est. principium uenarum cor est. ossium quod spina dorsi uocatur: uidelicet in oĩbus iis quę ossa habẽt. hinc enim cętera ossa oriuntur & continuant. spina est enim quod longitudinẽ ac rectitudinẽ cõtineat animalium: Sed cũ corpus inflecti per animalis motum necesse sit: ita constat: ut & una sit propter continuitatem: & multipartita propter uertebrarum distinctionem: hinc foemorum brachiorumque ossa dependent continua: eodemque arctius adnectuntur: qua flectendum est: neruis deligantur: extremaque sibi cohęrent: alterum cauum: alterum rotundum: aut utrunque cauum: medio talo: quasi clauo complexo: ut flecti extendique possint. aliter enim aut nullo pacto: aut non bene motus eiusmodi agi posset. nonnulla ex tremis similibus cõiũgũtur neruis deligata. Cartilaginosę etiã ptes inserũt flexuris: ueluti lectisterniũ: ne attritu mutuo lędã tur. caro circa ossa cõsistit uinculis mõ fibrarũ tenuibus adhę rens: cuius cã ossiũ gen9 hẽt: ut. n. q ex limo aut alia massa hu mida aĩal effingũt: firmo aliquo subdito corpe obducũt: atq; afformãt: Sic natura ex carnib9 aĩal cõdidit. cęteris igit ptib9. s. carnosis: ossa omnibus subiacent: aut flectendi gratia si mouentur: aut cõseruandi causa si immobilia sunt: ut costę quę pectus salutis uiscerum gratia claudunt: uenter omnium: ossibus uacat: ne tumori impedimento sint: qui per cibum ingestum exurgat necesse est: atq; etiam ne in foeminis incremẽto

partium obſtent. Sed enim quę animal uel intra ſe uel foris pa
riunt: hęc ſimiles robuſtaſq; oſſium obtinent uires. multo enĩ
maiora hęc ſunt his quę non pariunt. animal uidelicet propor
tione ſolitę magnitudinis. nam non nuſquam complura ex
hoc animalium genere creſcũt mirum in modum: ut in africa
lociſque aliis calidis & ſiccis. magnis autem aminiculo opus
eſt: maiori ualidiori & firmiori: atque inter magna iis potiſſi
mum tali opus eſt adiumento quę uiolentiora ſunt. quãobrẽ
mares oſſibus durioribus conſtant q̃ foeminę: & quę carniuo
ra ſunt q̃ quę alio cibo ueſcuntur. is enim uictus per dimicatio
nem acquiritur: uelut leonis oſſa adeo dura ſunt: ut ex iis pcuſ
ſis ignis quaſi ex ſilice excutiatur. delphinus etiam nõ ſpinas:
ſed oſſa habet: uiuiparum enim eſt. Sanguineis autem non ui
uiparis natura aliquantum degenerat: ut uolucribus: quanuis
enim habeant oſſa: tamen ĩbicilliora.

INter piſces ſpinam qui oua pariunt habent.

SErpentibus etiam natura oſſium ſpinacea eſt: p reterquã
magnis. robur enim eorum ualidiora exigit firmamẽta:
eadem qua & uiuiparis ratione.

AD cartilaginea nomnie ſpinam ex cartilagine habẽt. mo
tum enim eorum eſſe molliorem neceſſe eſt: itaq; fulci
menti genus non rigidum: ſed mollius eſſe oportuit. Adde q
terrenam omnem materiam ad eorum cutem conficiendã na
tura abſumpſerit: pluribus aũt locis: ſimul tantundem exupe
rantię diſpẽſare natura non poteſt. Quoniam etiã in uiuiparo
genere oſſa cartilaginoſa complura habẽtur: ſcilicet in iis qui
bus expedit molle mucoſumq; eſſe: quod ſolidum habeatur:
ratione carnis obductae: ut auribus ac naribus eueniſſe apertũ
eſt. prominentiora enĩ ſi rigida ſunt: frangi celeriter poſſunt.
Natura uero eadẽ oſſis & cartilaginis eſt: quãq̃ pluribus mino
riſq; rõne ĩtereſt. quapropter neutrũ pręciſũ recreſcere poteſt.

VAcãt medulla cartilagĩes terreſtriũ aĩaliũ diſcreta: quod
n. ĩ os diſcretũ cõtĩet: id mixtũ p totũ facit: ut cartilago
res mollis mucoſaq; cõſtituat. At ĩ cartilagineo genere ſpina
dorſi quanuis cartilaginoſa medullã habet: uicẽ enĩ oſſis hęc

pars tenet in eo genere.

PRoximas ossibus esse partes ostendit tactus etiam illas,ũgues,ũgulas:tũ solidas:tũ bisulcas:cornua: rostra auium:quę omnia prȩsidii gratia adiuncta sunt animalibus. Quę enim tota ex iis cõstant nominis consortiũ tantũmodo habent cum suis partibus. Verbi gratia ungula tota: & cornu totũ:ad salutem animalis excogitatum est.

DEntes etiam in hoc eodem genere collocandi sũt:q̃ aliis rem unam tãtũ expediũt: id est cibi cõfectionẽ.aliis non solum ad hoc usui sũt:sed etiã ad pugnãdum:ut iis omnibꝰ: quibus aut serrati:aut exerti sunt dentes. Terrenam & ualidã esse naturã eorum quę modo enumeraui necesse est. Vis enĩ armorum ea est: quã ob rem oĩa eiusmodi adminicula, Quadrupedibus uiuiparis potius adiuncta sunt: ꝙ terratiora quã genus humanũ ea omnia constant. Sed de iis atq; similibus cutem dico uesicam:mẽbranã:pilos:pẽnas:& quę iis proportionentur:& si qua huiuscemodi alia sũt:postea una cũ dissimilaribus partibus cõsiderandũ ẽ.s.quę nã eorũ causa sit & cuius gratia data sint animalibus.ex officiis enim ea quoque pariter atque illa dignosci necesse est: sed ꝙ partes eorum idem cum totis nomen sortiuntur: propterea inter similares in hoc loco enumerata sunt.principium autem & origo eorum omniũ os est:& caro.rationem etiam geniturę & lactis pretermisimus: Cum de humidis ac similaribus ageremus. Sunt enim hęc loco de generatione cõiunctiora.Cũ alterum eorum initium sit animalium generandorum: alterum alimentum ubi in lucem prodierint.

NVnc quasi a primis iterum orsi differamus. In omnibꝰ uita preditis & perfectis partes maxime necessarię duę sunt:altera qua cibum capiant:altera qua excrementum emittant:non enim fieri potest:ut sine cibo uel seruentur: uel augeantur. Stirpium itaque genus(nam id quoque uiuere fatemur) locũ supuacui excremẽti nullũ habet: Cibũ enĩ cõcoctum ex terra haurit: Sed uice excremẽti semina & fructꝰ effũdit. tertia pars in oĩbus ẽ media ĩter eas quas mõ dixi:ĩ qua uitę prĩcipiũ

continetnr. Sed stirpium natura: quoniam stabilis est non ex multis ac uariis ptib⁹ dissimilaribus constat. quippe cum ad paucas actiones paucorũ instrumẽtorũ usus requiratur. quam ob rem destirpium siue plantarũ forma seorsum agẽdum est. Quę autem una cũ uita sensu etiã pdita sunt: hęc speciẽ multi formiorem numerosioreq; uarietatẽ recipiunt: atq; ĩter ea aliis alia magis: & eo amplius: quo non solum uiuendi: sed etiã bene uiuendi rationẽ natura eorũ obtinuit: quale hominũ genus est. quippe quod aut unũ ex oĩbus aĩalibus nobis cognitis diuinitatis particeps sit: aut omnium maxime. itaq; tum ob eã rẽ tum etiã q exteriorũ partiũ eius forma notissima est: primum de homine differendũ censemus. iam enim partes etiam naturales hominis unius secũdũ naturã disposite sunt: quãdo quidem ptẽ supiorem ad uniuersi supremũ erectã obtinet. Solus enim animaliũ homo erectus incedit. Caput hominis macilentum carneq; prope omni exutũ esse necessarium: ex iis quę de cerebro diximus euenit: nec audiendi sunt: qui si carnosum esset uiuatius hominũ genus futurum censeãt. Sed ut melius sẽtiret: carnẽ adẽptã existiment: uum enĩ sentiẽdi sitã in cerebro: sensum autẽ per partes nimiũ carnosas nequaquã admitti posse arbitrant: neutra enĩ eorũ ratio uera est. Sed si cerebrũ a carnis copia circũdaretur contra efficeret: quã ĩstitutum exigeret: Cuius gratia adiũctũ est animalibus. nõ enim refrigerare posset cũ ualde ipsum teperet. Nec sensus ullius causam cerebrũ optinet: quod qdẽ expers omnino sensus nõ aliter quã quoduis excremẽtũ est. Verũ cũ ĩtelligere causam: quã ob rẽ sensus nõnulli in capite habentur nequeant: q eam partẽ cęteris eẽ peculiariorem aĩaduerterint: ideo sensum cũ cerebro cõiugendũ ratiotinãt. Sed enĩ principiũ sensuũ esse cordis locũ diffinitũ iã est cũ de sensu ageremus: & quã ob causã duo: id est tãgẽdi & gustandi sensus: ex corde apte dependent. unus ex reliquis tribus id est olfaciendi mediũ tenet. duo idest audiẽdi & uidẽdi maxime in capite positi sunt: ppter sensoriũ naturã: uisusque oĩbus ĩ capite ẽ. nã auditus olfactusq; pisciũ: & reliquorũ generis eiusdẽ declarãt quod dicim⁹. audiũt. n. atq; olfaciunt:

cũ nullũ ſenſoriũ eorũ ſenſuũ in capite habeãt manifeſtũ. Vi
ſum autẽ oĩbus quibus ẽ datus apud cerebrũ eſſe: optima ratõ
eſt. cerebrũ enim humidũ ac frigidũ ẽ: uiſus aquę naturã opti-
net. hęc enĩ omniũ perlucidorũ facillime cõſeruari poteſt. Sẽ-
ſus etiã exquiſitiores ꝑ partes quę ſanguinẽ habeãt ſinceriorẽ
abſolui neceſſe ẽ. Sãguis enĩ calidioris agitatio officiũ ſentiẽ-
di intercipit: atq; refringit: his de cauſis ſedes eorũ ſenſuũ mã-
datę ſũt capiti: nec uero pars prior tãtũ capitis carne uacat: ſed
etiã poſterior: ꝙ omnibus capitis prędіtis partẽ hãc erectã ma
xime conſtare oportet. nihil enĩ erigi põt p̃ſſum onere. Id aũt
accideret aĩali: ſi caput carne obtectum haberet: quo etiã patet
nõ ideo carnẽ deeſſe capiti: ut cerebrũ ſentiat. ps enĩ poſterior
capitis cerebro caret: & tamẽ carnis expers nihilominus eſt.

AVditũ etiã nõnulla animalia ſitũ in capite habẽt debita
ratione: quod enĩ inane uocatur: plenũ aeris eſt. ſenſoriũ
autẽ audiẽdi aeris eẽ fatemur: ut igitur ab oculis meatus ad ue
nas circa cerebrũ ſparſas tendũt: Sic ab auribus meatus in occi
put penetrat. uis aũt ſentiẽdi nec ulli exangui data eſt parti: ne-
que ſanguinis propria eſt. Sed cuidã ex iis quę ſanguine proue
niunt delegata eſt: quo circa pars nulla exanguis eorũ quę ſan-
guinẽ habent: ſentire poteſt: nec ipſe ſanguis ſenſus prędіtus
eſt: quippe qui nulla pars ſit animaliũ.

CErebrũ uero parte priori capitis continẽt oĩa: quibus hoc
datũ eſt: quoniã id quo ſentiunt in parte priori corporis
ſitũ eſt. ſenſus enĩ prouenit a corde: quod pte priori cõmiſſũ
eſt. Sentire etiã ptes tãtũmodo poſſũt quę ſanguinẽ obtinẽt:
occiput autem uenis uacuum eſt. ſedes autem ſenſorię probe
ad hunc modum a natura diſpoſitę ſunt.

AVres orbem capitis ęquis portionibus ſecant tenentque
mediũ. auditur enĩ nõ modo ꝑ directũ uerũ etiã undiq;.
VIſus parti priori mandatus eſt. cernitur enim per directũ
MOtus etiam ante fit: proſpiciendum autem eſt eodẽ: quo
motus agit̃. Nares inter oculos ratõe optĩa collocatę ſũt
GEmina enim ſedes quęq; ſenſoria ẽ ꝓpter duplicẽ corpis
partẽ. ſ. dextrã & ſiniſtrã: ſed hoc in tactu incertum eſt,

ꝓpterea ꝙ primũ ſenſoriũ nõ caro nõ pars eiuſmodi aliqua ẽ: ſed aliquid intimum.

LIngua & ſi obſcurius ꝗ̃ oculi: tamen certius ꝗ̃ tactus geminũ guſtandi ueſtigiũ oſtẽdit. ẽ enĩ hic etiã ſenſus quaſi tactus quidã attamẽ res uel in eo ſatis cõſtat. fiſſura enĩ linguam diſtingui ꝑſpicuũ eſt. At uero in cęteris ſentiendi ꝑtib9 ſẽſũ biꝑtitũ eẽ lati9 patet. aures. n. geminę: & oculi gemini ſũt

VIs etiã nariũ bipartita ẽ: quę ſi aliter ſita diſtractaq; eſſet ut aures: ſuo fungi officio nõ poſſet: nec ꝑs ĩ qua poſita ẽ ex inſtituto ãminiſtraret. efficiť enĩ ſenſus olfaciẽdi per ſpirationem in iis quę obtinẽt nares. pars autẽ ſpirandi mediũ tenet & ante poſita ẽ. quapropter nares in medio triũ ſenſuũ natura cõſtituit: quaſi ꝑ lineã fabrilẽ directas: ad reſpirationis agitationem. cęteris etiã animalibus: hęc eadẽ ſenſuũ domicilia bene pro ſua cuiuſque natura condita habentur.

QVadrupedes enĩ auriculas habẽt ſuſpẽſas: & ſupra oculos ſitas habere uidẽtur: uerũtamẽ nõ ita ẽ: ſed cõſpectũ ementiũť: quoniã beſtię nõ erecto: ſed ꝓno ſunt corpore. Cũ igiť plurimę ita incedãt: iuuat ut & ſuſpenſiores ſint auriculę: & crebro moueãť: ſic enĩ meli9 ũdiq; ſtrepit9 circũactę excipiẽt

AVes meatus tãtũ auditorios habent: ꝙ enĩ cutis earum durior ſit: nec pilis ſed pẽnis integãť. Ideo materia carẽt ex qua auriculę creẽť: quadrupedes etiã ouiparę & corticatę eodẽ mõ ſe habẽt. eadẽ. n. ratio uel illis cõueniet: ꝗnetiã uitulus marinus ĩter ea quę aĩal pariũt: nõ auriculas ſed cauernas tãtũ hẽt ad audiendũ: utpote ꝗ manca & lęſa ſit quadrupes.

GEn9 hoĩum auiũ quadrupedũ tã uiuiparũ ꝗ̃ ouiparũ oculos uiſus cuſtodiẽdi grã ĩtegũt: ſed uarie. ꝗ. n. aĩal pariũt: geminã hẽnt palpebrã: et cõniuere utraq; ſolẽt. aues tã leuiores ꝗ̃ grauiores: & quadrupedes ouiparę: palpebra ĩferiori cõniuẽt. nictãť aues ab ãgulis mẽbrana obeunte. Cui9 rei cã eſt: ut operimẽtum praeſidio ſit oculis eorum humidis: qui ideo humidi ſunt ut cernere acutius poſſint: nam ſi duri eſſent: tutius quidem conſtarent contra ea: quę extrinſecus occurſarẽt: atque inciderent: ſed cernere acute non poſſent: itaque eius rei cã cutis

ꝑtenuis pupillę obtēdit̄. At uero salutis gratia palpebrę operi-
unt. Ideoq; omīa cōniuent: & omniū maxīę homo: oīa inq̄: ut
q̄ incidant ꝓhibere palpebris possint: idq; nō consulto sed na
turę īstinctu agit̄. homo uero frequētius: quoniā cutē tenuissi
mā habet: palpebra autē cute constat: unde fit ne aut palpebra
aut ꝓputiū uulnere diductū coalescere possit: Sūt enī cutes si-
ne carne: q̄ aūt īter aues palpebra īferiori cōniuēt: & quadrupe-
des ouiparę ꝑduricia cutis caput ambiētis: ita cōniuēt. uolucri
bus enī grauioribus q̄ neq̄ant uolitare: īcremētū pēnarū ad cu
tis crassamentū cōuertit̄: eędēq; palpebra inferiori cōniuēt. Co
lumbę aūt & similia utraq;: quadrupedes ouiparę cortice inte-
guntur: qui pilo durior est: itaq; cutis quoq; eorū cęteris cuti-
bus durior ē. Cutis igit̄ capitis eorū ꝑdura ē. ideoq; palpebrā ī-
de habere neq̄ūt. īferior carnosa ē, ut satis tenuitatis tēsiōisq;
habeat: nictāt̄ uolucres grauiores nō palpebra: sed mēbrana: q̄
palpebrę motus lentior ē, Cū celeritate sit opus: quā mēbrana
ꝑstare pōt: nec nisi ab angulo narib⁹ ꝓximo nictātur. q̄ eorū
naturā ex uno principio ꝓuenire melius sit. Principiū autē ī iis
ē pars naribus adhęrens: ꝑs etiā prior principiū potius q̄ lat⁹ ē:
at uero quadrupedes q̄ oua pariūt nō eodē nictāt̄ mō: quoniā
nō lubricū exq̄situq; uisū eas habere necesse ē, cū terrestres sit.
uolucribus certe necessariū ē: iis enī usus cernēdi ex lōginquo
est. unde fit ut quę unguibus sunt aduncis: clarissimę cernāt. ci
bus enī de sublimi cōspiciēdus iis ē: & q̄dem uolare in excelsū
omniū maxīe auiū genus id ob eā rem assolet. Terrestres aūt
parūq; uolatiles aues ut gallinacei & similes: non acie oculorū
ualēt. nulla enī uictus necessitate cogūtur: pisces: īsecta & cru
stata: quanuis dinersos hēant oculos: tamē nullū ex iis palpe
brā habet. q̄. n. crusta ītegūt̄: usu careāt palpebrę necesse ē, Cū
nisi celeri cutis officio ꝑstari nō possit: sed tamē uice ei⁹ tutelę
duricię ocnlorum: hęc omnia muniūtur: quasi per palpebram
obductam quandam translucidam cernant: sed cū ob eā duri
ciam hebetius contueri necesse sit: moueri oculos in sectorū
natura uoluit: atq; etiam magis crustatorum: ut nōnullorum
quadrupedum auriculas scilicet ea causa: ut clarius cernerent.

Cutes q̄ nō coalescunt

Cũ se ad lucem cõuerterẽt: atq; exciperent splẽdorẽ. pisciũ ocu
li lubrici sunt. usus enĩ cernendi ex lõginquo necessarius iis ẽ:
q̃ lõgius moueãt: terrestrib⁹ itaq; aer trãspici facile põt. At pi
scibus (quoniã aqua ut ad cernendũ acutius aduersatur: sic ad
interpellandũ uisum nõ multa offensacula affert modo aeris)
idcirco nec palpebrã habẽt) nihil enĩ frustra natura agit) & ocu
lis lubricis sunt: propter circũfusi humoris crassamẽtum.

Ciliũ habent palpebris adiunctũ oĩa: quę obtinent pilos. aues & quę cortice integũtur carent: ut quę pilos nõ ha
beant. de structione africę causam: quãobrem ciliũ habeat p⁹
ea reddemus: & iter ea quę pilos habẽt. homo un⁹ ciliũ ĩ utraq;
palpebra obtinet. quadrupedũ. n. generi pili nõ p̃te supina sed
prona potius habẽtur. homo cõtra parte magis supina q̃ p̃na.
pili enĩ opimenti gratia adiũcti sunt animalibus. itaq; quadru
pedibus prona potius egent tegumento: priora autẽ quãq̃ no
biliora sunt: tamẽ p̃ corporis totius flexũ fouẽtur: ac tepẽt. At
homini quoniã prior pars compar posteriori est: propter cor
poris erectionẽ: idcirco natura p̃ti nobiliori adiumẽtũ censuit
adhibẽdum. semp̃ enĩ natura rei melioris autor est: quo ad ei⁹
fieri põt: quãobrem quadrupes nulla est q̃ pilos uel ĩ palpebra
ĩferiori habeat: quãq̃ nõnullę habẽt pilos quosdã sub ea nascẽ
tes uel in alis uel in pube: ut homo. Sed uice eorum aliis prona
totius corporis hirsuta habẽt: ut canibus: aliis crista adiũcta ẽ
ut equis cęterisq; generis eiusdẽ: aliis iuba ut leoni mari.

Quinetiã caudas p̃lixiores pilis natura ornauit: alias lon
gis: q̃bus tenor breuis: ut equis: alias breuibus: quibus te
nor longus ut bobus: atq; etiã p̃ reliqui corporis natura. ubiq;
enĩ natura quod aliũde dẽp̃serit: reddere ad p̃tẽ aliã solet. Iam
q̃bus corpus ammodũ pilosũ cõdiderat: caudam iis diminuit
quod ĩ ursis p̃spicuũ ẽ. hõ aĩaliũ maxĩe oĩum piloso capite ẽ.
Cuius rei cã tũ ad necessitatẽ tũ ad pręsidii rationẽ referẽda ẽ.
necessariũ. n. p̃pt̃ cerebri hũiditatẽ & cõmissuras caluę. nã ubi
plurimũ hũoris calorisq; ẽ: ibidẽ ortũ pilorũ eẽ copiosũ neces
se ẽ. Adiumẽti aũt rõ: ut frequẽtia pili caput opiens defendat a
nimio frigore & calore. Cũ enim cerebrũ hominis p̃portione

maximū & bumidiſſimū ſit:maximā etiā tutelam deſiderat.
res nāq; bumidiſſima queq; & referueſcere & refrigeſcere ma-
xime idonea eſt:q̄ aūt contra ſe babet: bęc minus affici poteſt.
ſed nos ut buc digrederemur: fecit rei cognatio:cū rationē ci-
liorū redderem⁹.itaq; de reliq̄s mētionē ſuo loco & tp̄e facie⁹

SVpercilia uero & cilia adiumenti gratia babētur. ſupci
lia enim ut delabentes bumores arceant:uelut ībricamē-
tum ſiue grunda bumoribus qui capite emanēt paratū:cilia ut
cōtra īcidentia in oculos: quaſi uallū quoddā ꝓmineant.ſup-
cilia in cōpage oſſiū poſita ſunt:quā ob rē compluribus ſene
ſcentibus adeo creſcunt:ut tondendū ſit. Cilia uenularū clau-
ſulis ſūmis īnituntur. nā ubi cutis finitur ibidem uenulę etiā
deſinūt.itaq; propter uaporē qui inde craſſiuſculus prodeat:
pilos iis locis enaſci neceſſe eſt:niſi quid naturalis opificii ad
alium uſum impediat.

SEnſoriū uero olfaciēdi nō longe quodāmodo euariat.
I ceteris quadrupedibus uiuiparis: q̄bus enim maxillę ob-
longę exeunt in acutū:iis nares in rictu appellato continentur
mō quo fieri pōt: ceteris ex planatius ad maxillas cōſtant. At
elepbātus peculiarē bāc ꝑtē prę ceteris ſortitus eſt aīalibus: nā
& magnitudine & uiribus peculiarē.naris ē enī qua cibū tā ſic-
cū q̄ bumidū ille capiat. Oriq; ꝑinde ac manu āmoueat:arbo-
res etiā eadē cōplectēdo euellit:deniq; ea nō alio utit̄ mō: niſi
ut manu. Eſt.n.boc aīal ſua natura ſimul terreſtre & paluſtre.
itaq; cū cibū petere ex bumore deberet:& tamē ſpirare neceſſe
baberet:ut terreſtre & cōpos ſāguīs:nec poſſet p̄ nimia magni
tudine celeriter diſcedere ex būore ad aerē:mō nōnullorū q̄ &
aīal pariūt:& ſanguinē bēnt & ſpirāt: Idcirco ut ꝑiter būore at
q; terra uti poſſet:neceſſe fuit. Quale igit̄ urinatorū nōnulli ī
ſtrumētū ſibi accipiūt:quoq̄ diu ī ꝓfūdo manēt:aerē extrīſec⁹
trabāt:talē natura elepbāti dedit narē illā ꝑlongā.quā ob rē ſi
quādo it̄ ꝑ aquā faciūt:nare emerſa reſpirāt: nā ut mō dixi: ꝓ
muſtis ꝓ nare elepbātibus ē:& cū fieri nō poſſit:ut naris ad ei⁹
modi uſum accōmodet̄:niſi mollis ſit aptaq; ad flectendum:
Impedimēto enim prę ſua longitudine eſſet ad cibū capiēdū:

quomodo aiunt de cornibus bouū illorū qui recessu pascere solent sua natura: nam illos q̄ progredi demisso in terram capite nequeāt: recedendo in auersum pasci solitos aiunt. Cum itaque naris eiusmodi adiuncta sit natura: quę membris eisdē abuti ad plura officia solet: eandem in usum trahit pedum priorum. hos enim uice manuum habet genus quadrupedum digitatum non solum ponderis causa sustinendi. Elephātes aūt non bisulcos: non solidos pedes habēt: sed digitatos: sed quoniam corporis magnitudo uasta: pondusque ingens est: ideo sustinendi tantūmodo gratia pedes habēt priores: nec ad ullū alium usum utiles propter tarditatem flectendi atque ineptiā. Narem igitur elephantus habet ut spiret: quomodo & cętera animalia quibus pulmo: eādemque prę longam atque in anfractum flexibilem: propter moram in humore diuturnam: & retardum īde discessum. Cumq; usus pedum priorum defuerit ea ut dictum est parte abutitur natura: ad supplēdum ministerium quod pedes prę starent. At aues & serpentes & quęcunq; ex quadrupedibus sanguinis compotes ouiparę sunt: foramina quidem narium ante os habent: sed non ita explanata ut nares appellari possint: nisi spirandi officio. Iam auem quis nasū aut nares habere dicet: quod propterea ita accidit: quia pro maxillis habent quod rostrum uocatur. huius autem rei causa est natura auium quę ad hunc modum constat: & bipes enim & uolucris est: itaq; leue pondus tum capitis tum etiam ceruicū sustinere necesse est: ut pectus etiam arctū habere debuit. Rostrum igitur osseum habent ut commode & cibum capiant: & ad pugnam armentur. Arctum hoc est propter capitis exiguitatem: cumq; meatus olfaciendi suo rostro cōtineant: nares habere non possunt. De cęteris animalibus quę nō spirant: dictū antea est: quam ob causam naribus carent. et alia brāchiis: alia fistula: alia pręcinctu: ut in secta odores sentiunt: & omnia natiuo spiritu sui corporis quasi mouentur: qui spiritus in omnibus ex natura insitus est: non aduenticius de foris accedit. Naribus labrorum natura subiacet iis quę simul & dentes habent & sanguinem. Auibus enim ut dictum est: cibi armamētique

gratia roſtrum oſſeum babetur. Coactũ enim pro dentibus:
& in idem perĩde quaſi detractis bominis labris ſuperiores in
ferioreſque dentes ſeorſum confundens lõgitudinem utrinq;
anguſtam produxeris: iam enim iſtud roſtrum auium fuerit.
ſed cęteris animalibus labrorum natura ad ſalutem tutelamq;
dẽtium adiuncta eſt: quãobrem ut quęq; exquiſite beneq; dẽ
tibus prędita ſunt: ſic eam quoq; optinent partem. bomini aũt
mollia carnoſa: & quę ſeparari poſſent labra adiũcta ſunt: tũ
dẽtium tuendorum gratia ut cęteris: tum etiam potiori cauſa
ut bene eſſet: nam ad uſum ſermonis ea quoq; proficiunt. Et
enim ut linguam non ſimilem atq; aliis animalibus natura bo
mini dedit: ſed idoneam qua ad duplicem actionem uteretur:
quod eã ĩ multis facere diximus) nã & ad parcipiendos ſapo-
res: & ad formandum ſermonem) ſic labra tam ſermonis q̃ tu-
telę dentium gratia adbibuit. Sermo enim qui uoce promatur:
ex litteris cõſtat. quod ſi lingua talis: & labra bumida atq; agi-
lia non eſſent: maxima litterarum pars exprimi non poſſet. qp
pe cum litterę partim lingua producantur: partim labris com-
primantur. Sed quas & quot numero differentias bęc babeãt:
ex eruditis metrica ratione accipiendum eſt. bas autem partes
illico neceſſe fuit accedere idoneas: & natura eiuſmodi prędi-
tas ad uſum iam dictum: itaq; carne inſtitutę ſunt: eaq; molliſ-
ſima qualis caro bominis eſt: ſcilicet q maxime omnium ani-
malium ualeat ſenſu tactus.

Lingua in ore palato ſubiacet: ſed terreſtribus fere oĩbus
modo ſimili: cęteris diſſimili: tum eorundem ipſorum:
tum terreſtrium comparatione. bomo igitur linguam abſolu
tam molliſſimam: & latam precipue babet: ut cõmoda ad utrũ-
que officium ſit. boc eſt: & ad ſapores parcipiendos: & ad litte
ras exprimendas. eſt enim bomo omnium maxime animaliũ
ſenſu facilis: & lingua quę mollis eſt uim tangendi p̃cipue op
tinet. guſtus aũt tactus quidam eſt. ad litterarum etiam expla-
nationem: & ad ſermonis exp̃ſſionem: lingua mollis lata & ab-
ſoluta accommodatior eſt: qppe quę cõtrabere, producere, di-
latare, deniq; uarie afformare maxĩe poſſit: patet boc in iis qb9

non satis absoluta est. blęsi enim balbi & torti sunt: quod uitium litterarum defectus est. discrimen in latitudine & angustia est. quippe cum ampla angustam cõtineat: angusta amplã non capiat: parum enim in magno cõtinetur: magnum in paruo haberi non potest. quamobrem aues quae litteras proferre maxime possũt: lingua sunt latiore quã cęterę. Quadrupedes autem quę & sanguinem habent: & animal pariunt: uocem parum explanare possunt: ut quę linguam duram crassam & minime absolutam habeãt: at plerecp auium uocem copiose emittunt: & quãuis latiorem habeant quę unguibus sunt aduncis: tamen minores uocaliores sunt: ac omnes lingua utuntur etiã ad sui sensus mutuam ĩterpretationem: Sed alię aliis amplius: ut in nonnullis uel usus docendi mutuis esse uideatur: sed de iis diximus satis: cum historias animaliũ scriberemus.

TErrestrium autem ouiparorum sanguineorum pars maior linguã hẽt inutilẽ ad uocis officium: Et adhęrentem & duram: quãq̃ ad saporum gustatum. serpentes & lacerti longam habent: & bifidam: atque ita longam serpentes: ut ex paruo longe protrahi possit. bifida & parte extrema capillamenti tenuitate est: propter suę naturę cupediem: duplex enim uoluptas iis capitur: quasi duplicẽ sensũ gustãdi habeant. Omnia tã sanguinea q̃ exanguia habent eam partem: quę sapores sentire potest. Nam & que multitudini uidentur carere ea parte: ut pisces nonnulli: ea quocp partiori quodam optinent modo: & fere simili: ut fluuiatiles crocodili. Sed hoc latet in plurimis: causa quadam iusta. locus enim oris omnium: id genus spinosus est: & quoniam aquatile genus: breui tempore sentit sapores: hinc fit ut pro sui usus breuitate linguam parum discretã habeant. Raptim enim summacp celeritate cibus ad uentrem ingeritur: q immorari saporibus pfruendis nequeant: humore inter labente. itaque nisi os inclinaueris: cerni pars hęc discreta non poterit. horret hic locus spinis. quippe qui ex frequẽti contactu constitutus sit brãchiarũ: quarũ natura spinosa est. Crocodilis nõ nihil causę ad eius partis uitiationẽ affert, etiã inmobilitas maxillę ĩferioris. lingua enĩ ĩferiori annectitur maxillę

quã illi quasi contra habent superiorem. cęteris enim superior immobilis est. Itaque ut ad superiorem non habent: ꝙ cibi ad/itus tollitur: sic ad inferiorem carent: ꝙ superior quasi transla/ta in locum inferioris est. Accedit ad hęc genus uitę quã more piscium agit: cum tamen ipse terrestre sit. Itaque uel ob eã rem in explanatam hanc partem habeat necesse est.

Palatum piscium etiam complures carnosum habent & quidem inter fluuiatiles nonnulli admodum carnosum & molle: ut cyprini nomine adeo: ut si parum diligentur aduer tas: lingua id esse uideatur. pisces igitur ob eam quã diximus causam: & si lingua non carent: tamen explanatam non habẽt: Sed cum cibi gratia sensus saporis adhibitus sit: eumque non quauis parte: sua lingua optineat: sed extrema potissimũ: ideo piscibus particula hęc tantũmodo discreta habetur. cibũ autẽ quãquã animalia omnia cupiunt: ut quę uoluptatem ex cibo sentiant (Cupiditas enim rei suauis est) tamẽ membrum quod ad sentiendum accommodatum est: non omnibus simile da/tum est: sed aliis absolutum: aliis adhęrens: uidelicet iis: quib⁹ uocis defuit usus: & aliis durum: aliis molle carnosumq;. nam & crustatis: ut locustis marinis: & reliquis generis eiusdem: ta le quid in ore habetur: atq; etiam mollib⁹ ut sepiis: ut polypis

INsectorum alia membrum hoc inter continent: ut for/micę: quemadmodum multa etiam ex testatis: alia foris gerunt uelut aculeum fungosum & cauum: ut eo simul & gu stare & cibũ trahere possit. patet hoc in muscarũ genere: & apũ & omnium generis eiusdem atque etiam in nonnullis testatis. purpuris enim tantam optinet uim hoc membrum: ut testas conchyliorum transigere ualeat: uelut turbinum: quorum ęsca capiuntur: nec non asili: & tabani eodem spectant: quorum al/teri lingua adacta cutem hominum secant: alteri tergora etiam bestiarum elacerant. his igitur animalibus lingua talis natura tributa est: quasi respondens & obuersaria nari elephantorum Naris enim illis adiumento est: & lingua his pro aculeo habe tur. Cęteris animalibus omnibus liugua talis qualem iam ex/posuimus data est.

ARISTOTELIS DE PARTIBVS ANIMALIVM LIBER TERTIVS INTERPRETE THEODORO

PROXIME AB IIS NATVRA DENtium est: & oris: quod serie dentium continetur: & constat. Sed cum dentium natura cõmuni quidem officio: ad cibum conficiẽdũ adiuncta sit: tamen generatim seorsum aliis roboris gratia: tum ad inuadendum: tum etiam ad defendendum: aliis auxilii tãtum causa data est. partim enim ea utraque causa dẽtes optinent: ut nec ab aliis afficiant: & ipsa afficiant alia: ut quę ex feris natura carniuora sunt: partim ea causa tantum: ne male ab aliis afficiantur: ut complura tum siluestris generis: tum etiam urbani: nonnullis cibi conficiendi causa tantum adhibita est dentium opera. homo uero ad usum communem probe factos optinet dentes: uidelicet primores acutos: ut secent. maxillares latos ut molant: discriminant: eos utrosque ii qui canini appellantur: media inter eos natura conditi: nam & medium particeps utriusq; extremi ẽ. Et canini ipsi partim acuti sunt: partim lati: quod idem in cęteris quoque animalibus est: quibus non omnes acuti habentur: sed potissimum locutionis gratia tales totque numero dentes homo sortitus est. ad litteras enim exprimẽdas plurimum conferunt primi dentes: nonnulla animalia (quod dictum iam est) cibi tantum conficiendi gratia dentes optinẽt. Quibus autẽ simul ex auxilio sunt & robori dẽtes: hęc aut exertos habẽt ut sus: aut acutos pectinatĩ sese stipãtes: ũde serratis ea dẽtib9 esse diximus. Cum enim uires eorum acumini dentium commissę sint: recte qui utiles sint: ad ferocitatem pectinatim coeunt: ne occursu contrario atterantur & hebetescant: sed nulli simul & serrati & exerti sunt dentes. quoniam natura nihil frustra: nihil superuacanei facere solet: auxilium aliis per ictum: aliis per morsum. nam sues foeminę mordent: ut quę careant dente exerto. cęterum aliquid accepisse in uniuersum cõuenit:

primores dentes
maxillares
Canini

quod utile sit: tum ad hęc ipsa: tum etiam ad multa quę postea dicemus. partes enim quae ad inuadendum: aut ad defendendum spectant: quęque a natura iis tribuuntur: quę aut sola: aut prę cęteris uti possint: & quibusuis utendi precipua hęc: pręcipue armis dotata sunt: ut aculeo: calcari: cornu: dente: & si qd eiusmodi aliud sit. cumque mares robustiores magisque animosi sint: ideo aut solis iis: aut meli9 iis partes eiusmodi datę sunt: quas enim in foeminis quoque haberi necesse est: ut quę cibo accommodētur: eas habēt quidem & foeminę: sed minus q̃ mares. quę autem ad rem nullam necessariam spectent: iis carent. quapropter in ceruorum genere cum marib9 cornua sint: foeminis desunt. uaccarum etiam cornua & taurorum inter se distant. quod idem in pecore etiam cernimus. calcar etiam cũ mares habeant: foeminę magna ex parte non habent. parimodo de reliquis quoque eiusmodi partibus intelligendum est. pisces omnes serratis dētibus sunt. uno excepto: qui scarus uocatur. complures etiam dentes in lingua habēt: & in palato. cuius rei causa est: ꝙ cum mersi in aqua degant: humorem cum cibo admittant: eumque expuant quã primum necesse est: non enim in molendo commorari possunt: quando humor in uẽtrem interrumpit: idcirco omnes acuti & frequẽtes undiqꝫ sũt: uidelicet ut prę multitudine in minuta secent: quę attritu subigere nequeant. Adunci pręterea sunt: quoniam robur fere totũ piscium in dẽtibus situm est.

NAtura etiam oris tum eorum quę modo dixi officiorũ causa: tum etiam ad spirandum adiuncta animalibus ẽ: scilicet iis quę spirant: atque extrinsecus refrigerantur. natura enim ipsa per se ut diximus: partibus omnium communibus ad pleraque officia propria abutitur: proinde oris quoque officium omnibus commune cibus conficiendus est. robur nonnullorum peculiare est: sermo aliorum: spirãdi etiam usus nõ communis omnibus est. At uero natura hęc omnia eodem cõiecit: adhibita differentia eius partis pro actionis discrimine. sũt enĩ alia ore compressiori: alia ampliori. quibus enim cibi

cõficiendi & ſpirãdi & loquẽdi gratia os datũ eſt: iis cõpſſius eſt: quibus auxilii gratia: iis ſi dentibus ſũt ſerratis: reſciſſum: Cum enim tota eorum uis in mordendo ſit: hiatum oris amplioren eſſe neceſſe eſt. eo nanque pluribus & plenius morſũ infigent: quo amplius reſciſſum os ſit. piſcium etiam mordacibus & carniuoris tale os eſt: non carniuoris in arctum ſe colligit. tale enim os utile iis eſt: illud in utile. Auibus os quod roſtrum uocatur (hoc enim pro labris & dentibus habẽt) Sed uarie pro uſu & auxilio: quę enim aduncis unguibus ſunt: quoniam carne uiuunt: & nullo fructu uęſcuntur: roſtrum omnia habent aduncum. Tale enim tum ad retinendum: tum uero ad uim inferendam commodius atque aptius eſt. uis autem ĩ hoc & in unguibus ſita eſt: unde fit: ut ungues etiam habeãt aduniciores. Cęterarum auium roſtrum utile adiunctum cuiuſque eſt. uerbi gratia: robori ſeci generis: & coruini: robuſtum atq; prędurum os eſt. minuti generis lautum ad terrę fructus colligẽdos: & ad beſtiolas capiendas idoneum. Quę autem herbis uiuunt: quęque apud paludes uictitant: ut nantes: & palmipedes: partim alio quodammodo roſtri commoditatẽ optinẽt: partim latitudine roſtri ſibi ſufficiunt. quippe quę roſtro eiuſmodi infodere poſſint: quale ĩter quadrupedes etiam ſuis eſt. Nam is quoque radicum appetens eſt. Quinetiam aues quae lato ſunt roſtro: radiceſque ęſitant: & reliquarum uictus ſimilis. nonnullę ſerratum roſtri extremum habent. ita enim herbarum carptus quo uiuunt facilius agitur. ſed cęteras capitis partes omnes fere expoſuimus. proſopum autem ideſt facies quod inter caput & collum hominis eſt: nomẽ a re ipſa accepiſſe uidetur. quod enim unus animalium homo erectus eſt: ſol9 proſpicit anteuerſus: uocemque anteuerſus mittit.

"ſpυακόωπις

DE cornibus diſſerendum eſt. hęc enim capiti innituntur: quocunque in genere eſſe poſſunt. carent iis omnia quę non uiuipara ſint. cornua uel aliis quibuſdam ineſſe dicimus: ſed per ſimilitudinem & tranſlationem: cum nullnm ex iis cornus officio fũgatur. gerunt enim quę animal pariunt cornua:

ad uim aut inferendam aut depellendam: quod nulli ex cęteris
quę cornua habere dicūtur cōtingit. nullum enī utitᷣ cornib9:
uel ad conuincendum: uel ad defendendum: quę uirium sunt
officia. Quę igitur pedes multifidos habent: cornu omnia ca-
rent. cuius rei causa est: ꝙ cornu auxilii gratia habetur. multifi
dis autem non desunt alia auxilia. dedit enim natura aliis un-
gues: aliis dentes pugnaces: aliis partem aliā qua sese tueri atqꝫ
defendere possent. At uero bisulcorum pars maior cornua ge-
rit: & sollipedum nonnulla ad uim inferendam: quędam etiā
ad defendendum. quibus autem cornua natura nō dedit: eorū
saluti pręsidiis consuluit: aliis ut ꝑnicitate corporis: equis opi-
tulata ē: magnitudine camelis: magnitudinis enim exuꝑantia
sufficit ad necem arcendam: quod camelis contingit. atqꝫ etiā
melius elephātis. quędam etiam dente exerto armātur in gene
re bisulco: ut sues. Quib9 autem cornua pre nimio excessu su
peruacua sunt: iis alterum auxilium natura adhibuit: ut ceruis
uelocitatem. grādis enim illa & multifida cornuum magnitu-
do: potius obest quā prodest. Bubalis etiam capreisqꝫ īterdum
cornua inutilia sunt. Nam & si cōtra nonnulla resistūt: & cor
nibus se defendunt: tamen feroces pugnacesqꝫ beluas fugiunt.
Bonasis (nam iis quoqꝫ pari aduncitate cornua reflexa inter se
orbem colligunt) excrementi profusionem natura pro auxilio
dedit: hoc enim cum metuūt: se tuentur. hac eadem profusiōe
alia quoqꝫ seruari certum est: plura autem auxilia simul quorū
singula satis essent: nulli natura tribuit. cornigerorum ꝑs ma-
xima bisulca est: sed solipes etiam traditur in eo genere: quem
asinum indicum uocant. maxima animalium pars ut corpus
dextro: sinistroqꝫ: quibus se mouent: distinguitur: sic etiā cor
nua bina eadem illa de causa gerit naturę ingenio: Sed sūt etiā
quę cornu singulari armentur: ut oryx: & quem asinum īdicū
appellari diximus. oryx bisulcum: asinus ille sollipes est. gerūt
sane medio sui capitis cornu fixum ea quę unū habent. Sic enī
maxime pars utraqꝫ cornu obtinebit. Cum medium cōmune
pariter utrique extremo sit. sollipes potius quā bisulcum esse

unicorne recte uideri potest. ungula enim tam solida q̃ bisulca eandem naturã habet: quã cornu. itaq; eisdẽ simul & ungulam findi: & cornu congruũ est. fissio etiam ungulę: & cornus ex defectu naturę euenit. Itaq; cũ exuperantiã ungulę sollipedũ natura dedisset: recte dempsit supernę: fecitq; unicorne. Recte etiam capiti cornua mandauit: nec ut ęsopi momus uitio dat: q̃ taurus non in armis cornua gerat. unde ferire uehementius possit: sed capite parte corporis imbecillima: non enim ĩgenio pspicaci ille momus hęc deprehendit. ut enim si in alia quauis parte cornua haberentur: frustra ponderi essent: nulla in re utilia. multa etiam officia impedirent: Sic armis quoq; ĩfixa sedẽ omnino ineptam tenerẽt: nõ solũ enĩ unde ictus fiant uehemẽtiores cõsiderãdũ est: sed etiã unde remotiores. itaq; cũ careãt manib⁹: & nec pedibus imis affixa gerere possint: neq; genib⁹ (flexis enim ĩpediret) capite gerant necesse est: quẽadmodum a natura constitutum est. Quinetiã ad cęteras corporis motiones: ita maxime geri sine ullo ĩpedimento possunt. Ceruis dũtaxat cornua tota solida & decidua: tũ utilitatis causa: ut onere leuentur: tum ex necessitate pręponderę. cęteris aliquatenus caua & mucrone demum concreta sunt. quoniam ad ictus hoc sit commodius: sed ne pars caua debilis sit: qua cuti annectit: solidum quoddam ossibus exortũ ingreditur eam: ĩpletq; totam. Sic enim sita compactaq; & ad uim inferendam commodissima: & ad reliquę uitę munera inoffensissima habẽt: Sed cuiusnã grã natura cornuũ sit: & quã ob causã: aliis data: aliis negata sit: expositũ est. Nunc quẽadmodũ natura se habente necessaria: reb⁹ subiectis necessario natura ratiocinaria alicui⁹ gratia abutatur differendum est. primo igitur plus corpulenti terreniq; in animalibus grandioribus inest. cornigerum autem nullũ admodũ paruũ esse nouimus: omniũ enĩ quę explorata habemus minimum caprea est. natura uero contẽplanda respectu plurium est: aut enĩ omni ex parte: aut magna ex parte constat: quod secundũ naturam sit. Os autem omne & quicquid speciem gerit ossis: terrenũ est: quãobrem plurimum id esse

prope dixerim partis maioris contemplatione. Corporis igit̃ eiusmodi excrementi exuperantia in maioribus habita anima libus: natura ad auxilium/ & rem abutitur commodam: itaque quantum excrementi eius ad locum superiorem efferetur: aliis in dentes: uel continuos uel exertos distribuit: aliis in cornua: quamobrem cornigerorum nullum utrinq; dentatum est. sup/ ne enim primores dentes non habent. quippe cum natura hinc adimendo addiderit cornibus: & alimentum quod in eos den tes digeratur in cornuum/ Incrementum absumitur. cur ceruę cornibus careant: cum dentes similiter habeant: atque mares: causa est: ꝙ eadem sexus utriusq; natura: & cornigera est. Sed foeminis adempta sũt cornua: quoniam ne maribus quidem utilia sĩt: sed uirium meliorum beneficio: mares minus offen duntur. Cęteris animalibus quibus hęc materia non in cornua secedit: aut dentium ipsorum magnitudinẽ communi omniũ ĩcremento natura auxit: aut dentes exertos ueluti cornua e ma xillis produxit. Sed de partibus capitis hactenus.

Collum capiti subiacet iis quę id habent animalibus. non enim omnia habent: sed ea tantum quibus sunt partes il/ lę quarum gratia collum conditum est: hoc est guttur: & q̃ gu la uocatur. Guttur spiritus causa datum est: hoc enim spiritũ animalia trahunt: & reddunt: respirando & expirando. quãob rem quę carent pulmone: collo etiam carent: ut genus piscium Gula est qua cibus & potus deuoratur. itaque ea quę carẽt col lo: gulam hęc manifestam non habent: nec gulam haberi cibi causa necesse est: nihil enim ad cibum parat: & quidem a situ oris continuo uenter esse potest. pulmo non potest. aliquẽ enĩ quasi tractum cõuallis ad esse communem oportet: quo spiri/ tum ad fistulas per arterias digerat bipartitus. atque ita efficere spiritus reciprocationem maxime potest. Cum igitur ĩstrumẽ tum spirationi accommodatum: lõgitudinem habeat necesse sit: gulam inter os & uentrem haberi necesse est. Constat gula ex neruo & carne. ex neruo ut extendi possit/ Cum cibus ingeri tur: ex carne ut mollis sit: & cedat: nec ledatur asperitate cibi de scendẽtis. Guttur autem quod & arteria uocat̃: corpore cõstat

guttur & arteria

cartilaginoso.non solum enim spirandi causa est: sed etiã uo
cis.quod autem sonet:lęue ac solidum esse oportet. Ante gu/
lam arteria posita est:quãquã impedimento sit. Cum cibus in
geritur: Nam si quid uel cibi uel potus in arteriam dilabit̃:strã
gulationes tormina & tusses grauissimę incitantur.quamobrẽ
non audiendi sunt:qui hac potum meare dicant. Accidunt enĩ
aperte quę modo dixi omnibus:quotiens aliquid cibi dilapsũ
est.profecto opinionem eorum qni potum hac admitti existi
mant: irridendam esse plura ostẽdunt.meatus enim nullus de
pulmone ad uentrem pertinet. sicut ex ore gulam tendere cer/
nimus: Quinetiam per uomitum & nauseam.ũde nam humor
remeet ĩcertum non est: Ad hęc humorem nõ cõtinuo colligi
in uesicam sed prius ĩ uẽtrem certum est.excremẽta enĩ alui tin
gi uidentur fece uini atri.uulnere etiam uẽtris sępe hoc idem pa
tefactum est. Sed enim stultas opiniones admodum scrutari
stultum fortasse est. Arteria uero ꝙ exterior ut dixim⁹ posita
est:a cibo infestatur.attamen natura ad hoc molita est minorẽ
linguam:siue lingulam:quę arteriam operiret:non omnia uiui/
para eam optinent: sed ea tantum quibus pulmo & cutis pilo
in tecta:non cortex:non penna operimento est. Corticatis enĩ
pennatisque guttur uice lingulę operientis ipsum contrahitur:
& diducitnr. quemadmodum illis operitur aliũde & aperitur.
uidelicet spiritui trahendo reddendoue aperitur. cibo ĩgerẽdo
operitur:nequid illabatur.quod si quid erroris in eo motu cõ/
mittitur:uel de errante cibo in alienum tramitem: uel respirati
one pręueniente: Tusses strangulationesq; excitantur ut dictũ
est:tam uero sollerti ingenio motus & lingulę & linguę adhi/
bitus a natura ẽ:ut cibus neque ĩ ore cũ molit̃ cadat sub dẽtes:
neq; cũ ꝑ fauces meat in arteriam labatur. Carẽt animalia quae
modo diximus lingula:quoniam & carne sicca & cute constãt
pędura.non enim facile moueri mẽbrũ id posset: si ex tali ge/
nere carnis cutisq; constaret. Sed extrema ipsius arterię citius
comprimerentur: quam lingula quam animalia pilo predita
habent ex sua carne: hęc dixisse satis est, quam ob causam ani
malium alia lingulam habeant alia careant: & quemadmodũ

natura uitio situs arterię remedium lingulam emolita adhibue
rit. Guttur autem ante gulam necessario positum est. Cor enĩ
in parte priori atque in medio situm est: in quo principium ui-
tę omnisque motus & sensus esse censemus. etenim partem
uersus quam priorem appellamus: tum sensus tum etiam mo-
tus agitur. hac enim ipsa ratione pars prior & posterior statuẽ
da est. pulmo eandem quam cor optinet sedem: idque ample-
ctitur. spiratio tum propter pulmonem: tum propter originẽ
cordi ĩditam agitur: attrahitur & redditur aer per arteriam. ita-
que cum in parte priori cor primum collocari necesse sit: Arte
riam quoque & guttur constitui ante gulam necesse est. hęc. n.
ad pulmonem & cor tendunt: gula ad uentrem. denique quod
melius & nobilius est: id sẽper (nisi qd maius ĩpedit) supioris
ĩferiorisque ratione superius collocatur. prioris posteriorisque
prius: dextri sinistrique dextrum: sed de collo: gula: & de arte-
ria: dictum iam est.

SEquitur ut de uisceribus doceamus quę eorum sane pro-
pria sunt: quę sanguinem habent. nulli enim exanguium
animali uiscus ullum est: Cum sanguineis omnia sint: itaque
democritus non recte de his tractasse uidetur. Si quidem in cer-
ta hęc esse putauit prę exiguitate exanguium animaliũ. statim
enim cum consistunt: quę sanguinem habent: exiguaq; admo-
dum sunt: deprehendi cor & iecur sine dubio possunt. quippe
cum in ouis triduo cubatis: pũcti iam magnitudine appareãt.
necnõ in partibus ab orticiis per quã exigua cernũtur. ad hęc ut
exteriorũ partium nõ idẽ usus omnibus ẽ: sed quęq; ꝓ uita mo
tuq; uario sibi peculiarẽ receperũt: sic interiorũ alię aliis accom
modãtur. uiscera autem eorũ peculiaria sũt: quę sãguinem ha-
bent: quamobrem unũquodq; eorum ex materia sãguinea cõ-
stat: quod in nuper ęditis patet: Sũt enĩ cruentiora maioraq; ex
ratione: quoniam in prima cõcretione species copiaq; materie
euidentior est. cor igitur omnibus sanguine prędìtis inest: &
quam ob causam dictum: & ante hac est: & nunc dicemus. Sã-
guis enim necessario inest in iis quę sanguinea sunt: qui cum
humidus sit: conceptaculum sibi habeat necesse est. Ideoque

uenas natura emolita uidetur : quarum unum esse principium necesse est. ubicunq; enim fieri potest: unum esse q̃ plura melius est. cor autem uenarum principiũ ẽ: ex hoc enim uenę & p hoc esse uidentur. natura etiã eius uenosa est: utpote generis societate iuncti cum uenis: Quoniã & situs eius sedem optinet principalem. in medio enim positum est: sed magis superius q̃ iferius: & parti priori ammotius q̃ posteriori. natura enĩ rem nobiliorem cõstituere in locis nobilioribus solet: nisi quid mai⁹ ĩpediat. Cordis hũc esse locum latissime in homine patet: sed in cęteris quoq; animalibus: pari ratione tenere sibi uult mediũ corporis necessarii: cuius sane exitus est : qua excrementa emittuntur. crura autem aliis aliter adiuncta sunt: nec ad uitam necessaria habentur. Quamobrem iis demptis uita non tollitur : additis etiam nullum sequi interitum certum ẽ. Qui capiti uenarum originem tribuũt: non recte opinantur. plura enim dispersaq; principia faciunt: idq; in loco frigido. argumentum q frigus hic locus uehementius sentiat: contra cordis locus calore abundat. Cumq; p cętera uiscera uenę transigant: nulla p cor tendit ut dictum est : itaq; partem & principium uenarũ cor eẽ aptum ẽ: idq; optima ratione. mediũ enĩ cordis spissũ cauũq; corpus ẽ. plenũ etiã sanguinis ẽ. quasi hinc nenę oriant̃: cauum est: ut contineat sanguinem spissum: ut principium caloris seruare possit. In hoc enim uiscerũ & partium omniũ corporis sãguis sine uenis cõplectitur. cętere partes sanguinem uenis hẽnt contẽtum: idq; recta ratione. sanguis enim ex corde ad uenas quoq; deriuatur: At uero ad cor nõ aliunde denenit. Id enĩ origo prima & fons sanguinis est: aut conceptaculum primũ. hęc ex consectione animaliũ pspici possunt: atq; etiam ex generatione. cor enim statim omnium partium primum consistens sãguinolentum est. motus etiam lęticie ac tristicię: deniq; omniũ sensuum: hinc oriri: eodemque desinere uidentur: ratione quoque ita esse probatur. principium enim unum esse oportet: ubicunque fieri potest. aptissimus autem omnium locorũ meli⁹ ẽ: medium enim unum est: & tale ut undique attigi uel ęque uel proxime possit. ad hęc cum nec pars alia sanguinea ulla: neque

ſanguis ipſe uim habeat ſentiendi: quod primum ſanguinem
habet: id eſſe quod ſentiat certum eſt. habeat autem perinde ac
uas quod principium eſt neceſſe eſt: nec ratione tantum ita eſ
ſe probatur: uerum etiam ſenſu percipitur: nam ī partuum pri-
ma generatione: ſtatim cor palpitare cernitur: quaſi animal ſit:
ut quod principium ſit naturę eorum quę ſanguinem habent:
argumentum uel inde deduci poteſt: ꝙ nullum animal ſangui
nis compos careat corde. principium enim ſanguinis habeant
neceſſe eſt.

Iecur etiam omnibus ſanguine pręditis ineſt: ſed nemo
id cenſuerit eſſe principium uel corporis totius: uel ſan-
guinis. ſitū enī nequaquā optinet principalem. lienem uero ſi-
bi habet aduerſum: in iis quę exquiſitius conſtent: nec uero ſā
guinis conceptaculum modo cordis: intra ſe continet: Sed ut
reliquę partes ſanguinem uenis incluſum habet: ad hęc uęna ꝑ
iecur tēdit nec ulla ex eo prouenit. Venę enim omnes ex corde
ſua initia trahunt: itaque cum alterutrum iſtorum principium
eſſe neceſſe ſit. Iecur autem non ſit. cor ſanguinis quoqȝ prin-
cipium eſſe neceſſe eſt. animal enim ſenſu definitur. uis autem
ſentiendi: primo illi tribuitur quod primum ſanguine p̄ditum
eſt. Tale autem cor eſt: quippe quod & origo ſanguinis ſit: &
primum ſanguinem habeat.

Extremum eius turbinatur in mucronem firmiſſimum:
ſitum in pectore eſt: & omnino pti priori corporis com
miſſum: ne frigeretur. omnibꝰ enim pectus minus carnoſum
q̄ tergum eſt: q̄obrem a tergo perquātute calor apertus ē. cor
cęteris animalibus in medio pectore ē. homini tantum paulo
uergit ad lęuam: ut eius partis refrigerationem moderetur &
compenſet. Omnium enim animalium maxime homo refrige
ratam habet partē ſiniſtram: in piſcibus etiā cor ſimilem ſitū
tenere: & cur diſſimilē uideat̄. dictū iā eſt: ſolis iis cordis mu-
cro ad caput ſpectat. Cū ea ꝑs prior ſit: eodē enim agit̄ motus.

Copia quoque neruorum in corde eſt. idqȝ recta ratione.
hinc enim motus oriūtur: qui intendendo remittendoqȝ

efficiunť. itaq; ministerio tali & robore opus est. cor autem ut supra diximus ueluti alterum animal inest in iis quę corde uitalem originem continent. cor sine osse est omnium quę nos nouerimus preterquā equi: & generis boum cuiusdam: quib⁹ pre magnitudine quasi adminiculum subditum ē. quomodo totum etiam corpus ossibus sustentať & continetur. uentriculum triplicem cor magnorum animalium habet: duplicem minorum: unum ad postremum. nullumq; est quod sine ullo uētriculo cōstet. & quā ob causam dictum est: locum enim & cōceptaculum quoddam sanguis primi in corde haberi cōuenit. Sanguinem autem primo effici in corde sepe iam diximus.

SEd cum duę uenę sint principales: altera maior: altera minor: abortaque appellata: quę sparsa ramorū serie cęteras minores uenas producant: atque inter se differant: ut post hac exponemus: melius sane est: initia quoque earum esse disticta quod fieri potest: si sanguis diuersus distictusq; sit. quā obrē ubi fieri potest: sanguinis conceptacula duo habentur: fieri aūt id potest in magnis. Sūt enim corda eorū ampliora: sed meli⁹ tres esse uentriculos: ut unus cōmune principiū sit: mediū autē & impar principiū est: itaq; magnitudo amplior subinde desiderať: utile fit: ut quę maxima sint: triplicem uētriculū habeāt: dexter plurimum sanguinis: & calidissimum continet. quāob rem pars corporis dextera calidior: sinister parū: idq; frigidissimum: medius mediocrem: tum copia: tum calore: sed puriorem. principiū enī q̄ maxime qescere debet. Tale autem erit: si sanguis purus & mediocris: tum copia tum calore sit: quinetiā articulationē quādam rimis futuri sue capitis similem habere uisuntur: quāquā non ita constant: ut quod ex pluribus sit cōpactum: sed ut modo dixi articulationem potius ostendunt. sūt articulatiora corda eorū: q̄ sensu melius ualēt: ĩ articulatiora eorū q̄ sensu hebetiori sūt: ut suū. discrimina cordis q̄ āplitudine exiguitate: duricia: mollicia existant: uel ad mores ptineāt aliquaten⁹. Quę enī sēsu hebeti sūt: cor hēnt durū & spissum. q̄ aūt sensu ualēt: molli⁹. pauida etiā sūt qbus cor grādi⁹

audentiora fidentioraq; quibus minus aut mediocre. affectus
enim qui accidit ex metu iam in iis prȩest: quoniam calorem
proportiõe cordis non habeant: sed parum caloris in magno
conceptaculo exolescat: itaque sanguis frigidior sit. Cor ma
gnum proportione: lepori: ceruo: muri: hyenȩ: asino: panthere
mustellȩ: & reliquis fere omnibus quȩ aperte timida sunt: aut
propter metum malefica.

SImile in uenis atque in uentriculis cordis euenit. Sũt enĩ
frigidiores: & uenȩ ampliores: & uentriculi ampliores:
nam ut in paruo & in magno domicilio tantumdem ignis nõ
ȩque calefacit: sed minus in magno. sic in his calor nõ pariter
agit. uas enim tam uena quam uentriculus est.

ITem motus alieni calidum quodque refrigerant. plꝰ aũt
spiritus in amplioribus est: magisque ualet. quãobrem
nullum ex iis quȩ uenis aut uentriculis sunt amplioribus: ob
ȩsum per carnem opimumq; est: sed quȩ ita pinguescant: aut
omnia: aut maxima parte uenis incertis: paruoque uentriculo
esse cernuntur. Cor solum uiscerum atque omnino partiũ cor
poris: nullum uitium patitur graue: idque recta ratione. cũ enĩ
principium corrumpitur: nihil est quod cȩteris quȩ inde pende
ant: prȩbere auxilium possit. idicium: ut nullum affectum cor
patiaᵗ: ꝙ in nulla hostia: cor ita affectum uisum adhuc est: ut
ĩ cȩteris uisceribus cernitur. Renes enim sȩpenumero calculos
& pannis: & papulis referti uidentur: atque etiam iecur & pul-
mo: ac potissimũ lien. multa etiã alia uitiorum genera euenire
in iis uidemus: sed tamen circa arteriam pulmonis: & qua ie
cur annectitur uenȩ maiori perexigue: ita accidit: idq; ratiõe re
recta. hac enĩ maxime cordi associãᵗ. At uero q̃ morbo uitiis
que eiusmodi peunt aĩalia: iis dissectis affectus morbosi ĩ cor
de cõspiciũᵗ. Sed de corde quale nã sit & cuiꝰ gratia & quã ob
causã iũctũ aĩalibus sit hȩc dixisse satis est.

SEquitur ut de uenis disseramꝰ: uidelicet de maiori & de a-
borta: hȩ nãq; ex corde primȩ recipiũt sãguinẽ: reliq̃ earũ
soboles sunt. igiᵗ sãguinis gratia eas eẽ dictũ iã est. humor enĩ

conceptaculum quisque desiderat. Venarum autem genus cō ceptaculum & uas est: itaque sanguis in iis quasi uase est: sed quamobrem duę sũt: & de eadem origine in omnes corporis partes discurrant: explicandum nunc est. causa ut principium unum & ab uno esse melius sit. ꝙ animam sentientem unam actu habeant omnia. hinc enim pars etiã quę eam animam pri/mo cōtineat una est: tum potentia: tum actu in iis quę sangui/nem habent. At in nonnullis eorumque sanguine carent: actu dumtaxat. quamobrem caloris quoque originem in eodē tan tisper esse necesse est. hęc eadem causa est etiam: ut sanguis hu midus sit & calidus: cum igitur una in parte sit principium sen sus & caloris. Sanguis etiam ex uno suam originem ducit. uni tate autem sanguinis fit: ut uenarum etiam capita ex uno eodē que oriantur. duę autem numero sunt: quoniam corpora ani/malium quę sanguinem habent: & gradiuntur: bipartita sint. hęc enim omnia parte priori & posteriori: dextra & sinistra: su periori & inferiori distinguũtur. quãto autem nobilior ac prin cipalior pars prior quã posterior est: tanto uena maior pręstan tior est altera quã abortam uocari diximus. altera enim in prio ra: altera in posteriora discurrit: & altera in omnibus sanguine prędıtis habetur aperte: altera in nonnullis aut obscure aut in/certe. Causa uero ut uenę in omnes corporis partes digerãtur: ꝙ sanguis aut quod uicē sanguinis tenet: totius corporis ma/teria est: quę in uena aut in uicario uenae continentur. sed quo/nammodo: & ex quo animalia nutriantur: & quomodo ex uē tre capiant alimentum: cum de generatiōe agitur: aptius & spe ctari: & explicari potest. Cum autem partes ex sãguine omnes consistant (ut diximus) uenarum riui in omnes corporis partes ratione recta expanduntur. Sanguinem enim findi per omnia adesseque omnibus oportet: si quidem partes queq; ex eo cō/sistunt: & ut in hortis rigandis de una origine fonteque uno/aqua riuis ꝑmultis diducitᷣ: aliiq; ab aliis duct⁹ subīde excipiũt quousq; hũor ĩ oĩs ꝑtes deuēiat. atq; etiã ut ĩ fabricis ꝑ totã fũ damentorum descriptionem lapides apponũtur: uidelicet ea

ratione q sata hortorum humoris beneficio nascantur: funda
menta ex lapidibus condantur: sic natura sanguinem per totū
corpus censuit deriuādum. Cum is omnium materia sit: patet
hoc in iis quę maxime extenuentur. nihil enim nisi uenę appa-
rent: ut in uitineis & ficulnis & reliquis generis eiusdem fron-
dibus: iis enim arescentibus: uenę tantummodo relinquuntur:
Cuius rei causa est: q sanguis & quod sanguini proportione ē
potētia sit: corpus & caro: aut quod iis proportiōe respōdeat.
igitur ut in adaquatione: sulci altiores amplioresque durant:
minimi autem: primi ac celeriter limo obducto abolescūt: rur
susque deducto apparent: Sic uenę amplissimę durant: mini-
mę autem primę actu carnes efficiūtur: quāquā potētia nihilo
minus uenę sint: quāobrem & si caro extat. Sanguis tamen in
ducto uulnere undique efluit. Atqui sine uena sanguis esse nō
potest. uena autem nulla manifesta est: quomodo neque riuo
rum foueolę pateant: priusquam limus eximatur. Procedunt
uenę in minores subinde ex amplioribus quousque arctiores
reddantur: q̄ ut sanguinem transmittere possint. quamobrem
exitus sanguini nullus patet: quāquā excremento uaporis hu-
midi: quem sudorem uocamus satis pateat: sed ne illi quidem
nisi corpore calefacto: & uenularum clausulis patefactis. Iam
nonnullis accidit: ut cruentum quoddam excrementum suda-
rēt: propter uiciatum corporis habitum scilicet cum corpus la
xum fluxumque esset: sanguisque prę cruditate humesceret:
imbecillitate caloris: qui exiguus uenulis inclusus concoquere
non posset. omne enim quod aquę & terrę commune est cras
sescere: cum concoquitur. dictum iam est. alimētum autem &
sanguis: mixtum ex iis est. calor uero concoquere non potest
non modo quia exiguus est. uerum etiam prę nimia cibi assum
pti copia. fit enim exiguus comparatione tanti cibarii. duplex
autem exuperantia cibi est: aut enim quantitate: aut qualitate
idest modo & genere. quippe cum cibus non ęque concoctu
facilis qsq; sit. profluit aūt sanguis potissimū p āpliora uēarū
foramina. quāobrē e narib⁹ gingiuis & sede: īterdū etiā ex ore
pfluuiū sāguīs fit sine ullo dolore: nō p uī ut ex arteria. distāt

ſpacio ĩter ſe ſuperne uena maior : & aborta:infra mutatis uic
bus tendunt:atque ita continetur corpus. progredientes enim
ſcinduntur iuxta bifidam crurum partitionem:atque altera ex
parte priori ĩ poſteriorẽ ſe porrigit: altera ex poſteriori in prio
rem :eodemque concurrnnt:ut enim ea quę implexa ſunt:con-
tinentiora conſtant:Sic uicibus uenarum mutatis partes prio-
res corporis cum poſterioribus copulantur. Simile etiam a cor
de locis ſuperioribus fit:ſed qui diligentius noſſe uelit:quem
admodum uenę inter ſe babeant : ſpectare id tum per diſſecti-
onem:tum etiam per commentationem:boc eſt biſtoriam ani
malium debet : atque de uenis & corde bacten⁹. de reliquis eti
am uiſceribus bac eadem uia & ratione conſiderandum eſt.

PVlmo ideo babetur quia genus animalium quoddam
pedeſtre eſt. Calorem enim refrigerari neceſſe eſt:
quod extrinſecus ea quae babent deſiderant ſanguinem. Sunt
enim calidiora: At quę ſanguine carent uel ſuo natiuo ſpiritu
ſatis refrigerari poſſunt:extrinſecus autem uel aere uel aqua re
frigerare neceſſe eſt.quamobrem piſcium nullus babet pulmo
nem:ſed pro eo branchias optinent. ut cum de ſpiratione age
remus retulimus.aqua enim refrigerantur:ut aere:quę ſpirant.
quam obrem omnia quę ſpirãt:babent pulmonem. ſpirãt pe
deſtria omnia: & aquatilium nonnulla:ut balena: & delpbinus
atque etiam cęte:omnia quę reflant.complura enim natura an
cipiti ſunt: tum ex terreſtrium:tum ex aquatilium numero.nã
& eorum quę terra ſuſtentantur:aeremque arripiunt: quędam
in bumore maximam temporis partem conſumũt propter ſui
corporis tempamentum: & eorum quę in bumore degunt: nõ
nulla tantum terreſtris naturę ſibi mutuanť: ut niſi interdum
ſpirent:uiuere nequeant.pulmo igitur ſpirandi officio delega
tus eſt :qui originem quidem ſui motus accipit ex corde. ſed
ſua tum amplitudine:tum inanitate aditum ſpiritui patefacit.
cum enim attollitur:ĩfluit ſpiritus:cum cõtrabitur effluit. Ad
cordis palpitatiorem pulmonem ſpectare male opinatũ ẽ. cor
enĩ bomini(ꝓpe dixerĩ) aĩaliũ uni palpitat. ꝗa bõ ſolus ſpe rei
futurę:expectatiõeq; moueať. ĩ pluribus etiã cor laxo intuallo

distat a pulmone : situmque superius tenet: ut nihil ad cordis palpitationem conferat pulmo. differētia pulmonis uaria est. aliis enim sāguineus magnusq;: aliis minor fūgosus exāguis. Quę uiuipara sunt: maiorem & copia refertum sanguinis habent propter calorem suę naturę ampliorem: Quę contra ouipara sunt: exiguum & siccum: sed aptum ampliari ac extumescere: cum īflatur: qualis eorum est: quę ex terrestribus quadrupedes ouiparę sunt: ut lacertorum & testudinum & cęterorum generis eiusdem. uolucrum etiam natura quas aues appellam? eodem ptinet. Omnium enim earum pulmo fungosus & spumę similis est. spuma enim facta diffusaq; ex amplo tumore in exiguum residet. & pulmo earum exiguus membranęq; similis est. quamobrem hęc omnia parum sitiunt & parū bibūt. diu etiam aquam demersa tolerant. Satis enim ab ipso pulmonis motu spiritali inaniq; refrigerantur diutius: ut quę parum caloris habeāt. Accedit ad hęc: ut magnitudo corporis eorum prope omnium minor uiuiparis sit. Calor enim est quod uim optineat augendi. sanguis autem copia caloris indiciū ē. Corpora etiam melius erigit. quamobrem homo cęteris erectior omnibus est. & uiuipara reliquis quadrupedibus erectiora īcedunt. nullū enī uiuiparū uel expes uel ambulans ęque latibula petit. pulmo igitur spirandi gratia datus omnino est: sed exanguis talisque cuiusdam animalium generis causa est. uerum commune eorum nomine uacat: nec ut auium genus nomen optinuit: itaque ut auem esse ex aliquo est: sic in essentia illorū inest: ut habeant pulmonem.

Uiscerum quędam simplicia esse uidentur: ut cor: ut pulmo: quędam bipartita ut renes. quędam utronam modo se habeant dubitaē: Iecur enim & lienem ancipiti inter hęc esse specie dixeris. nam & quasi simplex & tanquam pro simplici duo. Simili prędita natura eē utrunq; uidetur. Sunt tamē omnia bipartita. cuius rei causa est corporis dispositio: quę bipartita quidem sit: sed in unum initium coeat: consummeturque: aut enī superiore & inferiore: aut priore & posteriore: aut dextra & sinistra parte distinguitur. quam obrem cerebrum

quoque omnium bipartitum esse sibi uult atque etiam senso-
rium unumquodq; eademq; ratiōe. cor uentriculis suis distin
guitur. pulmo uero in ouiparis adeo dirimitur: ut ea binos ha-
bere pulmones uideantur. Renes bipartitos esse nulli dubium
est. de iecore & liene iure ambiges. Cuius rei causa est: q in iis
quę lienē habere necesse est: lien ipse quasi iecur adulteratū eē
uidetur. in iis autem quę lienem habere non necesse est: ut exi-
guus admodum lien ueluti notę gratia habetur: sic epar bipar
titum aperte est: & pars altera ad dextram: altera quę minor ē
ad sinistram situm tenere expetit. Quinetiam in ouiparis quā-
uis minus quā in uiuiparis apertum sit: tamen ī nonnullis ęque
diuisum patet: ut locis quibusdam lepores bina iocinera habe-
re uidētur: quemadmodum in genere piscium tum alii quidā
tum cartilaginei iecur duplicatum habere uidētur. Sed quoniā
iecur parte dextra potius situm est: ideo natura lienis adhibita
est. Itaq; quāq̄ necessaria quodammodo est: tamē non admo-
dum omnibus animalibus. causa igitur ut uiscerum natura bi
partita sit (quemadmodum diximus) dextrum sinistrumq; ē:
utrūq;.n. sibi simile exposcit: quomodo ea quoq; similem: ge
minamq; habere naturam expetunt: ut enim illa quanuis gemi-
na eodem coeunt: sic uiscerum singula: quanuis gemina nexu
eodem continentur.

Sunt uiscerum quędam supra septum: quędam īfra: sed
omnium usus communis uenarum gratia est: uidelicet
quo uenę: utpote pensiles sustineri: & copula uiscerum stabili
ri ad corpus possint. quasi enim anchorę per partes deductas
iaciuntur ad corpus. uerbi gratia de uena maiore ad iecur: & lie
nem deuenitur: etenim uiscerum eorum natura quasi clauus
corpori eam affigit. s. iecur & lien: in latera corporis uenā ma-
iorem affirmant. ad hęc enim sola rami ab illa mittuntur. Re-
nes autem in partē posteriorem eandem continent: quanquā
ad renem utrunq; non modo de uena maiori sed etiā de abor-
ta pertendit uena: hęc uiscerū beneficio institutioni animaliū
prestātur: atque etiam iecur & lien iuuāt ad cibi concoctionē:
q enim sanguinea sunt: calidam habent naturam. Renes ad

excrementum quod in ueſicam ſecedit opitulantur. Sed enim
cor & iecur omnibus animalibus neceſſaria ſunt:alterum pro-
pter caloris originem)locum enim adeſſe aliquem quaſi lares
focumqꝫ oportet:quo naturę fomites: & primordia ignis nati
ui continuantur: & ſeruentur:eundemqꝫ tutum eſſe ueluti arcē
corporis totius neceſſe eſt)alterum iecur:dico cibi concoquen-
di gratia adeſt. & quidem nullum ſanguine prędıtum iis duo
bus carere poteſt.quamobrem omnia quibus ſāguis : duo hęc
uiſcera habent:Quę autem ſpirant:tertium etiam habent pul-
monē.lien per accidens neceſſarius eſt:quomodo excremēta :
tū alui:tum ueſicę.exquo fit:ut in nōnullis deficiat magnitudi
ne:ut uolucrum quibuſdam quę uentriculum habent feruenti-
orem:uelut columbo:accipitri:miluo : Quinetiam inouiparis
quadrupedibus parimodo hoc parcipi poteſt: habēt enī ꝑquā
exiguum.multis etiam ſquamatis exiguus : quę ueſica etiā ca-
rent:quoniam excrementum per carnem laxiorem in pennas et
ſquamas tranſeat.lien enim uapores uacantes diuertit: & attra
hit ex uentriculo: & concoquere eos poteſt: ut qui ſanguineus
ſit:quod ſi plus excrementi ſit:parumqꝫ caloris habeat,lien:cor
pus prę alimento immodico langueſcit : & propter confluuiū
huc hūoris ſępe accidit:ut lienoſis uentres ꝑduri efficiāť:quo
modo iis qui ſupra modum mingūt ex diuerticulo humoris :
At quibus parum excremēti conſiſtit:ut auibus atque piſcibꝰ
iis aut non magnus aut notę gratia duntaxat habetur.Quadru
pedibus etiam ouiparis lien exiguus rigidus & reni ſimilis eſt
ſcilicet ob eam rem:ꝙ pulmo eorum fungoſus eſt: parumque
potus deſiderāt: & quantum excrementi conſtiterit: in corpus
& corticem uertitur ut auibus ī pennas . Sed in iis quę ueſicam
habent: & pulmonem ſanguineum :humidus eſt:tum ob eam
quam modo diximus cauſam:tum quia partis ſiniſtrę natura
humidior & frigidior eſt:contrarium enim quodqꝫ ad ſibi cō
gnatum ordinem dipoſitum ē:uerbi gratia : dextrum ſiniſtro
contrarium eſt: & calidum contrarium frigido : itaque modo
quem diximus:ſociantur.Renes nulla neceſſitate habenť:ſed
ut melius & locupletius ſit.humoris enim excremēticii gratia

ſ

qui cōfluit in uesicā adiuncti sūt ex sua natura: in quibus pl9 huiuscemodi sedimēti fieri solet: ut uesica meli9 suo munere fūgeret. Sed cū usus eiusdē causa renes atq; uesica habeant: dis serendum nūc de uesica est: ꝑtermissa sequente ꝑtiū enumera- tione. de ꝑcordiis enī nondū docuimus: quę ꝑs uiscerū rationi cōiuncta est. uesica nō omnibus aīalibus data est: sed iis tantū tribuere uoluisse natura uidet: q̄ pulmonē haberent sanguineū Idq; recta ratione. caloris enī excessu qui in eo ipo mēbro con tinetur: sitibūda hęc omniū ꝑcipue animaliū sūt: cibiq; idigēt nō modo sicci uerū etiā humidi copiosioris: itaq; excrementū etiā copiosius contrahi necesse ē: nec solū tantū quantū a uen- tre cōcoqui excerniq; cum eius excremento possit. ergo huius quoq; excrementi cōceptaculū quoddā haberi necesse est. quā obrem omnia quę talē habent pulmonē: uesicā optinēt: q̄ autē tali carent pulmone: & uel parū bibūt: quoniā fungosū pulmo nem habeant: uel omnino potū assumūt: nō potus sed cibi gra tia: ut insecta: et pisces: uel etiā pēna aut squama aut cortice in teguntur: hęc tum propter humoris assūpti exiguitatē: tum q2 quātū excrementi cōtrahitur in ea ipsa absumat: uesica omnia carēt. excepta testudine: inter corticata. in hac enim tātūmodo natura castrata est: Cuius rei causa est: quod marinę testudines pulmonē habent carnosū sanguineū: & similem bubulo. terre stres autem proportione maiorē. supficies etiā q; obdēsa ꝑdu- raq; modo silicis ē: facit ne humor difflari euaporariq; possit per carnē laxiorē. ut auibus serpentibus cęterisq; optis cortice euenit: atq; ita excremēti copia tāta subsidet: ut eorum natura cōceptaculū & uas quoddā capax humoris desideret. uesicam igit testudo sola īter hęc habet: ea de causa. s. marina amplam: terrestris exiguam admodum.

Renū etiā ratio similis ē. nullū enī pēnatū: nullū squama- tum: nullū corticatū: excepta testudine renes habet. quan quā in nonullis auibus carūculę q̄dam sint latiusculę: speciē re num ostendētes: quasi ea caro quę renibus delegata est locum nō habeat sed in plura dispersa sit: genus tamē testudinis quā lutariam uocant: & uesica & renibus caret: fit enim propter ei9

mollitudinem tegminis: ut humor facile diffletur. lutaria igit̃
ob eã causam neutrã earũ partiũ habet: cęteris animalibus quę
sanguineũ)ut dictũ est)habẽt pulmonẽ: renes omnibus natura
tribuerat: quippe q̃ simul et ad uenas cõtinẽdas iis uteret̃: & ad
humorem supuacuũ excernendũ abuteret̃. Meatus enĩ de uena
maiore ad renes usq; pfert̃: cauum in omnib⁹ ĩest renibus: aut
ãplius: aut arctius: pter quã in uitulo marino. eius enĩ renes bu
bulis similes: omniũ firmissimi ac solidissimi sunt. hominum
etiã renes bubulis similes sũt. quippe q tãquã cõpositi ex mul/
tis renibus exiguis constent: neq; ęquabiles sunt: quomõ renes
ouiũ cęterarũq; quadrupedũ habẽt̃. quo fit ut morbus eorum
difficile curari hominib⁹ possit: etiã si nuper ęgrotare ĩceperint
accidit enĩ ut quasi multis renibus laborẽt difficilius remediũ
adhibeat̃: q̃ si uno infestaretur. Meatus qui ex uena ptẽdit: nõ
cauũ subit renũ: sed in eorũ corpus absumit̃. quãobrẽ in cauis
eorũ nihil sanguinis cõtinetur: neq; cõcrescit mortuis. Meatus
uero de cauis renũ exangues duo insignes ad uesicam ferũtur
singuli ex singulis: atq; etiã alii ex uena aorta ualidi frequen
tesq; eodem deueniũt: quę ita natura ĩstituit: ut ex uena humo
ris excremẽtum ad renes ueniret. in renibus autẽ sedimẽ humo
ribus p corp⁹ renũ colatis: ĩ mediũ cõflueret: ubi plurimi cauũ
cõtinẽt. quo fit ut renes omniũ maxime uiscerũ foedũ reddãt
odorẽ: tũ deĩde ex medio p eos meatus in uesicã: iã magis ma
gisq; tanq̃ excremẽtũ secernit̃ atq; reiicit̃. uesica ipa ex renibus
depẽdet: tendũt enĩ in eã)ut dictũ est)ualidi meatus. Renes his
de causis habent̃: & uirtutes quas diximus optinent. Omnibus
aũt quę renes habẽt dexter supior sinistro est. q enĩ motus ex
parte dextra pueniat: naturaq; dextrę proĩde ualidior sit: ideo
ptes omnes mouẽdi causa regãt ad sitũ potius supiorẽ: opor/
tet. nã & supciliũ dextrũ magis attollit̃: & arcuatũ magis quã
sinistrũ habetur. Tãgitur in omnibus a iecore dexter q elatior
est. Iecur enim parte dextra positũ est: pingue plenius renes am
bit: q̃ reliqua uiscera: quod & necessario fit: cũ excrementũ per
renes trãsmissum coletur. quãtũ enĩ relinquitur sanguinis pu/
ri facile cõcoq potest. finis autem probe cõcoctionis sãguineę

adeps: & seuū ē. Vt enim incōbustis siccis uelut cinere aliquid ignis relinquit̄: sic ī cōcoctis humidis nō nihil caloris qui effecerit relinquitur: quo fit ut pingue leue sit & humoribus resideat atqȝ fluitet. fit: nō ītra ipos renes: quoniā dēsum hoc uisc⁹ sit: sed circū renes est: uidelicet aut adeps in iis quę pinguescere adipe solent: aut seuū in iis quę seuo opimāt̄. quorū differētia alio loco explicata est. necessario igit̄ ea de causa pinguescunt scilicet ex iis quę necessario eueniūt aīalibus: q̄ renes habere debuerūt. Salutis autē causa ut renū natura calida sit. Cū enī positi loco ultimo sit: teporē desiderāt āpliorē. tergū. n. carnosū ē: ut cor & reliqua ꝑtis supioris uiscera ꝓtegat: At lūbi carne uacāt: ut flecti possint. omniū enī flexus excarnes sūt. itaqȝ uice carnis adipe renes obsępti muniūt̄: Quinetiā humorē meli⁹ discernūt: & cōcoquūt sua pīguedine. pingue enī omne calidū ē. Calor aūt concoquit renes his de causis pingui opiunt̄: dexter omnibus minus pinguis. cuius rei causa est: ꝙ natura dextrę ꝑtis siccior ē: & mobilior. motus aūt cōtrarius est. liquat enī pinguedinē: & cōsumit. sed cū ceteris aīalib⁹ renes habere pīgues ꝓficiat: et plerūqȝ totos obęsos habeāt: ouib⁹ hoc lętale ē: quo fit ut quāq̄ pīgues admodū sint: tamē aliqd desit: & si nō utrique dextero quidē: causa cur hoc solis: aut maxīe ouibus accidat: ꝙ iis quę adipe pinguescere solent: pingue humidū ē. itaqȝ nō ęque flatus īterclusi dolorē faciūt: quod causa sideratiōis est. quāobrē boībus etiā qui uicio renum laborant: quāq̄ pinguescere iuuat: tamē si pingues admodū efficiantur dolores ꝑfecto accidūt lętales. Ceteris autē & si sęuo pinguescūt: tamen sęuū minus densū quā ouibus fit. Copia etiā sęui genus ouiū longe excedit. omnium enī aīaliū oues celeri renū obęsitate oplentur: itaqȝ humore flatuqȝ īterclusо celeriter prę sideratione ītereunt: nāqȝ per uenam abortam & maiorē statim uitium ad cordis sedē transuehitur. meatus enī ex iis uenis ad renes continui ꝑtēdūt: sed de pulmone: de corde: de iecore: de liene: de renibus dictum iam est.

SEparantur hęc inter se septo transuerso quod nonnulli precordia appellāt: disterminat hoc a reliquis pulmonē

prędıtis ut mō dixi uocatur. habēt hoc oīa q̄ sanguinē optinēt ęque ut cor & iecur. cuius rei causa est: q̄ ideo habetur: ut sedē cordis a uentre dirimat: uidelicet ut animę sentiētis origo īof fensa seruet: nec facile occupet exhalatione cibi: & caloris ad uēticii copia. hac enī causa natura ītercepit pręcordiorū: quasi parietis sepisq̧ īteruētu: distinxitq̧ partē nobiliorē ab ignobiliori: ī qbus superioris inferiorisq̧ ratio posset haberi. supius ē enī cuius gratia reliqua sint: quodq̧ melius sit. inferius autē quod eius gratia sit: & cōceptaculū cibi necessariū. Annectitur hoc septū siue cinct⁹ costis pte sui carnosiore ualidioreq̧. media aūt cōstat mēbrana exiliori. ita enī & ad robur: & ad ptētū cōmodius est. cōtra calorē se efferentē: hoc ueluti sobolē esse argumētū ex iis quę plerūq̧ accidūt ducit: ubi enī ppter uicinitatē attraxerint humorē calidū atq̧ excremēticiū: cōtinuo mētem sēsūq̧ plane perturbāt: quāobrē phrenes appellātur: quasi participes prudentię sint: Atqui nullatenus participes sūt: Sed q̄ ppinquę sūt iis quę uim optiēt illā (Cordi enī ptēdūt) huic mentis mutationem aperiunt. quāobrem tenues parte sui media sūt: nō modo de necessitate: q̄ cum carnosę sint pte sui costis āmota carnosiores esse necesse sit: uerum etiā ut minus uaporis excipiant: nā si carne pleniore constarent: copiā uaporis & haberent & traherēt: partē hanc calefactā celeriter sensū aperire indicat: uel id quod titillatu euenit: rident enī celeriter: qui titillātur: q̄ mot⁹ celeriter ad eū locū pueniat: qui quāq̄ leuiter calefaciat: tamē aperit: & mentē mouet pter uolūtatē. causę aūt cur homo animalium unus titillet: & cutis tenuitas ē: & q̄ solus omnium animalium rędeat: est enī titillatio risus per eiusmodi motum partis: quę alā cōplet: ictu etiā traiecta pcordia in pręliis risum attulisse proditum est scilicet calore quem moueat uulnus. hoc enī uerisimili⁹ credi potest q̄ quod de capite referūt: ut abscissum loqui potuerit. Sūt enim qui hoc dicant: homerūq̧ testē adhibeant: quasi ob eā rem illud dixerit. ipseq̧ dū loquitur miscetur puluere uertex. nō enim dum ipse homo: sed dum ipse uertex intelligi uolunt: in terra caria: res adeo pro uera habita est: ut reum quēdam ex incolis egerint. Cum enim

iouis hoplosmii sacerdos esset occisus: et a quo non cōstaret: nonnulli sese audiuisse retulerunt: capite præciso dicēte sepi⁹: uirum super uiro cercidas occidit: itaq; hominem cui nomen Cercidas ī prouincia quesierunt: comptumq; in iudicium dux erunt sed fieri non potest: ut caput præcisa arteria: et sine motu pulmonis loquatur: nec apud barbaros qui capita, summa cū celeritate absindunt: tale quid unquam euenisse accepim⁹. Ad hęc in cęteris animalibus cur id non aliquando fiat. risum enī iis nunquam pręcordiis traiectis moueri consentaneum est: cum ridendi ui careant: At capite absciso ne suā uocem aliquā do emittant: quid nam prohibeat? Corpus tamen detracto capite ꝑgredi quoq̄ nō temere credi potest. nā ea quidem que sāguīe carēt: uel uiuere diuti⁹ possūt trūcata capite: cui⁹ rei causam alio loco docuimus. Sed. cuius nam gratia singula uiscerunm habeantur explicatum iam est.

Extremis autē uenarum īterioribus hęc necessario adiungūtur. uaporem enim prodire: eumq; sanguineū necesse est ex quo consistēte concresenteq; uiscerum corpus cōtrahat et coaugmententur: quapropter sanguinea hęc sunt omnia et naturā sibi cōsimilem cęteris dissimilem habent.

Membranis omnia uiscera īcluduntur: protegmine enim opus est: quo illesa seruētur: eoq; leuiora. menbrana autē talis suapte natura est. quippe quę et densa sit ut arcere possit: et carne uacet: ut uaporē nec trahat nec habeat: et tenuis pretē datur: ut leuis sit: & nihil ponderis afferat. Maxime inter membranas et robustissimę sunt: quę cor aut cerebrum ābiunt: idq; optima ratiōe: hęc enim precipuam tutelam desiderant: tutela enim partibus adhibenda principalibus est: hęc autem principatum maxime uitę optinent.

Habēt animalium quędā omnem uiscerum numerū q̄dā nō omnem: q̄ sint hęc: & quā ob causam dictū iā est: & uarie uero hęc habentur: neq; enim cor simile habēt ea q̄ corde prędita sunt: neq; aliud ꝑpe dixerim ullū. Tam enim iecur aliis multifidum est: aliis simplicius in eorū genere: quę sanguinē habent & uiuipara sunt: sed longe magis piscium iecinera: &

quadrupedum:& ouiparorum:tum īter seipsa : tum ab iis quę
modo diximus dissident. Auium iecur maxime simile est ie-
cori uiuiparorum. puro enī & sanguineo colore exhilarat̄: ut
illud cuius rei causa est: ꝙ auium corpora difflari euaporariq;
optime possint: nec multum habeāt excrementi uitiosi.quo
etiā fit:ut nōnulla ex uiuiparis fęlle careant.Iecur enim ad tēpe-
riem sanitatemq; corporis multum cōfert. finis nāq; eorum in
sanguine potissimum situs est.Iecur autem omnium uiscerū
excepto corde sanguine refertissimū est. At uero quadrupedū
ouiparorum & pisciū iecinora maxīa parte pallidiuscula sunt:
nōnullorū etiā uiciata omnino ut corpora quoq; eorūdem pra
uum tēperamētū sortiūtur: uelut rubetę : testudinis & similiū

Lienem bisulca inter cornigera habent rotundū ut capra
ouis & reliqua omnia:nisi aliqua pro sua magnitudine
auctiorem in longitudinem habeant: ut boues. At multifidis
ꝓlixus omnibus est:ut homini:cani.Sollipedibus autē mediū
tenet:& ꝓmiscuus est.partem enim alterā habet latā.alterā an-
gustam:ut equo:mulo:asino.

Differunt uiscera a carne nō modo sua corpulentia. Verū
etiā eo ꝙ caro foris posita ē.uiscera intus continēt̄. cui9
rei causa est ꝙ naturā cōmunē cū uenis habeant: & ꝑtē uenarū
gratia sint:partim nō sine uenis esse possint.

Subest pręcordiis uenter qua gula desinit:Si habetur: si
minus ori adiungitur.

Ventri ītestinū annexū ē: sed quā ob causā ꝑtes has aīalia
habeāt oīa:nulli dubiū ē . Cibū enim & īgestū recipe &
euaporatū eicere:neq; eūdē locū esse cibi cōcocti:& excremēti
necesse ē.cōceptaculū etiā adesse in quo cibus mutet̄ oportet.
pars enim alia cibum īgestū complecti:alia excremētū materiā
que superuacuā cape debet. quarum actionū ut tēpus diuersū
est:sic loca etiā diuersa haberi necesse est.Sed de iis aptius dis-
seremus:cū de generatione: & alimēto agetur. nūc de differen
tia uentris & ꝑtiū eodē ꝑtinētiū cōsiderādū ē. Vētres enī nec
magnitudiue neq; specie similes īter se sūt:sed q̄ in sanguineo
genere utrinq; dentata & uiuipara sunt : hęc simplicem habent

uentrē:ut homo:canis:leo:& reliqua:quorū pedes in plures digitos fundūtur:& quę aut sollipeda sunt:ut equus: mulus: asinus.aut bisulca qdem: sed utraqꝫ parte dentata :ut sus:nisi aliqua prę sui corporis magnitudine aut difficultate cibi non ad cōcoctionē idonei sed spinosi & lignei: multiplicē habeāt: ut camelꝰ:quēadmodū cornigera hñt.qppe q̄ nō utraqꝫ parte dētata sint. & camelꝰ quidem (quāq̄ cornibus caret) ideo nō supne dētata ē:ꝙ ei magis necessariū est uētrē talē habere q̄ dētes priores.cum itaqꝫ uentrē similē nō utrinqꝫ dētatis habeat: dentes etiā simili modo sortitur:utpote parū necessarios.quinetiā cum cibꝰ dirus spinosusqꝫ sit:& tamē linguā esse carnosam necesse sit:natura dētiū portione terrena ad palati callū atqꝫ duriciā abusa ē. Ruminat etiā camelus more cornigerorū:quoniā uentres similes cornigeris habeat. habent hęc singula plures uētres:ut ouis capra: ceruus:& similia: ut cū officiū oris nō satis in molēdo cibo adhibetur ꝑpter inopiā dētiū:munus uentriū expleat.dū alius ab alio cibū recipit.s.primus incōfectū.secundus aliquātulū cōfectū:tertius plenius: quartus ꝑquāplene cōfectū.ita fit:ut genꝰ hoc animaliū receptacula cibi habeat plura: quibus nomina hęc:aut indita sūt:aut indere licet.uenter:arsineū:siue reticulū:omasum:abomasū. Quonāmodo hęc se habeant:tum situ:tum etiā spē: ex historia dissectiōeqꝫ animaliū petendū est:hac eadē causa ē:ut auium quoqꝫ genus ptē qua cibum recipit:uarie habeat.cum enī id oris officio quod cibo cōficiendo tribuit omnino careat:ut quod nullos habeat dētes: & neqꝫ quo dirimat neqꝫ quo molat cibū optineat: idcirco aut āte uētrē sinū hēnt:q īgluuies appellatur: ꝑ oris officio:aut gulā patentiorē aut āte uētrē ptē aliquā gulę ipsius sinuosā:ī qua cibū recētē: & īcōfectū recōdāt:aut uētris ipiꝰ ptē aliquā ꝓminētē:aut etiā uentrē ipm ualidū & carnosū ut cibū īmolitū diu cōtinere:& cōcoq̄re possint:bonis enī uiribus uētris: & calore natura defectū oris repēdit & cōpēsat: Sūt q̄ nihil ex iis hēant: sed īgluuie ꝓlixa utāť.s.ea qbꝰ crura ꝓlōga & leuia sūt : ꝑpť cibi humiditatē.causa igiť ē ꝙ cibus iis oībus moli & cōfici facile possit: ut eorū uētres ꝑ facilem cibi cōcoctionē humescant.

Reticulum
omasum
abomasum

Ingluvies

PIsciũ generi dati sũt dentes:sed serrati ꝓpe dixerim om
nes.genus enĩ quoddã exiguũ ẽ: quod nõ serratos hẽat
dentes:ut qui scarus uocat̃:q unus & ruminare merito ob eã rẽ
credit̃. q̃ enĩ nõ utrinq; dentata cornigera sunt ruminãt: habẽt
oẽs acutos:qb⁹ & si cibũ secare possũt:tamẽ male secãt:q̄ diu
tius ĩmorari neq̃ant.quãobrẽ nec planos hẽnt dẽtes. nõ enĩ fie
ri põt:ut deterãt cibũ.itaq; frustra haberẽt.Item stomachũ alii
nullũ oĩno hẽnt:alii breuẽ:sed enĩ ad cõcoctionẽ iuuandã alii
modo auiũ uẽtriculos hẽnt:& carnosos ut mugilis.Maior aũt
numerus appẽdices iuxta uẽtrẽ frequẽtes optinet : ut ĩ iis quasi
lacunis cibũ cõditũ macerẽt:atq; cõcoquãt:sed pisces contra q̃
aues eas appẽdices sitas hẽnt.q̄ppe q supne hẽant ad uẽtrẽ:Cũ
aues q̄bus datũ hoc ẽ:infra pte ĩtestini extrema dissumẽt.uiui-
parorũ etiã nõnullis appẽdices ĩtestinales ĩfra eadẽ de causa ha
bent̃.genus pisciũ omne quoniã cibũ min⁹ cõficere possit:cru
daq; egerat-& uorax & gulosũ est:cętera etiã omnia q̄bus inte
stina sunt recta:ciborũ auida sunt.cum enĩ cibus celeriter ege-
ratur:ꝓideq; breuis usus fruẽdi sit:breui repetãt cibum ꝫ auida
necesse ẽ: Quę utrinq; dentata sunt:puum habere uẽtrẽ dictũ
iã ẽ.differentiã aũt duplicẽ fere oĩa recipiũt.alia.n.canino simi
lem hẽnt:alia suillo.ãplior uẽter suillus ẽ flexuosusq;:ut diuti-
us cõcoquat.caninus puus ẽ:nec multo ãplior intestino. lęuis
que intus.

HVẽtre natura intestinorũ posita ẽ in oĩbus aĩalibus. hẽt
& ea differẽtiã:ut uẽter numerosiorem.alius enĩ simplex
ĩtestinũ sibiq; simile resoluit̃aliis dissimile.q̄busdã.n.pte qua
uẽtri iũgit̃ laxi⁹ẽ:qua desinit:arcti⁹.Quãobrẽ canes uehemẽti
nixu nec sine cruciatu eam ptẽ leuãt excremẽto:sed tamẽ maio-
rꝫ aĩaliũ nũero arctius pte supiori ẽ:lati⁹ ĩferiori:maiora multi
plicabilioraq; sũt ĩtestia,Cornigerorũ uẽtris.etiã sin⁹eorũ ãpli
or q̄ auctiora sint.cornigera.n. ꝓpe dixerĩ oĩa ãpliora sunt pa
buli ratiõe ut cõficiãt,quod sibi ĩgerũt ĩcõfectũ.Quib⁹ aũt ĩte
stinũ nõ directũ:iis oĩbus ãpli⁹ tẽdit:qua & quod colũ uocat̃
hẽnt:& cęcũ:ac tumidũ q̄ddã.mox artat̃:& cõplicat̃.ab hoc re
ctũ ad exitũ usq; excremẽti ptẽdit.q̃ q̄dẽ ps quã podicẽ uocãt

Colum
Cecum
podex

aliis pinguis:aliis sine pingui ē. Quę oīa natura sollers molita ē ad cōgruā cibi cōfectionem: & excrementi usū: & trāmissionē. ꝓcedēti.n.descēdētiq; excremēto:aut subsistēti:ut īmutet̄ ī aīalibus:q̄ p̄ magnitudine aut locorū calore uegetiora: cibiq; plenioris indigētiora sint uia āpliat̄. Tū ut uētrē ītestinū angustius excipit:sic a colo quod laxū ītestinū uocat̄: & alui āplitudine rursus semitā angustiorē clauiculā a flexuosis orbibꝰ dictā subit excrementū iā penitꝰ euaporatū: ut natura seruet̄:nec uniuersim exitus fiat excremēti. Quę igit̄ aīalia cōtinētiora eē ad cibi desideriū cōuenit:hęc sua ī aluo laxiores sinus nō hn̄t: sed anfractus orbesq; plures cōtinēt: nec recto ītestino utūt̄.laxitas enī ītestini auiditatē auget cibi:rectitudo accelerat auiditatē.quāobrē aīalia q̄ uel simplex hn̄t ītestinū : uel cōceptacula āpla cibū aut copiosū capiūt:aut celerius repetunt. Sed cū in uētre supiore cibū īgestū recētē esse necesse sit:in unū aūt delapsū feculētū euaporatūq; locū etiā aliquē īterpositū eē:ī quo īmutet̄ & nec recēs adhuc:neq; iā exactus in stercꝰ sit necesse ē. itaq; genus id aīaliū omne hēt eā ꝑtē q̄ ieiunū uocat̄:positā in eo quod a uētre tenue tēdit ītestino.hoc enī mediū ē īter uētrē supiorē in quo cibus crudus adhuc sit:et īferiorē in quo iā supuacuū excremētū cōtineat̄:hoc cū ī oībus ita sit:tū in iis patet: q̄ & maiora sit & ieiunarint. ita.n.īterstitiū loci utriusq; cōspicitur.nā si ederint mutationi parū temporis suppetit. Sed foeminis ꝑs nulla certa supioris intestini ieiuna ē: alia enī aliis : ut sors tulerit. Maribus autē ꝓxime ante cęcū aluumq; oībus est.

Habēt quod coagulū uocat̄:oīa q̄ plures cōtinēt uentres: carēt q̄ unū hn̄t: excepto lepore.hn̄t qbꝰ hoc datū ē:nō in magno uentre:nec ī reticulo: neq; ī ultimo : quod abomasū appellauimus:sed in eo qui īter ultimū & duos primos positꝰ est:quod omasū uocat̄.hn̄t hęc oīa coagulū ꝓpter lactis crassamētū.carēt qbus singulis uētres:ꝙ eorū lac tenue sit.quāobrē cornigerorū lac spissat̄:mutilorū nequaq̄.lepori coagulū fit quoniā herbā succi lactei pascat̄:talis enī humor lac in uētriculo infantium stringit :facitq; collostrū:cur coagulū in omaso multiuentrium consistat explicatum in problematibus est.

ARISTOTELIS DE PARTIBVS ANIMALIVM LIBER QVARTVS INTERPRETE THEODORO

u

VISCERA: VENTER: ET RELIquę quas exposuim9 ptes/modo eodē ī quadrupedibus ouiparis: & in iis q̄ pedibus carēt: ut serpentibus hñtur. natura enim serpentū cognata iis est. quippe q̄ similis sit lacertę plongę: ac expedi. his uero & piscibus oīa similia sūt: nisi ꝙ pulmo serpentibus datus est: quoniā terra utātur. pisces eo carēt & brāchias uice pulmonis sortiūẗ. Vesica nec piscibus: neq; eorū ulli quę modo dixi: adiūcta ē: nisi testudini: humor enī iis in corticē tegentē: ut auibus in pēnas absumitur. cū exiguo potu cōtēta sint: ꝓpter exanguē pulmonis naturam. & q̄dem excremētū alui, iis quoq; oībus albicat: quēadmodū auibus. itaq; iis q̄ uesicā hñt: exempta urina: salsugo quędam terrena in uasis subsidet: quātū enī dulce & potulētū sit: in carnem ꝑ sua leuitate absumitur. uiperę īter serpentes eadē a cęteris sui generis differētia discrepāt: qua īter pisces cartilaginea a cęteris sui generis. Nā & cartilaginea: & uiperę aīal ędūt ī lucē ubi primū ītra se oua pepererint: uentres singulos hęc quoque oīa hñt: ut cętera q̄ utrinq; dētata sūt. lienē etiā admodū puū: ut cętera q̄ carēt uesica. serpētes ꝓpter corpis formā q̄ lōga ē: et angusta: spēm quoq; uiscerū hñt ꝓlixā: & cęteris aīalib9 dissimilē ut quā ad sui corpis opificiū q̄si formulā effigiatā sortiāẗ.

o

OMētū la; ctes: & ite stinorū naturā: atq; etiā septū & cor: omnia animalia sanguine predita optinent.

p

PVlmonē atq; arteriam omnia pręter pisces: situm etiam arterię gulęq;: omnia quibus hęc data sūt similem tenēt: propter causas supradictas.

f

FEl etiam habet maior pars animalium: quibus sanguis: idque aut in iecore: aut intestinis sepositum: ut quod suam naturam non minus aluo familiarem habeat. hoc ita esse maxime in piscibus constat: Cum enim pisces fael habeant

omnes:tum magna ex parte suis ĩtestinis annexum continent:
nõnulli etiã toto intestino ꝑtextũ:ut bamia. Nec nõ serpẽtum
pars maxima eodẽ mõ habere cernitur.quãobrẽ qui fęllis natu
ram sensus alicuius gratia esse opinãt: non recte sentiũt.uolũt
enim ideo fęl adesse:ut ꝑtem animę sitã in iecore mordẽdo ex
citet:laxando exhilaret.Quędã fęlle omnino carent.ut equus:
mulus:asinus:ceruus:dama .camelus nõ discretũ : sed uenulis
qbusdã cõfusũ hẽt.uitulus etiã marinus caret: & ĩter pisces ma
rinos delphinus.Sũt & quę ꝑtim hẽant:ꝑtim nõ hẽant eodẽ in
genere : ut mures: quod idem homini etiam accidit.aliqui enĩ
fęl in iecore habere uisũtur:aliq carẽt. itaq; de toto genere ãbi
gitur.q enĩ alterutrũ cõperierint:idẽ oĩbus tribuunt. quasi oẽs
eodẽ habeãt modo: quo aliq.hoc idẽ ouib⁹ etiã caprisq; euẽit.
ꝑs enĩ earũ maxima hẽt fęl: & qdẽ terris qbusdã adeo large: ut
exupantia ꝓdigii loco hẽat: ut in naxo. sed aliis qbusdã locis
oĩno careat:ut apud calchidẽ euboicã ꝑte quadã agri. Ad hęc
pisciũ fęl ut dictũ ẽ:longe remotũ a iecore ẽ. Anaxagoras erro
re opinari uidet:fęl eẽ morborũ causã acutorũ.cũ enĩ abũdat :
asꝑgi ĩ pulmonẽ:& uenas: & costas asseuerat.iis nãq; fere acci
dunt ea uicia animalibus quę fęlle carent.dissectis etiã id pate
ret,si ita esset. Ad hęc copia humoris q̃ per abscessus decũbit :
cõferri nõ põt,cũ eo quod ex fęllis conceptaculo aspergat.Sed
enĩ ut bilis q̃ qualibet alia corporis ꝑte gignitur : excremẽtum
quoddã liquamentũq; est:sic fęl iecori adiunctũ nõ rei cuiquã
delegatum:sed excrementũ esse uidet:quomodo & alui ĩtesti
norũq; sedimen: Attamẽ natura cõmode uel excrementis suis
interdũ abutitur:sed nõ ꝓpterea quęrere oĩa alicuius causa de
bemus.cũ enĩ aliqua eiusmodi sint:fit ut alia cõplura necessa
rio causa eorũ ꝓueniãt. Quibus igitur iecoris cõstitutio salu
bris ẽ: & sanguinis natura q̃ iecur subeat dulcis accedit:hęc aut
nullũ fęl suo in iecore habent:aut uenulis qbusdã ĩclusum cõ
tinent:aut partim habent:partim non habẽt.quãobrem iecino
ra eorũ quę fęlle uacãt dulcia sũt:probeq; colorata prope dixe
rim omniũ.ꝑticula etiã iecoris quę fęlli subdita ẽ dulcissia ẽ.at
uero q̃ sãguine min⁹ puro cõsistũt: hęc excrementum id quod

fel appellamus: se mouet. excremētū enī contrarium alimento
esse uult: & amarū dulci: & sanguis integer dulcis est. fel igitur
nō alicuius gratia: sed purgamētū atq; inutilē esse materiam cō-
stat. quāobrē pulchre a ueteribus dicit̃ illis qui causam: cur diu
tius uiuat̃: fellis uacuitatē esse aiūt. argumēto ex sollipedū; cer
uorūq; genere deducto: hęc enim & felle uacant: & diu uiuunt.
Quinetiā ea q̃ illi nō uiderint felle carere: ut delphinus ut came
lus longeua sunt. iecoris enim naturā ut oportunam ac necessa
riam oībus sanguineis animalib⁹ causam ꝓ sua qualitate affer
re: uiuēdi plus minusue tēporis ratio est. excremētū etiam tale
huius uisceris esse: Cęterorū autē nullū ratio exigit. Cordi. n.
nullus eiusmodi humor approquinquare pōt. quoniā illud affe-
ctum nullū patit̃ uiolētū. cęterorū autē uiscerum nullū necessa
rium animalibus ē: nisi iecur. absurdū aūt sit: nisi ubicūq; pitu
itam aut alui sedimen uideris: excremētū id esse putes. parique
modo debile felleue cēseas: sed locis discrimē elicere uelis. At
de felle quā ob causā alia habeant: alia nō habeāt: satis dictū ē

Restat ut de lactibus: & omento disseramus. hęc enī hoc
in loco & cumītestinis cōtinētur. Omētum mēbrana est
aut seuosa: aut adiposa. s. utromodo píguescere animal solet:
Quęnā differētia iter hęc sit: dictū iā est: oritur id de medio uē
tre tā uniuentri quā multiuētri generi: qua ueluti sutura descri
bitur. inest enī & in uentre ut in corde suturę uestigium quod-
dam: unde omentum exorsum reliquam uentris ptem cuncta
que intestina cōplectitur: in omnibus sanguine prę ditis: tū ter
restribus: tū aquaticis aīalibus ortus omēti talis necessario eue
nit: cū enī sicca aut humida mistela calescit: ultimū sēper cutis
mēbraneuę spēm recipit. hic aūt locus plen⁹ alimēti eiusmodi
est. Itē ꝑpter mēbranę dēsitatē quod sanguinei alimēti trāsmis
sum colatūq; ē: id pingue esse necesse ē. tenuissimū enī hoc ē:
& calore loci istius cōcoctū ꝓ carnosa & sanguinea coagmēta
tione in seuum aut adipem euadere necesse est: Omentū ratiōe
hac gignit̃: sed natura eo abutit̃ ad cibi meliorē cōcoctionē: ut
facili⁹ celeriusq; cib⁹ cōcoquat̃. calor. n. uim hēt cōcoquēdi. pi
gue aūt calidū est: & omētū pingue ē: itaq; de medio uētre orit̃

quoniā reliquā uētriculi ptē iecur insidēs fouet: hęc de omēto.

Q Vod autē lactes uocāt: mēbrana & ipsū ē ptēdens continua: de intestinorū tenore ad uenā usq3 maiorē: & abortam: plena uenarū multarū: atq3 frequētiū: quę ab intestinis ad uenā maiorē abortāq3 pmeāt: Ortū eius similiter atq3 cęterarū ptiū necessario esse cōperiemus. Sed quā ob causā data sit aīalibus sanguine pditis: cōsiderādū ē. cū. n. necesse sit: ut aīalia cibum extrinsecus capiāt: rursusq3 ex hoc alimentū fiat: quod in oēs corpis ptes digerat. quod ī exāguib9 noīe uacat: ī sāguineis sāguis appellat: ideo aliquid adesse oportet: quo tāquā radice cibus de uētre ad uenas deferat. Itaq3 ut stirpes radicibus terrae innixę cibū inde bauriūt: sic aīalibus uenter & ītestinorū uires p terra sint: a quibus capiant alimentū. quā obrē lactes sūt: uenas sibi īditas babētes: quasi radices. Sed cuius rei nā gratia lactes babeātur: dictū iā est. Quēadmodū autē capiāt alimentū: & quonā pacto per uenas ex alimento īgesto subeat eas ptes: quod in uenas digerit: explicabit: cum de generatiōe alimētoq3 animalium agemus. Sed enim ut animalia sanguine prędita cōstāt ptibus: quę declaratę adbuc sūt: & quas ob causas dictū iā ē. sequit quod & reliquū est: ut q̄ ad generatōnē ptinēt qbus foemina differat a mare exponamus: sed quoniā de generatōe tractādū est: de iis quoq3 tunc differere: cum de illis tractamus congruum est.

Q VE aūt mollia quęq3 crustata uocāt: plurimū ab iis q̄ explicauim9 differūt. iā. n. omnē uiscerū naturā ea nō bēnt: nec ulla ex reliqs q̄ sāguīe carēt: q̄ duo genera sūt. alterū quod testa cōtegit: alterū quod īsectū uocat. sanguinē enī ex quo uiscerū natura cōstat: nullū ex iis optinet. quoniam affectus eiusmodi qdā eorum essentię pprius est: etenim sanguinem alia babere: alia nō babere in ratiōe recipit: q̄ essentiā eorū definiat. nibil etiā ex iis quorū gratia uiscera bēnt aīalia sanguīe pdita: datū eiusmodi animalibus est. nō enī uenas bęc bēnt: non uesicā: nō usū spirādi: sed unū quod cordi pportiōe ē: id babeāt necesse ē. uis enī animę sentiēdi uitęq3 causa: pte aliqua corporis principiū aīalibus omnibus ē. At uero ptes ad uictū pertinētes

ea quoq; oĩa necessario habẽt : quãq̃ uarie: ꝓpter loca qb⁹cibũ
recipiant. habet molliũ genus pte: quod os uocat: binos dẽtes:
atq; ĩ ore ꝓ lingua carnosũ quiddã quo uoluptatẽ ęsculẽtorũ
discernat. Crustata etiã parimodo binos dẽtes hẽnt primores:
& carnosum illud quod linguę ꝓporcionetur: nec nõ crustata
oĩa ptẽ eiusmodi habẽt eadẽ causa qua sanguinea uidelicet ad
cibũ sentiẽdũ: Quoniã etiã ĩsecta simili ratõe: aut ꝓmuscidem
hẽnt ore ꝓdeũtẽ: ut apũ: muscarũq; genus ut dictũ iã est: aut in
ore cõditã ptẽ eiusmodi possidẽt ut formicę: & si qua alia sint
generis eiusdẽ. Dẽtes q̃dã ex iis habẽt: quãq̃ diuersos: ut apum
muscarũq; gen⁹: q̃dã nõ hẽnt quę cibo utãt hũido. ĩsectorum
enĩ cõplura nõ uict⁹ sed armorũ grã: dẽtes optinẽt. Testatorũ
aũt q̃dã ut principio diximus: linguã appellatã hẽnt robustã:
cochę dẽtibus etiã binis fulciũt: ut crustata. stomach⁹ siue gu-
la ab ore ꝓlonga mollibus ẽ: quã ĩgluuies excipit: qũo auibus:
tũ uẽter cõiũgitur: & ĩtestinũ uẽtri ãnexũ: simplex usq; ad exi-
tũ tẽdit. sepiis igit & polypis uẽter similis: tũ figura: tũ tactu ẽ.
At iis quas lolligines appellam⁹ bina qdẽ cõceptacula uentris
spẽm gerũt. Sed alterũ min⁹ ĩgluuiẽ imitat: & tactu discrepat:
quoniã corpus etiã totũ carne molliore cõstat. hẽnt hęc ita eas
ptes eadẽ cã qua aues: neq;. n. eorũ ullũ põt cõmolere cibũ. Ita
que ĩgluuies uẽtri ꝓiacet. hẽnt etiã ꝓsidii salutisq; gratia quod
atramẽtũ uocat. Tunica cõtẽtũ mẽbranea exitũ fineq; habens:
qua alui excremẽta emittũt: pte q̃ fistula uocat: q̃ ĩ supinis po-
sita ẽ. Sed cũ atramẽtũ hoc mollia hẽant oĩa: tũ pręcipue pluri
mũq; sepia cõtinet. Quotiẽs enĩ metu pterrẽtur: hoc effuso hu
more aquã ĩfuscãt: sibiq; nigrorẽ. septũ ꝓponũt: & turbulẽtiã
quasi quo se abscõdãt: habẽt hoc atramẽtũ lolligines: & polly
pi supra: apud mutim potius positũ. sepię ĩfra ad aluũ. copio-
sius enĩ hẽnt: quoniã magis utãt: quod iis ꝓpterea euenit: quia
uitã littoralẽ traducũt: & tamẽ nihil quo sibi auxiliẽt aliud ha
bent : quomodo polypi & brachiis sibi sufficiunt : & coloris-
mutatione : quae & ipsa accidit ei per metum : ut effusio atra-
mẽti. lolligo sola ex his gaudet alto, uitamque pelagicam agit.
sepia igitur plus continet atramenti: & infra: quoniã copiosius

facilius enĩ & longius ꝓfundere maiori ex copia poterit. fit in hoc genere atramentum: ut in auibus: quod ꝑ excremētū albū terrenū subsidat. nā id quoq; caret uesica: quātūq; terrenū maxime sit: in atramētum secernit: & plurimū sepię cōsistit. quoniam plurimū terrenę materię habeat. argumēto sepiū ē: quod tale tantūq; sit. hoc enĩ polypus caret. lolligo cartilaginosū ac tenue gerit. Quā ob causam hoc alia habeant: alia careāt: quale que in utroq; habeatur genere dictū iam est. Sed cū exanguia sint & ob eā rem refrigerata & pauida: hic ut hominū nōnullis per metū funditᷣ aluus: aut excrementū uesicę ꝓfluit: sic iis accidit qdē necessario: ut metu ꝑculsa effūdātᷣ: Sed natura hoc excremēto ad ꝓsidiū & tutelā eorum abutitur.

Crustata etiā tū locustacea: tum cācri binos dētes habēt primores: & inter dētes carunculā linguę effigie illā ut dictum iā est: tum stomachum ori cōtinuo iunctum: exiguum ꝓportione suorum corporum magnitudinis. hūc excipit uenter in quo locustę & cācrorum nōnulli dētes alios habēt: quoniā sṗiores illi secare nō satis queāt. hic ĩtestinū simplex usq; ad exitum excrementi dirigitur.

Quin etiam singula testatorū genera has easdē optinent ꝑtes. sed alia explanatiꝰ: alia obscurius: quāq̄ maiora cōspectū earū prębeāt euidētiorē. Cochleę igitᷣ & dentes ꝑduros acutosq; habēt: ut dictum iā ē: & quod ĩteriacet dentibus: carnosum similiter: ut mollia & crustata. ꝓmuscidem etiam ut dictum ē inter aculeū & linguā. Ori aūt iūgitur: quasi ingluuies auiū: a qua stomachus ē: quē excipit uēter. in quo sitū ē quod papauer uocatᷣ: mox ĩtestinū continuū tēdit simplex: originē a papauere ullo ducēs: in omnibus enĩ testaceis ĩest hoc excremē tum: quod uel ęsculentum esse pręcipue sentitur.

Caetera etiam turbinata ut purpurę buccina: similitᷣ ut cochleę cōstāt. sūt testatorū genera plura: alia. n. turbinata sūt ut ea quę mō dixi: alia biualuia: alia uniualuia. sed turbīata quoque biualuibus quodammodo assimilātur. quippe quae omnia operculo quodam congenito: carni patulę apposito claudantur: ut purpurae: buccina: natices: & reliqua generis

papaver

eiuſdē:idq; ꝑſidii cauſa.qua enī teſta nō ꝓtegit: facile offendi
poſſet ab iis q̄ extrinſecus īcideret.Cęterū uniualue gen⁹ qꝺ ſa
xis teſta in dorſum data adhęret:ſeruari pōt.fitq; alieno ſepto
quodāmodo biualue:ut q̄ patellę uocāt̄ biualue ſe cōcludēdo
tuetur:ut pectines:ut mituli:turbinatū cruſta illa ꝑtenui quę a
frōte ītegitur:quaſi biualue ex uniualli efficitur. Echinus om-
nium maxīe a natura munitus eſt:quippe q̨ teſta undiq; ſpinis
frequētibus circūuallata celetur:quā rē peculiarē hūc in genere
teſtato ſortiri diximus.Natura autē cruſtatorum cōtra quam
mollium cōſtat.Altera enī carnis molliciā extra habent: altera
īter hunc foris terrenā duriciā optinēt:quā q̨ echinus nihil hēat
carnis.igitur cętera quoq; teſtata oīa ut dictum ē: habēt & os
& linguę effigiē & uētrē & oſtium excremēti.Sed īter ē ſitu &
magnitudine:q̄ ſingula quēadmodum ſe hēant ex cōmētatio
ne diſſectiōeq; aīalium petēdum eſt.q̄dam enī ratione: q̄dam
cōſpectu ipſorum potius declarāda ſunt.Echini et eorum quę
uertibula ſiue tubera appellaui gen⁹ peculiari modo prę cęteris
cōſtāt teſtatis.habēt echini dētes q̨nos : & carūculā īter poſitā
dētibus illā:quę in oībus ſupradictis eſt:cui ſtomachus iūgit̄:
ab hoc uēter in plura diductus:perinde ac ſi plures numero uē
tres hoc aīal habeat. Sūt enim omnes diſtincti:pleniq; uacātis
materię:ex ſtomacho uno depēdēt:ī unūq; oſtiū excremēti fi-
niunt. caro(ut dictū eſt)nulla ē circa uentrē:ſed quę oua appel
lant̄ nūeroſiora teſtę adhęrēt:mēbranulis ſingula obuoluta:et
paribus diſtincta interuallis:nigra etiā q̄dā circū ab ore fuſim
ſpargūtur:noīe adhuc nullo appellata:ſed cū nō unū ſed plura
genera echinorū ſint:omniū partes q̨dē eas omnes ſortiūt̄:ſed
oua appellata: nec oēs cibo idonea: & ꝑua admodū continēt :
exceptis iis qui uada īcolūt:omnino id ipm cęteris quoq; teſta
tis euenit.caro.n. nō ęque oīum ęſculēta ē:& excremētū quod
papauer uocat̄:q̨buſdā cibo idoneū: q̨buſdā non idoneum ē.
cōtinent hoc turbinata omnia ſua clauicula:uniualuia ſuo fun
do ut patellę: biualuia qua nodo ligantur.quod autem ouum
uocatur latere dextro biualuia habent . altero latere oſtium
excrementi continent. Sed errore ouum id uocitatur : quippe

quod tale sit: quale est pingue in sanguineo genere cum uiget. quãobrẽ fieri solet p id tẽpus anni quo uigent. s. uere: & autunno. laborant enĩ testata omnia p frigus & ęstũ: atq3 exupantiã tpis pati nequeũt. argumento est: quod echinis euenit. hẽnt. n. id iam inde ab ortu naturę: & pleniluniis uberius: nõ qa per id tẽpus copiosius pascũtur: ut quidã putant: sed quod noctes tepidiores sint: propter lucẽ pleniorẽ. Calorẽ enĩ desiderant: quoniam frigori patent: utpote quę sanguine careãt: exquo fit: ut ęstate potius ubiq3 uigeant: pter quã in pyrensi euripo. nam ibi non minus tẽpore hyberno pbãtur. Cuius rei causa est: q tunc uberius pabulẽtur: cum pisces p id tẽpus ea loca relinquant. habẽt echini omnes oua eodẽ numero atq3 impari omnes: quina enim: dentes etiã uentresq3 totidẽ. Ratio: q nõ ouum ẽ quod ouũ uocatur: ut modo dixi: sed quod bona animalis enutritione: alimoniaq3 pueniat. fit ostreis qdẽ in altero tãtũmodo latere: id quod oui noĩe appellatur: ideq3 est: quod echinos habere dicim9: sed cũ testa echini nõ modo cęterorũ ostreorũ orbẽ colligat unum: sed in globũ circũagatur: ut nõ partim talis: ptim nõ talis formetur: sed usq3quaq3 similis sit (undiq3 enĩ ĩ sentibus suis cõglobatur) idcirco ouum quoq3 simili mõ hẽat necesse est. Nõ enim ãbitu ut cętera dissimili cõstat echin9. nãque iis omnibus caput ĩ medio sitũ est. quãqdẽ corpis ptẽ sitũ tenere supiorẽ certũ est. nec uero ouũ habere cõtinuum potest: quãdo neq3 cętera generis eiusdẽ sic hẽnt: sed altero latere tãtũ sui orbis. ergo cũ id cõmũe oĩum sit: ppriũ aũt illius: ut globi speciẽ gerat: Oua numero ĩpari sint necesse ẽ. nã si pari eẽnt: p diametrũ disposita haberẽt: cũ similẽ hinc: atq3 inde seruari rationẽ ĩteruallĩ conueniat. Sic aũt dispositis utroq3 latere orbis ouũ haberet: quod ĩ cęteris ostreis nõ ẽ. altero. n. latere suę orę id hẽnt: & ostreę & pectines. itaq3 terna aut qna aut quolibet alio numero ĩpari eẽ necesse ẽ. At si terna eẽnt: diducta inter se laxo ãmodũ ĩteruallo haberẽt: si plura q̃ qna: cõtinuũ ppe ouũ redderet: quorũ alterũ nõ meli9 ẽ: alterũ fieri non põt. Quina igitur oua echinos habere necesse ẽ: quã ob causã uẽter quoq3 qnq3 partitus est: & dentes totidem habẽt. singula enĩ oua: cũ

quaſi corpa q̃dã aĩalis ſint: modũ quoq; uiuẽdi ſimilẽ habeãt neceſſe eſt. hinc enĩ capit̃ ĩcremẽtũ. nã ſi uẽter unus tãtũmodo eſſet: oua aut lõge diſtarẽt: aut totũ alueũ occuparẽt: ut echin9: & difficile moueret̃: et cibi minus ĩpleret̃. Cũ autẽ q̃nq; nume/ro interualla ſint: uentrẽ ſingulis adiũctum: q̃nq; ꝑtitum eẽ ne ceſſe eſt: eadẽq; de cauſa dẽtes etiã totidẽ habẽt̃: ita enĩ natura ſimilẽ rationẽ ꝑ̃dictis mẽbris reddiderit. Sed quã ob cauſam oua numero ĩpari: totq; numero echinus habeat dictũ eſt. cur autẽ alii parua ãmodũ: alii magna: cauſa ẽ ꝙ natura cõſtãt: alii aliis ꝑcalidiore. calor enĩ cibũ concoquere plenius põt. quãobrẽ qui cibo inutiles ſũt: in iis excremẽti plus ẽ. mobiliores etiã fa/cit natura caloris: ut paſcãtur: nec ſtabiles maneãt: cuius rei ĩdi/cium ẽ: ꝙ eorũ ſpinis aliquid ſemꝑ adhęreat: tanq̃ crebro mo ueantur. ſpinis enim ut pedibus utuntur.

Ertibula autẽ parũ ſua natura a plantis differũt: Sunt ta/men ſpongiis uiuaciora. quippe cũ ſpongię uires habeãt plantę: natura enim cõtinue ab ĩanimatis ad animalia trãſit per ea quę uiuant quidẽ: Sed nõ ſint animalia: ita ut parũ admodũ differre alterũ ab altero uideat̃ ꝓpter ſuã ꝓpinquitatẽ. ſpongia igitur ut dictum eſt: cum adhęrendo tantum uiuere poſſit: ab ſoluta autem neq̃at uiuere ſimilis plãtis omnino eſt. Quę aũt tubera uocãt: & pulmones: atq; etiã plura eiuſmodi alia ĩ mari parũ ab iis differũt ſua ipſa abſolutiõe: uiuũt enĩ ſine ullo ſen ſu ꝑinde ac plantę abſolutę. nã & in terreſtribus plãtis ſũt non nulla eiuſmodi: q̃ & uiuant & gignãtur: aut in aliis plantis: aut abſoluta: quale etiã eſt: quod mõ parnaſus fert: uocatũ a q̃buſ dam epipetrum. hoc enim diu uiuere poteſt ſuſpenſũ: & uerti/bulũ igit̃: & quicq̃d generis eiuſdẽ ſimile plãtę ẽ: quia adhęren do tãtũmodo uiuit. Sed cũ aliq̃d habeat carnis: ſẽſũ aliquẽ ha bere uideri põt. itaq; utro nã mõ ſtatuẽdũ ſit incertũ eſt: habet hoc animalis genus duo foramina: rimamq; unã: qua recipiat humorem cibo accommodatum: & qua rurſus emittat quãtũ humoris remaneat. nihil enim excremẽti ut cętera cruſtata hoc ſe habere oſtendit. ex quo fit potiſſimũ: ut & hoc: & quicquid ſimile in aĩaliũ genere eſt: planta in re appellari poſſit. Nec enĩ

ἐν ὡ ἀμφοτερίζει γὰρ
καὶ φυτῷ καὶ ζώῳ

planta ulla habet excrementum. prçcingi uero per medium te-
nui quadã mẽbrana in qua uitç principatus sit ratio congrua ẽ

Quas autem urticas appellant: non testa operiuntur: sed exclusç omnino sunt iis quç in genera diuisimus: ancipiti natura hoc genus est: ambigens & plãtç & animali. absolui enim & çscam petere nonnullas & sentire occurrentia posse: atque etiam asperitate corporis uti: ad se tuẽdum animalis ẽ. At uero ꝙ impfectũ sit & saxis celeriter adhereat: nec aliquid excrementi emittat manifeste: quanq̃ os habeat: plantarũ generi simile est.

Stellarum etiam genus simile est. quippe quod concarũ complures aggrediens exugat. Ratio eorum quç inter exanguia absoluta uiuãt: ut mollium crustatorumq; eadẽ atq; testatorum est. partes igitur ad cibum accõmodatas: quas omnibus inesse necesse est: eo quo explicauimus modo sese hẽnt. Sed habeãt certe illud quoq; oportet: quod ei parti proporcionetur: cui sentiendi principatus in sanguineo genere mandatus ẽ. hoc enim in omnibus animalibus inesse necesse ẽ: ergo mollibus id membrana continetur humidum: per quod gula in uẽtrem pertendit: admota potius tergo: mutis id a nonnullis uocatur. Crustatis etiam tale quid alterum adiunctum est: quod & ipsum mutis nomine appellatur: humida corpulentaque ea pars est: tẽdit per eam mediam: ut modo diximus stomachus siue gula. Nã si inter eã & tergum positus esset: distẽdi çq; nõ posset: cibo ingrediente: propter dorsi duriciam. intestinum a mute natura semouit: extraq; posuit: & atramentum ĩtestino ãnexuit: ut q̃ plurimum distaret ab aditu: & pars sordida a nobili: & principe procul haberet: partem hãc cordi proportionari & situs ipse ostendit. Cum idem sit & dulcedo humoris: tãquam concocta: & sanguinea quçdam: incrustatis etiam eodẽ modo sentiendi principatus habetur: sed minus patet. attamẽ in medio semper quçrendum hoc principium est: aut scilicet inter partes qua cibum recipiunt: & qua excremẽtum emittũt. Si fixa degunt: aut inter dextram partem: & sinistram: Si ĩcessilia sunt: Insectis principii eiusmodi pars ut ante dixim⁹ ĩter

mytis

caput & alueum eſt:quę & ſi magna ex parte ſimplex ē:tamen
nõnullis multiplex eſt:ut iulis: & ſimilibus prelongis: quo fit
ut pręciſa uiuere poſſint.natura enim partem hanc ſimplicem
unamq; tantum facere in omnibus uult.itaq; ubi poteſt ſimpli
cem facit:ubi nõ poteſt multiplicem.idq; in aliis minus:ĩ aliis
magis apertum eſt.partes autem quę cibum adminiſtrãt : non
pari ratione datę omnibus ſunt:ſed plurimum differunt. qui-
buſdam enim in ore eſt quod aculeus appellatur:quaſi compo
ſitum: & una linguę ac labiorum optinens poteſtatem.quibus
autem aculeus non parte priore habetur:iis intra dentes tale ſen
ſorium continetur:idq; excipit ĩteſtinum rectum : ſimplex ad
oſtium uſq; excrementi porrectum.quibuſdam hoc retortum
in anfactum eſt. Sunt etiam quę uentrem oriri adiunctum:in
teſtinũq; a uentre reuolutum habeant: ut quę edaciora:maiora
que ſunt:conceptaculum cibi optineant copioſioris.

GEnus cicadarum peculiarem maxime omnium iſtorum
naturam ſortitum eſt.quippe quod partem eandẽ in uſũ
tum oris:tum linguę conſtitutam aptiſſime habeat:qua ueluti
radice cibum ex humoribus trahat. nempe omne inſectorum
genus minimo alimento contentum eſt: & prope ſibi ipſa ſuf-
ficiunt:non tam corporis exiguitate:quã frigiditate. quod enĩ
calidum eſt:cibum & deſiderat: & concoquit cito.cõtra quod
frigidum eſt:cibo carere facile patitur:ſed omnium maxime ci
cadarum genus ieiunum eſt. ſatis enim iis alimẽto eſt: humor
qui in corpore remanet:ſicut animalibus põticis:quę non diu-
tiuſ q̄ diem unum uiuere queunt:quã̄q̄ illis uita die uno ꝑquã-
breui temporis ſpacio deſcribitur:his plus temporis datur:ta-
men id quoq; breue eſt:Sed cum de partibus animalium ĩterio
ribus dictum iam ſit:ad reliquas exteriores redeundum ẽſt.in
cipiendumq; non unde digreſſi ſumus:ſed ab iis ipſis quę mo
do expoſui:ut iis expeditis quę morã exigũt breniorẽ: ãplius ĩ
genere animaliũ ꝑfecto: & ſanguine ꝑdito ĩmoremur.ergo ĩſe
cta animalia quã̄q̄ nõ ꝑtibus numeroſis cõſtãt:tamẽ ipſa inter
ſe diſſidẽt.quippe quę cũ omnia multos habeãt pedes:quoniã
contra tarditatem frigiditatẽq; naturę eorum numerus exauct9

pedum motionem efficiat faciliorem:tamē uarie numerū hūc sortiātur. Quę enim plurimum pro sui corporis longitudine frigēt: numero pręcipue superāt:ut iulorum genus. Quinetiā q͛ principia plura habeant:hinc & insectiones sunt: & numerꝰ pedum proinde augetur:quibus aūt pedes pauciores:hęc uolucres sunt:ut pedum inopia:adiumento pennarum compensef: ipsarum autem uolucrū quę pascuis uiuāt: & pabuli causa necesse habeant euagari hę quadripennes sunt: & corpulentiā habent leuiorem:ut apes & reliqua generis eiusdem:binas utroq; sui corporis latere pennas gerunt: At uero quę corpore exiguo sunt bipēnes constant:ut genus muscarū. Quę autē parua sūt: & uitam stabilem agunt: multis fulciuntur pennis: ut apes: & crusta pennas obtectas gerunt:uelut gallerucę & cętera id genꝰ insecta scilicet ut pennarum uires ītegras tueātur. Cū enim stabilia sint:corrūpi facilius possunt:q̄ quę motu citātur agiliori itaq; septo proposito muniūtur. Quinetiā penna eorū caret & fissura & caule.non enī pēna:sed mēbrana cutis ęmula est:quę p̄ siccitate necessario absoluaf corpore eorū : cū carnis portio frigeat. insecta autē sūt:tū ob causas p̄dictas: tū etiā ut sese tuto inflexu seruare possint:cōglomerāf enī quęcūq; ex iis ꝓlixo corpore sūt: quod effici nisi īsectis nō posset. Quę aūt glomerari neqant:cōtrahūt se incisuras quod patet:cum tāgūf:uelut ea q̄ canthari uocāf.ubi enim metuerint:motu cessant: totoq; corpore indurescūt.insecta uero hęc esse necessariū ꝓpterea ē q͛ in eorū essentia inest:ut multa principia habeant: eaq; ratiōe sane plantis assimilanf: ut enim plantę ip̄a quoq; p̄cisa uiuere possūt:sed hęc aliquādiu:ille uel pfici possūt:ac duę ex una atque etiā plures numero ꝓcreanf: aculeis etiā armanf nōnulla īsecta cōtra animalia noxia.gerif aculeus:aliis pte priore: aliis posteriore:aut enī ore:aut aluo extrema.nam ut elephantis ps delegata odoribus:cōmoda etiā :tū ad pugnandū:tū ad cibi usū habef:sic insectorū qbusdam lingua pluribus officiis fūgitur: qppe q̄ & cibū sentiat suscipiat:admoueatq;: & defendat contra aliorū iniurias.Quibus aūt non in ore aculeus:hęc dētes habent:cibi scilicet aut conficiendi: aut capiendi: ammouendiq;

gratia:ut formicę:ut apes. At uero q̃ aculeo in aluo armata ſũt
hęc ut animoſa aculeũ pro armis optinuere : qui aut intra aluũ
conditus eſt :ut in apibus & ueſpis :quoniã uolucres ſũt. nam
ſi prętenuis fragiliſq; aculeus extra pateret:facile corrũperet:
Sed ſi ut in ſcorpione diſtaret:onus ita afferret. ſcorpio ꝓfecto
ꝙ non uolatu:ſed greſſu ſe moueat:caudamq; ſortitꝰ ſit:acu-
leum caudę adiũctũ gerat:uel inutilem ad pugnam habeat :ne
ceſſe eſt nulli aculeus in aluo cui pennę binę. ꝙ enim imbecilla
paruaq; ſunt:ideo binas habent. quippe cũ uel a paucioribus ef-
ferre poſſint quę parua ſũt. quod idem cauſę eſt:etiam cur acu
leus parte priore gerat. cũ enim imbecilla ſint:uix parte priore
ferire poſſũt. At uero quę pluribus pẽnis ꝑdita ſũt: quia aucti-
ora ſunt:merito pennas plures optinuere:parteq; poſteriore ua
lent. ĩſtrumentũ autẽ non idẽ ad uſus diſſimiles haberi:ſi fieri
poteſt: ſed ad defendendũ acutiſſimũ:ad guſtandũ fũgoſum
& cibi attrahens melius eſt. Vbi enim licet duobus uti ad duo
opera:nec aliud impeditur:nihil tale natura facere ſolet : quale
per inopiã ars excuſſoria ob-eliſcolychniũ ex ueru lucernaque
cõponit:attamen id ſi fieri non põt:eodem ad plura opa abuti-
tur:pedes priores nõnulla ex iis longiores ideo habent:ut quo-
niam ꝓpter oculorũ duriciam nõ exquiſite cernãt:cruribus iis
longioribus abſtergant incidentẽ moleſtiã:atq; arceant: quod
& facere muſcas uidemus: & apes: & reliqua generis eiuſdem.
ſemꝑ enim prioribus cruribus uallãt: & ꝓtegũt .poſteriora me
diis longiora ſũt:ut ãbulent melius: & attollant facilius de ter
ra:cũ auolare libet: quod planiꝰ ea oſtẽdũt q̃ ſaliũt:ut locuſtę:
ut culices. cũ enĩ inflexa rurſus cõnixa extẽdũt: attolli de terra
neceſſe eſt. locuſtę nõ parte priore:ſed poſteriore habent crura
illa ad gubernaculorũ effigiẽ cõdita : ſuffraginẽ enim intus fle
cti neceſſe ẽ:quod nulli crurũ priorũ datũ ẽ. omnibus his ſeni
pedes:iis etiã quorũ enixu ſaliũt connumeratis.

TEſtatorũ corpus nõ multiplex ẽ:cuius rei cauſa ẽ:ꝙ eorũ
natura ſtabilis ẽ. Quę enim mobiliora ſũt: hęc plures ha
beant partes neceſſe eſt:quoniã actõnes eorum ſint: & officia.
plura enĩ deſiderãt ĩſtrumenta ea quę plures motiones exercẽt

At hęc aut omnino ĩmobilia ſũt:aut parũ mot⁹ adipiſcuntur. uerũ natura cõſulens eorũ ſaluti duriciã teſtę obduxit. ſũt alia uniualuia:alia biualuia:alia turbinata:ut dictũ iam ē. turbinati etiam generis:alia ĩ anfractũ intorta ſũt: ut buccina:alia in globum tantum circũacta:ut echinorũ genus:nec nõ biualuiũ:alia reſeratilia ſũt ut pectines & mituli.ab altero enĩ latere nodo ligantur:quędã utroqꝫ latere cõnexa ſunt ut unguium genus.habent omnia teſtata caput infra:plantarũ modo. cuius rei cauſa eſt:ꝙ cibum de imo capiant: ut plantę radicibus ſuis hauriunt. itaqꝫ iis uſu euenit: ut inferiora habeant ſupra: ſuperiora infra. membrana obducit:qua portio potulenta humoris tranſmiſſa liquataqꝫ cibo aſſumitur. nullum ex iis eſt quod capite careat. cęterę corporis ptes nomine uacant:pter eã quę cibum recipit.

CRuſtata omnia ingredi poſſũt:itaqꝫ pedes cõplures opti nuerũt. Summa eorũ genera quattuor numero ſũt:locuſtę:cammari:ſquillę: cãcri: quę ſingula in plures ſpecies diſtinguũt: quę nõ modo forma:uerũ magnitudine etiã multo ĩter ſe differant:alia enim magna:alia parua admodũ ſunt.gen⁹igitur cãcrariũ & locuſtariũ ſimlia ĩter ſe ſũt:eo ꝙ utrũqꝫ brachia forcipibus dẽticulatis habeat: ſed hęc nõ ingrediendi cauſa habentur:ſed ut iis quaſi manibus capiãt & retineãt. quãobrē cõtra quã pedes ea flectere ſolẽt: hos enĩ ĩ cauũ:illa ĩ orbē flectũt & circũagunt:ſic enim ad cibũ capiendũ ãmouēdumqꝫ cõmodius agitur:Sed [illegible] eſt:ꝙ locuſtę caudã habēt: cancri nõ hẽnt. locuſtis enĩ ut nãtibus cauda utilis eſt. natãt enim cauda:quaſi remo ĩnitendo. At cancris ĩutilis eſt : quoniã uitã agere terrenã cauernaſqꝫ ſubire ſoleant . qui tamē ex iis pelagii ſunt:ii pedes habent lõge retardiores ad ãbulãdum.ſunt enim cęteris ipſi nãtiores:ut maie:& qui heracleotici appellãtur.crura iis breuia:ꝙ parum mouētur.ſed ſalus eorũ beneficio cruſtę firmioris contingit:itaqꝫ maiis crura tenuiora:heracleoticis breuiora.

CAncelli autē qui perquãexigui in piſticulis repiuntur : pedes nouiſſimos latiuſculos habēt:ut ad nãdũ utiles ſint: quaſi pro pinnulis:aut remis pedes haberentur.

SQuillę a cancrario genere differũt : eo ꝙ caudã habeant.

alo crustario q forcipe careāt. idq quoniā plures habeāt pedes eo nāq redūtia illa absumitur: pedes optinēt plures: q nō magis ad nandū q̄ ad ingrediendū sint suapte natura propēsiores ptes supinas & capitis ita habent: ut alterę ad accipiendā reddēdamq aquā branchiarum specie conditę sint: alterę planiores tabellatioresq in foeminis crustati generis omnibus q̄ in maribus cōstent: & interiora uero opculi applicati hirtiora āpliora que foeminę cancri habent: quā mares. quoniā oua in ea ędunt non procul ut pisces: & cętera quę parere solēt: quo enī ampliora sint: eo locum ouis pstare poterūt capaciorē. locustę cācriq omnes forcipē dextrū grādiorē ualētioreq hēnt. pte enī dextra efficaciora suapte natura sūt animalia omnia. reddit autē semp a natura cuiq uel soli uel pcipue id quo uti potest: ut dētes: eosque aut exertos: aut serratos: aut continuos: & cornua & calcaria: & reliquas eiusmodi ptes. quarū usus ad defendēdū: aut dimicandū. cā mari soli nō certū sed alterutrū ęque ut fors tulerit forcipē habēt grādiorē: tā mares q̄ foeminę. causa autē cur forcipem habeāt: q ex eo genere sint: quod forcipē habet. cur alterum grādiorem incerte: q non ītegrā sui generis naturā tenet: sed ita degenerat: ut quod ad aliud destinatum est: eo nō eodē sed ad gressum utatur. Quisnā situs ptiū singularū sit: & qua differentia inter se discrepent: & quo mares cum foeminis dissideāt: ex commentatōne: dissectioneque animaliū petendū est.

Mollium ptes interiores āte cum cęterorum exposui nunc exteriorū ordinem psequemur. habent hęc foris alueum corporis īdiscretū: & pedes pti priori iunctos: circū caput: īfra oculos: circa os et dentes. sed cum cętera animalia quib9 pedes: aut pte priore posterioreq eos habeāt: aut latere: ut ea quę multis pedibus innitūt: & sanguine carent: hoc unū genus: pedes pte quā priorē in eo capimus: omnes cōtinet. cuius rei causa est: q pars eius posterior ad priorē adducta est: extremaq coeunt & cōfundūt: quomodo turbinatis inter testata accidit. Genus enī testatū omnino ptim crustatis: partim mollibus simile est: qua enim foris terrenā portionē: intus carneā habent: crustatis assimilātur: qua autem forma eiusmodi corporis constat. cum

mollibus cõuenit omne quodãmodo: sed pcipue quę ex turbi natis cuniculo in anfractũ cõtorquẽtur. natura enĩ eorũ utrorũ que pinde se habet quasi qs directa linea (ut in quadrupedũ & hominũ genere est) primũ extrema lineę pte supiore os sitũ in/ telligat. qua. a. mox stomachũ qua. b. tũ uẽtrẽ qua. c. deinde in testinũ usqꝫ in ostiũ excremẽti qua. d. hęc ita in sanguineo ge/ nere disposita sunt. & caput pectusqꝫ locũ optinent primũ. reli qua eorũ ipsorũ gratia: aut motus causa a natura adiecta sunt: ut priora posteriora qꝫ crura. In crustatis etiam ĩ sectisqꝫ ordo interiorum eodem modo cõstare uult: sed officiis exteriorũ motionũ differt a sangunieo genere. At uero mollia & turbi/ nata inter se quidem proxime constãt: sed iis econuerso. finis enim ad principium flectitur quasi quis lineam eflectendo ad/ ducat. d. ad. a. Cum enim ita partes interiores iis collocentur ambit alueus: qui in polypis tantũ caput uocat̃: qualis in testa to genere turbo est. nec aliud interẽ: nisi ꝙ alteris molle quod ambit est: alteris duro tegmine carnem natura complexa est: ut seruẽtur: Cum difficulter moueant̃. hinc fit ut excrementũ tam mollibus q̃ turbinatis meatu ori uicino emittat̃: q̃q̃ mol/ libus infra turbinatis a latere. hac de causa pedes mollium ita positi sunt: & contra q̃ cęterorum.

Sepię atqꝫ lolligines nõ simili ut polypi modo cõstãt: quoniã uim nandi tantũmodo habẽt: cum polypi uel ingredi possint. habent enim sepię & lolligines pedes supra dẽ tes senos exiguos: eorumque nouissimos duos maiores. reli/ quos autem octonorum duos infra omniũ maximos. ut enĩ quadrupedibus crura posteriora firmiora ualidioraqꝫ sunt: ita iis quoque maximi qui infra habentur. his enim onus sustinet̃ motusqꝫ potissimum agitur. duo etiam illi nouissimi maio/ res suis mediis sũt: quia illis ministrent. polypus medios qua/ tuor habet maximos. Omnibus igit̃ his pedes octoni. sed se/ piis & lolliginibus breues. polypis magni. aluũm enim corpo ris sepię & lolligines habẽt magnũ: polypi paruũ. itaqꝫ quod natura polypis ex corpore dempserat: id ĩ pedum longitudinẽ addit: ꝙ sepiis & lolliginibus de pedibus abstulerat: eo corpis

magnitudinē auxit. quāobrē polypis pedes nō ſolū ad nandū
utiles ſūt: ſed etiā ad ābulādū. ſepiis aūt & lolliginibus īutiles
ſūt. parui ſūt enī: cū alueū hēant magnū. cū itaq; pedes habeāt
breues: atq; īutiles: ne ęſtu maris tempeſtateq; exturbēt̄ ; ſaxis:
utq; de lōginquo admoueāt : ideo ꝓmuſcides binas prȩlongas
hēnt: q̄bus ueluti anchoris īnitāt̄ : ſeq; ſtabiliāt: mō nauigii tēpe
ſtate urgēte: uenētur etiā ꝓcul: oriq; elōginquo admoueāt. po/
lypi ꝓmuſcide carēt: quoniā pedes ad uſū eūdē cōmodos habe
ant. quorū autē pedibus acetabula cirramētaq; adſunt. hęc uim
cōtextūq; talē hēnt: qualē īplicamēta illa q̄bus digitos antiqui
medici indere ſolebāt. ita enī fibris īplexa ſūt: q̄bus carūculas :
cęteraq; cedentia trahāt. quippe quę lapſa ꝑhēdāt: intēta ꝑmāt:
& retineāt: cū pars īterior tota cōtingat: atq; āplectat̄. itaq; cum
aliud nō habeant: quo cape admouereq; poſſint: niſi aut pedes
aut ꝓmuſcides. hęc ꝑ manibus optinent ad uim: tū īferendā: tū
ꝓpulſandā atq; etiā ad cętera uitę munera neceſſaria. ſed cū cę
tera oīa geminis acetabulis ſeriē a capite ī extremos uſq; cirros
hēant ordinatā: gen⁹ unū polypi quoddā ſimplici īſpergit̄ ace
tabulo: cuius rei cauſa ad lōgitudinē tenuitatēq; brachii referē
da eſt. cū enī anguſtū ſit: ſimplicis acetabuli ordinē tātū capiat
neceſſe ē. nō igit̄ ita cōſtāt: q̄ neceſſe ſit ꝓpria ſubſtātię ratiōe.

DInnulā hęc oīa habēt circūdantē alueū: quę cū in cęteris :
tū ī grādiū lolliginū genere iūcta: ꝑpetuaq; geſtat̄. mino
res uero quas lolligines uocāt: latiorē hanc habēt: nec āguſtam
ut polypi & ſepię: neque circūactā ꝑ totū alueū : ſed de medio
orſam: cauſa cur eā habeāt ē: ut natent: & ſe dirigāt ut uolucres
cauda : ꝑēnis condita: piſces pęne cartilaginata regunt̄. polypis
hoc minimū ē: minimeque cōſpicuū: quoniā ꝑuū hēant alueū:
quē ſatis ſuis pedib⁹ dirigere poſſint. atq; de īſectis: deteſtatis:
de mollib⁹: dictū iā eſt: tā de īterioribus q̄ de exteriorib⁹ ꝑtib⁹

DE genere ſanguineo uiuiparo denuo diſſerēdū ē initio re
petito ; a reliq̄s ꝑtiū earū q̄ āte expoſitę ſunt : quas ubi diſ
finierimus: cōtinuo de ſanguineis ouiparis parimodo dicem⁹.
ꝑtes q̄bus caput aīaliū cōſtat & ceruix: et collū explicatę iā ſūt.
hēnt autem caput aīalia oīa ſanguine ꝑdita. exanguiū nōnullis

indiſcretũ hoc ẽ:ut cãcris.collũ omnibus uiuiparis eſt:ouiparo rum aliis eſt:aliis deeſt. Quę enĩ pulmonẽ hñt: collũ etiã optinent. Quę aũt ſpiritũ extrinſecus nõ accipiũt:carẽt hac pte. Caput cerebri gratia potiſſimũ eſt.hãc enĩ partẽ genus omne ſanguineum habeat neceſſe ẽ: & quidẽ loco obiecto cordi ob eas quas expoſuimus cãs: ſed natura ſenſuũ etiã nõnullos ĩ eo collocauit: quoniã ſanguis eius mẽbri tẽpatus modice ſit: & idoneus:tũ ad cerebrũ tepefaciendũ:tũ ad ſenſuũ tranqllitatẽ:atq; integritatẽ. Tertiã itẽ ptẽ ſubiecit eã quę aditũ cibo pberet.hic enĩ cõmode collocaret:quippe cũ neq; ſupra cor: & uitale principium:uẽter cõſtitui poſſet. neq; ſi inferius q̃ nũc eſt ponereť fieri poſſet:ut ęque aditus cibo pateret.corporis enĩ plixior lõgitudo faceret:ut longe a principio mouendi & cõcoquẽdi diſtaret. Sed enĩ caput ea cauſa cõditũ eſt.collũ aũt arterię gratia hẽtur. qppe quod eã atq; etiã gulã ptegat: ãplexuq; ſuo tueať: hoc cęteris animalibus flexibile: & uertebris cõpactũ eſt. At lupo & leoni oſſe perpetuo riget:cõmodius enĩ ad robur q̃ ad cęteros uſus collũ iis eẽ natura uoluit.a collo & capite crura priora pectuſq; hñť:ſed hõ uice pedũ priorũ brachia & quas man⁹ dicimus hẽt.Solus enĩ aĩaliũ omniũ erectus ẽ. Quoniã eius natura atq; ſubſtantia diuina eſt:officiũ aũt diuini eſt intelligere: atq; ſapere:quod nõ facile eẽt:ſi uaſta corpis moles aſſideret. pondus enĩ tardiorẽ reddit: & mẽtẽ & ſenſũ cõmunẽ.quã obrẽ cõcretione: & pondere grauiore opprimẽte : corpora uergere in terrã neceſſe eſt.itaq; natura tute cõſulens p brachiis: & manibus crura priora quadrupedibus fulto ſubdidit: nã poſteriora bina omnibus greſſilibus eſſe neceſſe ẽ.quorũ igiť anima pondus ſuſtinere nõ poſſet:hęc quadrupeda facta ſunt. aĩalia nãq; oĩa excepto homine:formã gerũt pomilionis:ẽ enim pomilio cuius pars ſupior magna eſt:inferior q̃ ſuſtinet põdus motũq; exercet:parua:minimeq; reſpõdens ſupiori. ſuperiorẽ intelligi eã uolo:quę a capite uſq; ad excremẽti oſtium ptendit:qua pectus etiam continetur.hominibus igitur hęc pars modice ad inferiorem condita eſt.multoq; minor adultis iam perfectiſque euadit.infantibus enim e diuerſo eſt:ſuperior magna: inferior

pomilio

pars corporis humani superior

minor est. quãobrẽ serpunt infantes nec ambulare possũt: iam principio. ne serpere quidẽ possunt: sed ĩmobiles iacẽt. omnes enim infantes pomiliões sunt: tum profectu ętatis; hominib9 pars inferior augetur: quadrupedibus contra: inferior primum maxima est. tum ꝓcessu tẽporis superior crescit: quę scilicet ea est: quę ab ano ad caput porrecta ẽ. unde fit ut pulli equini paulo suis parẽtib9 sint summissiores: atqꝫ adulti crure posteriore caput attingere nequeũt: quod nouelli facile attigũt. Sollipeda & bisulca ita se habẽt. digitata autẽ cornuqꝫ uacua: forma qdẽ & ipa pomilionis sũt: sed minus. quãobrẽ pars eorũ ĩferior ad superiorem defectus ratione incremẽtum capessit. Auium etiã & piscium genus omneque sanguine prędito: forma pomiliõis est: ut dixi. Quãobrẽ bruta hominibus sũt dementiora: etenĩ inter homines: pueri uiris: & inter uiros pomiliones mẽte deficiunt. quãq̃ aliis uiribus forte ualeant. cuius rei causa quã diximus est: ꝙ principium animi admodũ difficile motu: corpulẽtumque in iis est. addo etiam ꝙ cum minus remaneat caloris: qui efferat. plus autẽ terrenę portionis supersit: efficitur ut corpus animalis: tum minus: tũ etiam multipes formeť: demũque expes: ꝓstratũque in terrã pre inopia caloris ꝓueniat: sensimqꝫ ꝓcedẽdo ita degenerat: ut principium uitale caputque infra habeat: ad postremum immobile fit: & sensu uacuum: plantaque est: uice mutata: ut superiora infra: inferiora supra habeat. radix enim plantarum uim optinet oris: & capitis. semen contra supra: extremisqꝫ ramis consistit. Sed quã ob causã animaliũ aliud bipes: aliud multipes: aliud omnino expes: & cur alia plãtę: alia animantes constiterint: explicatum iam est. atque etiam qua de causa homo animaliũ unus erectus est: utqꝫ erectus sua pte natura: nõ desiderat crura priora: sed ꝓ iis brachia & man9 a natura recepit: Annaxagoras igitur hominẽ prudentissimum omnium animalium esse ait: quoniam unus omnium manus optinet: sed recta ratio exigit: ut quoniam prudentissimus omnium est: ideo manus receperit. manus enim instrumentũ sunt. natura autem ut homo prudens: ita tribuere solet cuique rem qua uti possit. rectius enim tibia dabitur perito tibię: q̃ tibiam

pomiliones

habenti: pitia tibię addetur. rem enī minorē maiori potoriq; natura addidit: non maiorē nobiliorem que minori: quod si ita melius ē. natura autem ex iis quę fieri possūt facere solet quod melius sit. homo non propter manus prudentissimus est: sed quia prudentissimus omnium animalium est: ideo manus optinet. qui enī prudentissimus ē: recte plurimis uti instrumētis pōt. manus autē esse uidet̄ nō unum iustrumentū: sed multa. est enim (ut ita loquar) instrumentum ante instrumenta. natura igitur ei qui artes plurimas recipere potest: manum reddidit q̄ ad plura instrumenta utilis est. Qui autem hominem nō bene: sed deterrime omnium animalium constare aiunt: nudum enī atque inermem creatum referunt: non recte ii sentiūt. cętera enī animalia unum auxilium habent: idq; nullo pacto possunt per mutare: sed quasi calceata semper dormire: ac omnia agere: nec uestitum unquam deponere pleniorem: neq; arma mutare quę semel accepint necesse ē. At homini multa habere auxilia licet: eaq; subinde mutare. arma etiā quę uelit: & ubi uelit capere pōt. manus enim & unguis ē: & ungula: & cornu: & hasta: & ensis: & quoduis aliud genus armorum: aut īstrumentorum: quippe quę omnia hęc sit: quoniā omnia & sumere potest: & tenere. cui manus naturę forma etiam adhibita est congrua. diuisa enī & multifida ē. nam in eius diuisione: componendi facultas ē. in compositione uis diuidendi esse non posset: uti etiā eadem modo simplici: mō duplici: & omnino multifariā licet. Quin & flexus digitorum ad capiendum premendūq; cōmodissime habēt. unus a latere adiunctus est digitus: isq; breuis: & crassus sed non longus: ut enim si manus omnino deesset: potestas capiendi non fieret: sic nisi digitus hic a latere adesset: nō eadem illa facultas probe daretur. hic enim a parte īferiori sursum premit: ut cęteri a superiore deorsum: quod fieri ita oportet si ualide quasi copula forti colligandum sit. pollet hic plurimum ut unus multis ęquiparet. breuęs etiam est: ut robustus sit: & quoniam nullā prętaret commoditatem si longus esset. recte etiā nouissimus digitus paruus est: & medius longus: tanquam remus nauigii medius: quod enim officio capitur: circū p mediū digitum complecti potissimum necesse est. Sed enim pollex et

magnus qui a latere iunctus est: ideo appellatur: quãuis paruus sit: quia cęteri sine eo inutiles fere sunt. ungues etiam recte natura molita est. quippe quę cęteris animalibus eos uel ad usum alium dederit. homini autem operimenti tantum gratia excogitarit. digitos enim extremos integunt & tuentur. flexus brachiorum homini: tum ad cibum ammouendium: tum ad cęteros usus cõtra quã quadrupedũ generi agunt. illis nãq; ĩtrorsus poplites flecti necesse est: ut ad gressum utiles sint. usũ enim pedũ pręstant artus priores: quãq̃ illius etiã generis ea q̃ digitata sunt nõ modo ad gressum utũtur prioribus cruribus: uerũ etiã ad manus officia uti nituntur. quippe quę & capiant prioribus cruribus & repugnent: quod sollipedes posterioribus faciunt. non enim crura eorum priora cubitis manibusq; proportione respõdent: ut nõnullorum ex iis: quorũ pedes ĩ digitos findũt: ob id pedes priores quinis distinctos digitis habẽt: posteriores quaternis: ut leones: et canes atque etiã lupi: & Pantherę. qntus enim eorum quinto magnoq; manus respõdet. Sed quę parua ĩter digitata sunt: posteriores etiã quinq; digitos optinẽt: quoniam serpere solent scilicet ut unguibus nũerosioribus apprehẽdendo facilius obrumpant ad sublimiora.

PEctus inter lacertos homini cõstitutum est: cęteris inter crura priora latum id esse in homine ratõne permittitur: cum nihil lacerti adiuncti lateribus impediant. At quadrupedibus ꝙ ante se crura cum ambulant locumq; mutant: protẽdũt: pars hęc coartata est. unde fit: ne quadrupedes eo loco habeãt mammas. nam homini ꝙ & spacii laxitas permittit: & carnosa ea pars est: cum operiri sedem cordis conueniat: mammę pectori afformatę sunt: carnulentę: maribus quidem ob eam quã diximus causam: sed foeminis ad alterum quoq; opus natura mammis abutitur: quod eã sępe facere dicimus: cibum enim in iis recondit suis paruulis. binę homini mammę quoniam binę sũt partes dextra & sinistra: duriusculae: spacio interposito disterminantur: quod & costę eodem loco sibi coeant: sine ulla molestia. cęteris animalibus mammae in pectore haberi inter crura non possunt: Ita enim gressum impedirent: plurribus

autem locis aliis habentur ſine ullo impedimēto. quibus enim ſolida ungula: aut cornua: & partus numero parciori: hęc mā-
mas inter femora habēt: eaſq; binas. Quę aūt numeroſo partu: & pede multifido ſunt: hęc aut plures per uētrem duplici ordi-
ne utroque de latere gerunt: ut ſues: ut canes: aut binas tantum medio uentre: ut leo. cuius rei cauſa eſt: non ꝙ parciſſime gene-
rat: nam plures quā duos interdum ędit: ſed quod minus lacte abundat. cibū enim quē raro aſſumit: quoniā carniuorū eſt: in corpus abſumit. Elephas duas tātū hēt: eaſq; ſub armis. cauſa cur duas habeat: ꝙ uniprolis ē: cur nō īter femora quod multi-
fidum ē. nullū enim inter femora hēt: cui pedes diſcreti in digi-
tos ſunt. cur ſupra ſub armis: ꝙ in iis q̄ plures optinent māmas & primę ſunt & plurimū lactis hauriūt: q̄ ea parte cōtinētur. ar-
gumento eſt: quod ſcrofę facere aſſolent. porcis enim ęditis pri-
mis māmas ꝓbēt: primas ergo cui unū ē quod primū in lucem ꝓdit: id primas hēat māmas neceſſe eſt: primę aūt q̄ ſub armis habētur. elephas hac de cauſa duas: eoq; loco māmas habet. q̄ autē multiprolia ſūt: hęc toto uentre exuberant. cuius rei cauſa ē: ꝙ ea quę ꝓlē numeroſiorē educatura ſint: māmas deſiderāt numeroſiores: quas cū ꝑ latitudinem nō niſi duas habere poſ-
ſint. uidelicet ratione bipartiti corporis: in dextrū ſiniſtrūq; per longitudinē habeant neceſſe eſt. Locus autē unus q̄ īter priora & poſteriora crura interiacet: porrectus ꝑ longitudinē eſt. Quę aūt nō multifida ſed deꝓpla ſūt: aut cornuta: hęc int̄ femora mā-
mas habent: ut equa: aſina: camelus. hęc enim ſingulos pariūt: & pes equo & aſino ſolidꝰ: camelo biſulcꝰ. cerua: etiam capra: uacca: et reliqua generis eiuſdem: mammas parte eadem gerūt. cuius rei cauſa eſt: ꝙ hęc ſurſum uerſus capiant ſui corporis in-
cremēta: itaque ubi confluuium & copia excremēti ſanguinis: qui locus ſane infra eſt: & circa effluentiſ materię oſtia: ibi mā-
mę a natura poſitę ſunt. qua enim parte motus agitur alimenti inde etiā capi alimentū poteſt. ſed. n. homo & foemina & mas habet in mammas: in cęteris mares nonnulli carent: ut equi. nō enim omnes ſed tantum qui matri ſimiles prodiere habent. de mammis dictum iam eſt.

a In Pectore uĕter subiacet costis nō clusilis: ob eā quam āte reddidimus causā scilicet ne aut cibi timorē qui p calorē necessario euenit: aut uteros plenos īpediat. finem aūt thoracis appellati faciunt ptes: quę ostiū excrementi: tū sicci: tū humidi cōtinent. natura uero pte eadē tū ad humidi excremēti exitum: tū ad rē uenereā utitur ī sexu: tū foeminino: tū etiā masculino omni sanguineo: exceptis paucis: in omniq; uiuiparo genere: nullo excepto. cuius rei causa est: q genitura humor qdā excre menticius est: sed hoc ita esse: nūc subiiciat: post demōstrabit. foeminę etiā parimodo mestrua pte eadem emittūt: sed de iis quoq; postea diffiniem9: nūc illud subiaceat. mēstrua etiā foe minarū excremētū esse & uacātē materiā. humida autē suapte natura sunt mestrua & genitura: itaq; eorū profusionē simili bus eisdēq; tribui partibus ratio est. intus autē quēadmodū se habeant: & qua differāt ratōne: sēmē genitale: & gestatio uteri: ex animaliū historia: cōmētationeq; aptū ē: & cū de generatiōe agemus dicetur. formas etiā harum partiū tales necessario ad officiū propositū esse debere: quales iā sunt obscurū nō ē. sed maris instrumētū alterū ab altero differt: p discrimine corpo rum. nō enim eque neruosa natura omnia cōstant. angetur etiā & minuitur hoc unū mēbrū: sine ulla morbi mutatione. horū enim alterū utile ad coitū: alterū ad cęteros corporis usus com modū est. nā si semp simili mō se haberet: īpedimēto nimium esse cōstat. hoc mēbrū ex euismodi ptib9: ut eorū quę modo dixi utrūq; possit euenire. partim enī neruū: partim cartilaginē hēt: itaq; & contrahi pōt: & extēdi: atq; etiā flatus capax ē. Sed quadrupedes foeminę omnes in auersū mingūt, Quippe q̄ ge nitale non alibi cōmodius habere possint ad coitū. Mares uero perpauci ī auersū mingūt: ut lynx: leo: camelus: lepus. Sollipes nullū sic mingit. hominis partes posteriores: & crura: peculiari modo prę quadrupedibus habentur. caudam omnia fere nō so lum uiuipara: sed etiam ouipara habēt. nam & si plerisque ma gnitudine mēbrū id caret: tamē aliquid prominet: quod caudā describere possit. homo unus cauda uacat. nates habet: quod nulli quadrupedum datum ē. crura etiā homini femore suraq;

thorax

carnulēta sūt. cū cętera animalia oīa nō modo uiuipara: uerum etiā q̄cūq; cruribus cōstāt: uacua carne hęc hēant. neruosa enim ossulenta: spinosa: rigida: quorū causa una est: ꝓpe dixerī omnium: ꝙ homo solus aīaliū erectus ē. ut igiť facile sustinere superiora posset: natura corpulētiā pti supiori dēpsit: īferiori addidit. itaque nates carnosas fecit: & femora & suras: sed nates uel ad corporis requiē utiles reddidit. quadrupedes. n. stare diu infatigatis uiribus possunt: utq; quasi iaceāt: cū quaternis fultis īnitātur. At uero homines nō facile erecto corpe stando durant: sed requiē sedileq; desiderāt. homo igiť nates: & crura carnosa habet: ob eā quā diximꝰ causā: & cauda ob eā rē uacat. alimētū enī quod caudā adit in hęc ipa absumiť: ususq; caudę necessarius defuit: quoniā nates sua corpulētia satis operiunt. At quadrupedes & reliqua aīalia ecōtrario. cū. n. forma pomiliōis degenerēt: parte sui superiore: pōdus omnēq; corpulētiā sustinent. s. dēptā parti īferiori. itaq; crura habēt rigidiora: & natibꝰ uacua: sed ut pars q̄ exitū excremento ministrat: ꝓtegereť & custodireť: caudā iis natura reddidit: sublato quod ad crura deferreť alimēto. Simia ꝙ forma ambigua sit: ut et ī neutro et in utroq; genere sit cōstituēda: ideo nec caudā habet: neq; nates: uidelicet ut bipes cauda uacat: ut quadrupes natibus.

CAudarū aūt plures differētię sūt: & natura iis quoque abutiť: cū nō modo ad ītegendam tuendāq; sedem utatur: uerum etiam ad reliqui corporis usum atque utilitatem.

PEdes quadrupedū īter se differūt: aliis. n. solidi: aliis multifidi. solidi sūt eorū qbꝰ p̄ corpis magnitudine: copiaq; terrenę portionis: ꝓ cornu: aut dēte: materia ad unguis naturā secesserit. sed enim ex ea copia pro pluribus unguibus unus unguis scilicet ūgula coalescit. Talo etiā ob eā rē carēt (quod magna ex pte dixerī) atq; etiā ꝙ si talꝰ adesset: crura posteriora difficilius flcterēť. celerius enī & apiūtur & claudūť: q̄ singulis angulis cōstent: q̄ q̄ pluribus. Talus aūt ut q̄ clauus est: tāquā alienus artus duobus hisce īseritur. pōdus qdē afferens: sed gradū efficiens tutiorem. hinc enim & ea quae talum habent: non in prioribus sed posterioribus tantum cruribus eum continent:

quoniã leuiora flexibilioraq; esse debẽt: quę pcedant. firmiora
autẽ cõtentioraq; esse posteriora cõgruit: ad repugnãdũ etiã in
ferẽdumq; ictũ uehemẽtiorẽ cõmodius ita cõstant. genus autẽ
hoc animaliũ cruribus ita uti posterioribus solet. bisulca talũ
habere certũ est: iis enĩ posteriora sunt pleniora: & quoniã talũ
habeãt sollipeda esse nõ possũt: quasi os quod pedi deest: ma
neat in suffragine: digitatis talus non est. nam si esset: digita
ta nõ eẽnt. sed tãtũ latitudinis findereť: quãtũ talus occuparet.
quãobrem ea quę talum habent: magna ex parte bisulca sunt.

Homini pedes omniũ maximi proportiõe magnitudinis
merito: solus enĩ erectus est: ita qui duo põdus corporis
totũ suscepturi essent: lõgitudinẽ latitudinẽq; optinere debue
runt. digitorũ etiã manus magnitudo contra quã pedis est rati
one. manus enĩ officiũ est cape atq; pmere: itaq; longos habeat
digitos oportet. mãus enim parte qua se flectit cõphẽdit: pedis
aũt officiũ ẽ tute constare: quod ea pte pedis effici putãdũ ẽ: q
infissa est. extremũ aũt fissũ quã infissũ esse melius est. nam si
pes totus infissus esset: totus cõsentiret parte aliqua laborãte:
quod fisso indigitos ęque accidere nõ põt. breues etiã minus
offendi lędiq; possũt. quãobrẽ hominũ pedes multifidi & bre
ui digiti sunt. Vnguiũ genus eadẽ causa pedes qua manus op
tinent. extrema enim operienda muniendaq; potissimum sunt
propter ĩbecillitatem. de animalibus sanguineis: uiuiparis: terre
stribus: fere omnibus dictum iam est.

Anguĩea uero ouipara ptim quadrupeda sũt: ptim expeda
quale unum tantũmodo genus serpentũ est. causã quãob
rem id pedibus uacet: reddidimus: cũ de gressu aĩaliũ agerem9.
cętera ei9 forma simili quadrupedib9 ouipis sũt. hẽnt hęc aĩalia
caput: ptesq; capitis eisdẽ de causis qb9 cętera sãguinea genera.

Linguam etiam in ore continẽt omnia: excepto uno cro
codilo fluuiatili. hunc enim non nisi locum tantummo
do linguę habere putaueris. cuius rei causa est ꝙ idem & terre
stris: & aquatilis quodammodo est: ergo ut terrestris locum
optinet linguę: ut aquatic9 elinguis est. pisces enim ut dictũ ẽ:
aut nullã habere linguam uidẽtur: nisi ualde resupinentur: aut

explanatam habent: causa est: quia iis linguę usus perquam exiguus est: quoniam mandere pergustareque non possint: sed in deuorando sensum uoluptatemque cibi capiant. lingua enim sensum mouet saporum. ęsculentorum autem omnium uoluptas in descendendo contingit: dum enim deglutimus pinguia: sentimus: & salsa: & dulcia: & reliqua generis eiusdem. sensum igitur hunc animalia etiam ouipara habent: & omnium fere condimentorum ęsculentorumque in deuorando gulę tactione suauitas existit: & gratia. quamobrem non qui potionum sapo rumque incontinentes sunt: iidem etiam condimentis ac cibo luxuriant. Sed cum ceteris animalibus sensus quoque gustandi adiunctus sit: illis quidem alter quasi unus tributus est.

LAcertis ex quadrupedibus ouiparis: lingua bifida: ut ser pentibus: parteque extrema pilosa admodum: ut dictum iam est: quinetiam uitulis marinis lingua bisulca est: quamobrem hęc anima lia omnia tenuia sunt.

SErratis etiam dentibus quadrupedes ouiparę sunt modo pi scium

SEnsoria autem omnia simili modo: atque cętera animalia ha bent: uerbi gratia nares olfaciendi: oculos uidendi: aures audiendi sensorium: non tamen hęc eminent: quomodo ne auibus quidem sed foramina tantum habent: causę utrisque duricia cutis est. altera enim penna: altera cortice integuntur. cortex loco squamę & simile est: sed sua natura rigidior atque durior quod in testudine atque serpentibus magnis & crocodilo fluuiatili palam fit. firmior enim osse euadit: ut qui talem naturam sortiatur.

PAlpebram superiorem hęc aialia non mouent: ut ne aues quidem. sed inferiore conniuent ea de causa quam cum de illis agerem⁹: red didim⁹: sed cum auium nonnullę ab angulis membrana obeunte nictent: hęc non nictantur. Sunt enim oculis durioribus quam aues: causa est: quia il lis utpote uolucribus acumen cernendi commodius ad uitę mune ra sit. hęc autem quoniam cauernas subire omnia solent: minus cernendi usum exquisitum requirunt.

SEd cum caput in partes duas diuidatur scilicet superiorem & inferiorem maxillam: homo & uiuiparae quadrupedes: maxillam sursum: deorsum: atque in latera agitant. pisces uero & aues

& ouiparę quadrupedes: sursum deorsumq; tãtũ mouẽt. causa ẽ
q eiusmodi motus utilis ad mordendũ secandũq; ẽ. qui autẽ
in latus agitur: ad cibũ molendũ cõficiẽdũq; accõmodat. Quę
igitur dẽtes habẽt maxillares: iis motus cõmode agitur in lat9.
Quę aũt maxillaribus carent: iis nullo pacto utilis mot9 hic ẽ.
quãobrẽ sublatus iis omnibus est: nihil enim natura supuacuũ
facit. Cętera omnia maxillam mouẽt ĩferiorẽ: crocodilus fluui
atilis unus supiorẽ. cuius rei causa est: q pedes ad capiendũ reti
nendũq; iuutiles hẽt. parui enĩ admodũ sunt: itaq; ad hunc usũ
natura os ei pro pedibus utile cõdidit. Ad retinẽdũ uero unde
ictus ĩferri uehemẽtius potest: inde motus cõmodius agit. ĩfer
tur autẽ uehementius desup q̃ de parte inferiore. ergo cũ utrius
que: tum capiẽdi: tũ mordendi usus ore administret: magis aũt
necessariũ retinẽdi officiũ sit. cui nec man9 sint: neq; pedes ido
nei: cõmodius iis est mouere superiorem maxillã q̃ inferiorem

QVod idem causę est: cur etiã cancri supiorẽ sui forcipis
partẽ moueãt: non ĩferiorẽ. hẽt enĩ p manu forcipẽ: illũ
itaq; utilẽ ad capiendũ nõ ad mordẽdũ forcipem esse oportet.
mordendi autẽ secãdiq; officium dẽtis ẽ. cancris igit cęterisq;
quibus licet otiosius cibum cape: quoniam in humore nõ sint:
oris usus partitus est: ut manibus aut pedibus capiãt: ore secẽt:
& mordeant. at crocodilis os in utrunq; usũ utile factum est a
natura: cum ita maxillę moueantur.

COllũ etiã omnia huiuscemodi animalia optinẽt: propter
pulmonem. quippe quę aerem per arterię fistulã pductio
rem: & accipiant et reddant. collũ enim id appellamus quod in
ter caput et armos humerosue interiacet. Serpens ĩter hęc collũ
minime: Sed pportionale colli habere uideri potest. si quidem
extremis quę modo dixi pars hęc describenda est. ppriũ serpẽ
tibus prę cęteris eiusdẽ generis animalibus est: ut caput uertere
in auersum: reliquo quiescente corpore ualeant. cuius rei causa
est: q modo insectorum structura uolubili constant: ut uerte
bras cartilaginosas: & flexibiles habeant. euenit igitur id serpẽ
tibus necessario: hac de causa: ad melius uero ut ita uitare pos
sint: quae ab auerso noceant. cum enim pręlongo sint corpore

& pedibus careant: inepti sũt ad se cõuertendũ: tuendumq̄ cõtra ea quę a tergo incurrant. nihil enim utilitatis esset: si caput erigere quidem possent. Sed circũagere nequirent.

HAbent hęc & eã quę pectori ꝓportione ꝑtem: mammas: nec ea parte: nec uspiam sui corporis continent: aues etiã mãmis carent. cuius rei causa ẽ: ꝙ nullũ ex iis habeat lac. mãma enim cõceptaculũ: & tanquã uas lactis est: nec solũ hęc sed etiã q̄cũq̄ nõ uiuipara intra se sũt: lacte uacãt: quoniã oua pariũt. in ouo autem lacteus ille cibus ingenitus ouiparis cõtinet: sed de his planius dicetur: cum de generatione agemus. de inflexu curuarum partiũ cõsideratũ iã est: cũ de communi animalium gressu ageremus.

CAudã etiã genus id animaliũ habet: partim ꝓlixiorẽ: partim breuiorem. cuius rei causam ante in uniuersum reddidimus. Omniũ uero ouiparorũ pedestriũ tenuissimus chamęleo est: quippe q̄ omniũ maxime inopia sanguinis rigeat: causa ad mores animę eius referẽda est. ꝓ nimio nãq̄ metu: multiformis efficitur. metus enim refrigeratio per inopiã sanguinis calorisq̄ est. De partibus animaliũ sãguinei generis: tũ expedum: tum quadrupedũ: aut bipedũ. Quę nã sint extra: & qua de causa dictum fere est.

AVes autem discrimine inter se discrepant: eo ꝙ in excessu defectu ue partium: & in pluris minorisq̄ ratione uersari ꝑcipimus. Sũt enim earũ alię longę crure: alię breui. linguã etiam alię latiusculam habent: alię angustam. eodemq̄ modo reliquis partibus differunt. At priuatim inter se paulo ratione partium differunt: quãq̄ a cęteris forma etiam partium discrepent. pennatum enim genus omuium auium est: idq̄ ꝓprium habet ad cętera animalia. cum enim alia squama: aut cortice tegantur: aues penna opertę sunt: pennamq̄ habent fissam: nec simili spẽ: atq̄ ea quę toti penna a pennę cõtinuitate appello. his enim fissa: illis infissa ẽ penna. & altera excaulis: altera caulata ẽ. q̄n etiã capite rostri naturã singularẽ ac ꝓpriã ꝑ cęteris gerunt. elephãtis.n. naris ꝓ manib9 ẽ. isectis q̄busdã lingua oris officio fũgit: ac his uice dẽtiũ mãusq̄: rostrũ osseũ datũ est. de sesuũ

locis dictum iam est. collum auibus quoq; porrectũ: eadẽq; de causa qua cęteris est. hoc aliis breue: aliis lõgum: & fere pro crurum modo: magna ex parte descriptũ est. Quibus enĩ lon-ga sunt crura: iis collum longum: cõtra quibus breuia crura iis collũ breue: pter quã palmipedibus. Collũ enĩ nec breue: cum cruribus longis: nec lõgũ cum breuibus: pastum administrare ex terra potest. carniuoris etiã uolucribus longitudo colli ĩ cõ moda est. ĩbecille enim quod plixũ est. iis autẽ uict9 beneficio uirium cõparaẽ: qnãobrẽ nulli collũ longum: cui ungues adun ci. palmipedes: & q̃ diuisis quidẽ: sed parũ diductis digitis sũt: ut quę eodẽ genere cum palmipedibus cõtineãẽ collũ longius habent. tale enim ad cibũ ex humore petendũ cõmodius ẽ: sed crura iis breuia: ut melius natare possint. Rostra etiã ĩter se dif ferunt uictus ratione: aliis enim rectum: aliis uncum rostrum est. rectum iis quę cibi capiendi gratia tantũ id habẽt. uncũ car niuoris. Tale enim utile est ad retinendũ: iis quę raptu uiuãt: et cibum ex animalibus petere necesse habeant. quibus autẽ uict9 ratio placida herbisq; comparãda est: iis rostrũ latum. hoc enĩ & ad effodiẽdum pabulũ: & ad euellendũ: & ad tondendũ cõ-modius est. nonnullis longũ: ut & collũ: quoniã cibũ ex alto cape soleãt: & quidẽ bona pars: tum earũ: tum etiã palmipedũ: aut simpliciter aut parte eadẽ captura bestiolarũ quarũdã aqua tilium uiuit. Itaq; fit ut collo quasi harũdine piscatoria: rostro autẽ ueluti linea & hamo utantur. ptes uero pronę supinę q;: & thorax appellatus: quadrupedũ cõfusius in genere auiũ habẽẽ. alę enĩ pro branchiis & prioribus pedibus dependẽt. mẽbrũ pe culiare auiũ: quãobrẽ p spatulis extrema alarũ dorso adhęrẽt.

Crura ut in homine bina: sed intro flectenda: ut quadru-pedum suffragines: non ut hominis poplices foras. alas autem quas uicem crurum priorum complere modo dixim9: in orbem agunt. bipes necessario est genus auium: inter ea quę sanguinem habent: atque etiam aligerũ. Cum enim sanguinea quęq; non pluribus q̃ quaternis notis moueãẽ: mẽbra pẽdentia quaterna: auibus quoq; sũt: ut cęteris gressilibus: & pedestrib9 quãq̃ illis brachia aut crura quaterna: auib9 uice crurũ priorum

brachiorũue:ala cõmune datum est mẽbrum. hac enim uolatiles sũt: quę quidẽ uolãdi uis in auis essentia cõtinetur. itaq; necessario restat: ut bipedes sint. ita enim notis siue signis quaternis alis scilicet additis moueantur.

PEctus acutũ carnosumq; omnibus est: acutũ ut meli⁹ uolent. lata enim q multũ aeris ꝓpellunt: difficilius mouẽť. carnosum: q quod acutũ est: nisi plene optũ sit: ĩbecillum est.

PEctori uenter subiacet ad ostiũ usq; excrementi: & suffraginẽ trudẽs: nõ aliter q̃ in quadrupedũ atq; hominũ genere. igitur ĩter alas: & crura partes hę positę sunt.

UMbilicũ oĩa habent: quę uel utero uiuiparis ędũtur: uel ouo ouipis excludũť. sed auibus iã adultis hic delitescit: ĩcertusq; est: ut patet per generatõnẽ eorũ. ĩtestini nãq; coalitu umbilic⁹ auiũ cõsistit: nõ uenarũ ps ulla ẽ ut ĩ uiuiparo genere.

ITem auiũ alię uolaces: alisq; grãdibus: atq; ualidis sunt: ut quę ungues habẽt aduncos: & carne uescũtur. uolaces enim tota uita esse necesse ẽ: itaq; pẽnis abũdãt: & alarũ magnitudine pstant. sed nõ modo quę uncis sũt unguibus: uerũ alia quoq; genera uolucrũ uolatu superant: uidelicet ea quę uel pernicitate uolandi sese tueanť: uel loca mutare soleant. sunt quę nõ uolaces: sed graues sint: quibus uita terrena: & aut fruge uiuunt aut nant: & apud aquas ĩmorantur. Corpora uncunguiũ exigua sũt: exceptis alis: quoniã alimenti copia in alas: & arma psidiũq; absumiť: cõtra quę uolaces nõ sũt: iis corpora ĩ molẽ euadunt grandiorem: atque ita efficitur: ut sint grauiores.

SEd grauiũ nõnullis psidio calcar ẽ: quod uice alarũ suis cruribus gerũt: eadẽ uero quę & calcar habeat: & ungues aduncos: nulla est. causa est q natura nihil supuacuũ facit. uolaci autẽ uncungui generi calcar usui esse nõ põt. utile enĩ tãtũ ĩ pedestri certamine ẽ: quãobrẽ grauiũ nõnullis adiũctũ ẽ: quibus ungues adunci nõ solũ ĩutiles: sed etiã nocui essent: cũ ad solũ hęrerent: & contra ĩgressũ infixi reniterenť. quãobrẽ uncũgues omnes difficulter ambulãt: nec ĩ saxis cõsistũt. natura. n. eiusmodi unguiũ cõtraria in utrũq; est: euenit id p generatõnẽ necessario: cũ quod terrenũ & ꝓcax in corpore est: formã ptiũ

commodatum ad pugnam recipiat :itaque ubi sursum prorue rit:rostri duriciam aut magnitudinem facit:ubi deorsū lapsū est:calcaria cruribus ualida effingit:aut pedibus unguium ma-gnitudinē & robur. Simul autem hęc singula locis diuersis ef ficere non potest. distracta enim excrementi eius natura inuali-da redditur. Item aliis crurum longitudinem condidit: aliis pe dum interualla complet:digitosque in palmę effigiem cōtexit: quo fit necessario:ut aues apte ad nandum:aut omnino palmi-pedes sint : aut discretos quidem habeant digitos:sed singulis ānexa latitudine cutis:ueluti spadiculas ductu perpetuo gerāt. hęc necessario his de causis ueniunt. quod autem ad notę meli oris rationem attinet pedes eiusmodi habent : uitę quā degunt gratia:ut cum in humore uiuant:nec pennis utantur : pedes ad nandum utiles habeant. iis enim perinde utuntur: ut remis nau tę: & pinnulis suis pisces. quāobrem si uel piscium pinnula:uel auium pedibus interiecta cutis destruet:nare non poterūt. Sūt in genere auium quę longis cruribus innitantur. cuius rei causa est:q uita earum palustris est. natura enim instrumenta ad offi ciū:nō officiū ad instrumēta accōmodat. quoniā igitur nantes non sint:ideo nō palmipedes sunt. q in solo pręmolli & lubri-co degant : hinc longa iis crura: & digiti productiores. flexus etiam plures ī digitis magna ex parte :sed cum uolaces nō sint: & tamen ex eadem materia omnes constent:efficitur ut alimen tum quod cęteris ad caudam transmittatur:iis in crura:id absū ptum reddat eam partem auctiorem:qua propter in uolatu pro cauda iis utuntur. porrectis enim cruribus in auersum uolant : ita enim fit:ut inter uolandum non impediat pedū prolixitas sed iuuet. At quibus crura breuia sunt:hęc ad uentrem contra-ctis cruribus uolant. cum enim nullis earum impedimēto sint: pedes ita positi:tum unguibus : uel ad raptum habentur expe-ditiores.

QVę longo sunt collo:si id crassius habent: uolant collo porrecto:si tenue:curuato feruntur:cum enim tenue pręlongitudine quatitur:facile frangi potest.

CLunis auibus omnibus est: quāquam non clunem : sed

femora bina habere propter longitudinē clunis uideātur. quippe cum ad medium usque uentrem porrigatur. Causa est: ꝙ genus hoc animalium bipes est: non erectum. nam si modo hominum aut quadrupedum clunem breuem a sede. crusq; deīde directa strue subditū haberet: omnino stare non posset. homo enim quia erectus est: stare potest. Quadrupedib⁹ crura priora ad corporis pōdus sustinendum subdita sunt. At aues nec erectę sunt: quoniam sua natura in pomilionem degenerat: neque crura habent priora: quoniam alas uice eorum sortiuntur. itaq; natura pro iis clunem longiorem emolita duxit ad medium: corpusque pronum fulciuit: & crura subdidit ea parte qua ponderee equilibrante: & ambulare equilibrio possent: & constare. Sed quam ob causam genus auium bipes non erectū sit: explicatum iam est. cur autem crura carnosa non habeat: eadem causa est: quam de quadrupedum cruribus reddidimus.

SVnt auibus digiti quaterni ęque omnibus. tam multifido: quā palmipedi generi. nam destructione terrę africę incola postea diffiniemus: ut bisulc⁹ est una cum reliquis quę ad auium genus habet contrariis. Sed cum omnibus quaterni digiti sint: tres parte priore habētur: unus posteriore pro calce: ut tute sit qui minutus īest: in iis quę longa habent crura: ut in crece euenit. nec est quod plures habeat digitos: sed cum talis digitorum positio in cęteris sit: In Iynce una quā turbinem appellatam dixi: utrinq; bini: causa est: ꝙ eius corpus minus quā cęterarum propensum est in aduersum.

TEstes omnibus auibus esse certum est: sed intus lumbis adhęrent. cuius rei causam in generatiōis ratione animalium explicabimus: partes auium ita se habent.

PIscium genus multilatius itē: ac imperfectius q̄ auiū partibus exterioribus est. Non enim crura: non manus: non alas hoc habet: cur ita: causa iam exposita est. Sed cōtinuo simplici corpore a capite in caudam usque porrigitur.

CAuda uero ipsa nō omnib⁹ similis est: sed cū cęteris nō ceuariet. planorum nonnullis spina constat: & longa est: incrementum enim eius partis ad piscis latitudinem transit: ut

i torpedine: pastinaca: & si quid aliud eiusmodi cartilagineum est. horum igitur cauda spinosa & longa est: quorundam carnosa quidem: sed breuis: eadem causa qua & torpedini. nihil enim refert: breuis carnosaque sit: an longa atque rigidior. cõtra accidit ranis: quod enim latitudo earum parte priore minus carnosa est: ideo natura quantum corpulentię priori ademerat: tantũ posteriori & caudę addidit. piscibus nulla membra depẽdent. quoniam eorum natura natilis est: ratione suę substantię. nihil enim superuacaneum: nihil frustra natura agit. Sed cũ sua substantia sanguinem habeant: & tamen natiles non gressiles sunt pinnulas habent: ut nantes. pedibus carẽt: ut non pedestres: sed aquatiles. pedum enim additio utilis ad motum qui in pedo: hoc est solo agatur: unde & nomen inditum pedibus ẽ. Ad hęc fieri non potest ut simul & quaternas habeant pinnulas: & pedes aut aliud eiusmodi membrum cum sanguinem habeant.

Orduli quanuis brãchiis prędití: pedes habent: quoniam penna carent: caudã etiam habent laxam: & latam. pisces qui non lati sunt modo raię aut pastinacę: quaternas pinnulas habent: binas parte prona: & binas supina. neque est qui habeat plures. sanguine enĩ careret. binas quę parte prona lateribus geruntur omnes fere habent: reliquis quę subditę sunt. carent nõnulli ex longis & corpulentis ut anguilla: ut conger: et mugilũ gen9: quod in lacu sipharum nascitur: nullę omnino pinnę prę longis & serpentis speciem referentibus: ut murenę: sed flexuoso impulsu corporum: ita humore utuntur: ut terra serpentes: modo nãque eodem serpentes natant: quo in sicco repũt. Causa cur id genus piscium pinnis careat: eadem est: qua serpentes pedibus uacent. cuius rei causam explicauimus: cum de incessu & motu animalium ageremus: aut enim male mouerentur: aut nullo pacto moueri possent: si quaternas mouendi notas haberent. uix enim mouerentur: siue propinquas inter se haberent: siue remotas: propter longius interuallum: sed si plures mouendi notas sanguinis uacua essent: hęc eadem causa bipennibus quoque piscibus reddenda est. serpentis enim ea quoque faciẽ referunt: & sui corporis flexu pro duabus pinnis utuntur. unde

fit ut ĩ ſicco & repere poſſint: & diutiꝰ uiuere. itaq; alteri nõ ꝓpti
nus: alteri cum pedeſtris naturę familiares ſint: minus examinã
tur. Qui autem binis tautũmodo pinnis natant: eas habent: quę
parti pronę adhęrent: niſi latitudo prohibeat: eaſq; iuxta caput
poſitas gerunt qui habent: quoniã eo loco longitudine careãt:
qua uice pennarũ moueãt̃. corpus. n. eius generis piſciũ expor
rectum in caudam eſt. Raia: & ſimiles pro pennis extrema ſui
corporis latitudine natant: Squatina: & rana: pẽnas lateribꝰ ac-
cõmodatas infra gerunt: propter ãplitudinẽ partis ſuperioris.
quę autem parti ſupinę cõmiſſę ſunt: eas iuxta caput adiũctas
habent. nihil enim latitudo impedit: quo minus moueant̃: ſed
pro ſuperis illis has gerunt minores iis quę ad latera applicãt̃.

Torpedo duas iuxta caudam pennas habet: pro reliq̃s lati
tudine utit̃: & utroq; ſui corporis ſemicirculo: quaſi ge
minis pẽnis natat. de partibus capitis et ſenſoriis antea dictũ ẽ.

Piſcium autem genus prę cęteris quae ſanguinem habent
animalibus propriam ſibi branchiorum naturam ſortitũ
eſt. Cur ita cauſam cum de ſpiratione ageremus reddidimus.
Quę autem branchias habent: aut ĩtectas gerunt: aut detectas:
ut genus omne cartilagineum: cauſa eſt ꝙ cartilagine tum brã-
chię: tum earum tegmenta conſtãt. Genꝰ autem hoc omne car
tilagineam habet ſpinam. motus etiam cartilaginei generis len
tus pigerq; eſt: quoniam non ſpina aut neruo corroboratur. cõ
tra genus ſpinatum celeriter fertur. tegmẽtum autem quod brã
chias opiat: celeriter moueri oportet. cum branchiarum natura
quaſi ad ſpirandi uſum piſcibus data ſit. quãobrem ĩ ſpinatis
nõ modo tegmentum: uerum etiam ipſi branchiarum meatus
cõtrahũt̃: ut celerius agatur. habent brãchias: alii multas: alii
paucas: & alii duplices: alii ſimplices: ſed nouiſſimã ſimplicẽ:
magna ex parte: uerum cognitio diligentior ex conſectionibꝰ
commentationeq; animalium petenda eſt. cauſa copię & ĩopię
branchiarum caloris cordi inſiti: copia aut inopia eſt. in quibꝰ
enim plus ineſt caloris: hęc celerius moueri oportet: & uehemẽ
tius. geminę autem branchię atq; duplices: talem naturam po-
tius quã ſimplices paucioreſque optinent. unde fit: ut nonnulli

ex iis qui branchias habent: pauciores minusq; cõtinentes: diu extra aquam uiuere possint: ut anguilla: & quicunque serpẽtis speciem referunt: non enim multum refrigerationis desiderãt.

SVnt & oris discrimina. aliis enim os ante: & promptum ẽ: aliis infra: parte supina: ut delphinis: & cartilagineo generi. quamobrem hęc nisi conuersa resupinentur: cibum corripere nequeunt. q natura non modo salutis gratia: cęterorũ pisciũ fecisse uidetur: dum enim sese ista cõuertunt: mora ĩtercedit: qua piscis quem insectantur: euadere possit. nam omnia id genus rapina piscium uiuũt. uerum etiam ne nimis suam deuorandi auiditatem explerent. Cum enim facilius caperent breui per immodicam facietatem perirent. Quoniam etiam cũ rostrũ eorum structura tereti: ac tenui sit: facile scindi in oris habitum non potest. Ad hęc differentia existit: q aliis os resciffum: aliis subinde in acutius compressum: carne uescentibus resciffum: ut iis quibus se pectinatim stipat dentium series. iis enim uires ore continentur. compressum: & ut modo dixi coartatum iis quę non carne uescantur

CVtis aliis squamata (etenim squama prę rigiditate tenuitateque desistẽs summa corporis occupat) aliis aspera: ut squatinę: raię: & reliquis generis eiusdem: aliis lęnis: sed paucissimis. cartilaginea squamis carent: sed aspera cute muniuntur: quoniam spina cartilaginea constant. terrenam enim portionẽ natura inde ad cutem transtulit: inq; eius asperitatẽ absumpsit.

TEstes piscium null⁹: nec intus: nec foris habet: nec serpẽtes: aut ex iis aliquid quę pedibus carẽt: partem eam habere compartum est. Sed eius uice meatum excremento & generationis usui accommodatum habent eundem: quem cętera quoque ouipara: eademque quadrupeda omnia continent. quoniã nec uesicam habent: neque excrementum humidum secernunt. piscium genus his a cęteris animalibus differentiis discrepat.

DElphini balenę & reliquum cętarium genus: branchiis carent: sed fistulam sui pulmonis causa continent: qua humorem quem in ore acceperint: respuant. nam & humorem admitti necesse est: cum cibum in aqua summersum capiant: &

admissum emitti necesse est. branchię igitur iis quę spirant: cõmode habentur. causam uero cum de spiratione ageremus: reddidimus. haud enim fieri potest: ut idem & branchias habeat: & spiret. sed enim iis ad respuendam aquam fistula data est: q̃ ante cerebrũ sita est: ne postposita id interciperet a spina. causa uero cur pulmonem hęc habeant: & spirent: q maiora animalia plus caloris sibi requirũt: ut possint moueri. quapropter pulmo iis inditus est: plenus caloris sanguinei. sunt hęc quodammodo & terrestria & aquatilia. ut enim aerẽ terrestrium more trahunt: sic pedibus uacant: & cibum in humore: modo aquatilium capiunt.

Vituli etiam marini & uespertiliones: quoniam ambigũt. alteri cum aquatilibus & terrestribus: alteri cum uolucribus & pedestribus: ideo participes & utrorunq; & neutrorum sunt. uituli nanq; marini si ut aquatiles ĩspectãtur: pedes hñt: si ut pedestres: pinnas. quippe qui pedes posteriores pisceos ad modũ habeãt: atq; etiã dẽtes oẽs serratos: acutosq;. uespertiliões etiã pedes ut uolucres habẽt: sed ut q̃drupedes non hñt. cauda etiã tã q̃drupedis q̃ uolucris carẽt. nã q uolucres sũt: cauda quadrupedis uacant: quia pedestres: uolucris. quod iis necessario accidit: habent enim cuteas pennas. nullũ autem uolatile caudã habet: nisi penna scissa uolatile sit. Genus enim id caudę ex pẽna eiusmodi cõstat: cauda uero quadrupedis generi uolatili adiuncta: uel impedimento eius pennis proculdubio esset.

Strucio etiam afric⁹ eodem modo: partim auem: partim quadrupedẽ refert. quippe qui non ut quadrupes pennas habeat: ut non auis sublimis non uolet: nec pennas ad uolãdũ commodas gerit: sed pilis similes. Item quasi quadrupes sit: pilos habet palpebrę superioris: & glaber capite: & parte colli superiore est. itaque cilia habet pilosiora. sed quasi auis sit: infra pennis integitur. bipes etiam tanquam auis: bisulcus tanquam quadrupes ẽ. nõ enim digitos habet: sed ungulam bipartitam: quarum rerum causa est: q magnitudine non auis: sed quadrupedis est. magnitudinem enim auium minimã esse prope dixerim necesse ẽ. corporis enim molem sublimem moueri nequaq̃

facile est:

SEd de partibus animalium quam ob causam queq; sint: dictum iam est: per omnia animalium genera. Quę cum explicata sint: Sequit ut de generationib9 animaliū disseram9.

ARISTOTELIS DE GENERATIONE ANIMALIVM LIBER PRIMVS INTERPRETE THEODORO.

CVM DE CAETERIS ANIMAlium partib9: tum summatim: tum singulatim seorsum de propriis generis cuiusq; dictū iam sit: quemadmodum & qua de causa unumquodq; esset. eam causam dico: cuius gratia quippiam sit. ponim9 enī causarū genera quattuor numero: primū cuius gratia ut finem. secundum substātię rationem: quę quasi unum quoddam fere existimanda sunt. Tertiū uero quartūq; materiam & id unde principium motus: sed cum de caeteris dictum iam sit: Ratio enim & id cuius gratia ut finis idē est. materia uero animalibus partibus sunt totis dissimilares: dissimilaribus similares: iisq; ea quę elementa corporum appellantur.

REstat ut de partibus quę ad generationem pertinent dissera mus: de quibus nihil adbuc diffinitum est: atque etiam de causa mouēte quęnā sit: sed de ea ipsa causa cōsiderare idē quodammodo est: atq; de generatione cuiusque agere. Quam obrem nostra hęc disputatio in idem ea coniecit cum & partes: quę ad generationem accommodantur: ultimas disposuisset: & generationis principium ab iis proximum collocasset.

ANimalium alia per coitum foeminę & maris gignuntur: scilicet in quibus generibus sexus uterque est: non enim in omnibus sed in pręditis sanguine: paucis quibusdam exceptis alterum mas: alterum foemīa perfectum euadit. exanguiū uero quędam marem & foeminam habent: ut sobolem eiusdē generis procreent: alia procreant quidem sed nō sui generis plē

ſcilicet quę non ex coitu animalium prodeunt ſed ex terra putri
aut excrementis. quod aũt in uniuerſũ dixerim: eorũ quę locum
mutare ſolent: aut nando: aut uolando: aut gradiendo: uidelicet
prout quodque actum ſuo corpore ẽ: nonnulla toto genere ſuo
ſexum utrunque optinent. non modo ſanguine prędita: uerum
etiam exanguia quędam. nam eorum quoque aliis toto genere
ſexus uterque eſt ut mollibus: ut cruſtatis: aliis maxima parte
ut generi inſectorum. eorum autem ipſorum quę ex coitu co-
gnatorum animalium gignuntur ipſa quoque ſibi cognata pro
generant.

At uero quę non ex coitu ſed putri materia oriuntur: ea ge
nerant quidem: ſed genus diuerſum quodque prodiit nec
mas eſt neque foemina. Talia ſunt nõnulla in genere ĩſectorũ.
quod iuſta euenit ratione. nam ſi ex coitu eorum quę nõ ex ani
malibus orta ſũt animalia orirẽtur: hęc ſi eiuſdem generis eẽnt:
primum quoque ortum parentum: talem eſſe oporteret: quod
recte ita cenſemus. quando ſic euenire in cęteris animalibus pa-
tet. ſed ſi diſſimilia quidem: ſed quę coire ĩter ſe poſſent gigne
rentur. rurſus ex iis alia quędam natura procrearetur: & alia ex
ea: idque ĩ infinitum procederet: At natura infinitum uitare ſo
let: infinitum enim fine caret: natura autem ſemper finem q̃rit.
Quę autem non greſſilia ſunt: ut teſtatum animalium genus:
& quę ſaxis adhęrentia uiuũt: quoniam natura ſimili plãtis cõ-
ſtant: hic ut in illis: Sic in his mas deeſt & foemina: ſed ſimili-
tudine proportioneque nomen ſexus accipiunt. habẽt enĩ parũ
eiuſmodi differentię: quoddam etenim in ſtirpium genere: ſũt
eodem in genere arbores quę fructum ferant: & quę ipſe quidẽ
non ferãt: ſed ferentes adiuuant illas ad maturandum: ut inter
ficum & caprificum euenit. generationis etiam ratio eadem in
ſtirpibus quoq; ẽ: cũ alie ſemine ꝓdeãt: alię ſpõte naturę. oriũt̃
enĩ a putreſcẽte uel humo uel ꝑte aliqua plãtę. ſũt enĩ q̃ ipſa ꝑ ſe
nũq̃ ſeorſũ cõſiſtãt: ſed ĩ aliis arborib⁹ dico ſoleãt generari ut
uiſcũ. ſed de ſtirpib⁹ ſiue plãtis ſeorſũ ope ꝑ ſe ipis dicato agẽ
dum eſt.

Nunc de aĩaliũ generatione diſſerẽdũ ẽ ꝓut cuiq; ratio cõ

petit deducenda ex iis quę dicta iā sūt. generatiōis enī principia
ut retulimus: illa potissimū quis statuerit marē & foeminā. ma
rem ut quod motus & generationis originē teneat: foeminā ut
quod materię: quā rē ita esse potissimū credes: si quēadmodū:
ūdeq; semē genitale fiat ītellexeris. Ex hoc enī q̄ natura oriunť
cōsistūt. id aūt quēadmodū ex mare ac foemina ꝓdeat nequaq̄
latere oportet. q̄ enī ea pars de foemina mareq; secerniť: & ī iis
atq; ex iis hęc secretio fit: ideo mas et fęmina prīcipiū cōseūrt
generationis. marē nāq; id aīal dicimus quod ī alio gignit. foe-
minā quod ī se ipo: quāobrē ī uniuerso quoq; naturā terrę qua-
si foeminā matrēq; statuūt. Cęlū aūt & solē & reliqua generis
eiusdē noīe genitoris patrisq; appellāt. mas aūt & foemina īter
se differūt ratiōe: q̄ facultas utriusq; diuersa ē. sensu aūt ptib9
corpis qbusdā discrepāt. ratiōis discrimē ita exultat ut mas sit
quod in altero generare pōt ut dictū ē. foemina quod in se ipo
& exquo fit quod generať cōtētū in eo quod generat: Sed cum
facultate & munere quodā hęc distinguāť: ad omnē aūt officii
functionē īstrumento opus sit: instrumētaq; facultatibus ptes
corpis accōmodēť: ad ꝓcreationē quoq; & coitū partes aliquas
eē accōmodatas necesse ē: easq; īter se diuersas qbus mas a foe
mina differat. nā & si de toto animali mas aut foemina diciť: ta
men nō quauis sui pte potētiaq; idē mas aut foemina ē: sed cer
ta quadā uirtute siue potētia: & parte: sicut & uim cernēdi gra-
diēdiq; optiet: ut sēsu patet. ptes uero eiusmōi sūt fęminę uteri
& uuluę: maris testes & coles: ī oīb9 sāguīe ꝓditis. eorū. n. aliis
testes: aliis meat9 eiusmōi qdā sūt. in genere etiā exāgui: discri-
men maris & foeminę ē: qbus hęc sexus cōtrarietas data ē. dif-
ferūt forma īter se ptes ad coitū delegate ī sāguineo genere: sed
ītelligēdū sic ē ut principio uel exiguo īmutato: multa ex iis q̄
a principio sūt īmutari soleāt. patet hoc ī exectis qbus pte geni
tali tātū corrupta tota fere forma usq; eo cōmutať: ut aut fęmīa
esse uideantur: aut parum absint: tanquam non qualibet sui
corporis parte aut potentia animal sit foemina aut mas. con-
stat igitur principium quoddam esse marem ac foeminam ita
que merito fit: ut multa commutentur: Cum animal qua

mas
foemina

mas
foemina

femina aut mas ē immutatur quasi principium dimoueatur.
TEstes & uteri aut uuluę:non pari ratione in omnibus sanguiue prędit is animalibus sunt. iam enim(ut primum de testibus dicam)alia omnino testibus carent in eo genere:ut pisces:ut serpētes:meatusq; tantum geminos semini genitali pręscriptos optinent:alia habent quidem testes sed ītus lumbis adhęrentes:qua renes continentur: meatusq; ab eorum utroq; foras tendunt:ut in iis quę testibus carent:qui in idem cōiūgātur: quomodo in illis constitutum ē:ita aues omnes habent:& quadrupedes quę oua pariunt:inter eas quę aerem accipiūt pulmonemq; optinēt:his enim omnibus testes lumbis intus adhęrēt: meatusq; gemini ab his similiter atq; serpentibus tēdunt ut lacerto testudini:atq; omnib9 cortice in tectis. Quę autē animal gignunt:omnia testes in aduerso habēt: sed nonnulla intus ultima conditos aluo:ut delphinus:nec meatus:sed penem pertēdentem habet ut boues:alia foris gerunt quorum alia pendentes ut homines:alia annexos ad sedem sessiles ut sues: sed de his diligentius distinctum est in libris quos de historia animalium scripsimus. uteri omnium bipartiti sunt ut testes gemini: oībus maribus habent sed aliis iuxta genitale:ut mulieribus & omnibus quę aīal nō solū foras sed etiam intra se generant. & piscibus qui oua ędunt:aliis iuxta septum trāsuersū siue cinctū ut auib9 oībus & piscibus q aīal pariūt.crustatis etiā uuluę bifidę sunt:atque etiā mollibus:quę enim oua eorū uocātur ꝓ uulua habent mēbranas quibus continentur. Sed hoc maxime indiscretum est in polypis ut simplex esse uideatur. cui9 rei causa ē forma corporis quę similis undiq; est. in sectis etiā quib9 aliquid magnitudinis bifidę sūt minoribus incerte propter corporis exiguitatem.partes quas explicandas proposui:ita se habēt. De differentia instrumentorū genitalium quę in marib9 sūt qui quas ob causas sint consideret:accipiat primū necesse ē: cuiusnam rei gratia testium constitutio habeatur. ergo si natura rē quācūq; facit aut qa necessaria ē: aut qa melius ita est:hoc etiā mēbrū ob eorū alterutrū eē debet: sed nō necessariū id eē ad generatōnē patet. oīb9.n.q generāt adiūctū eēt si necessitatis rō

haberetur .nūc uero nec serpentibus testes sunt:neque piscib9: uisi sūt enim coire plenosq; seminis genitalis habere suos meatus.restat igitur ut melioris cuiuspiam notę gratia testes habeātur.Sed enim maxime animaliū partis mun9 nullum fere aliud est nisi quod plantarum semen & fructus:utque in ratione cibi uoraciora auidioraq; sunt quibus ītestinum rectum: sic ea quę testibus carent meatusq; tantum habent:aut non carēt sed ītus habent:omnia propensiora celerioraq; ad uenerem sūt.At uero quę castiora esse cōuenit:iis ut in cibi usu intestino opus ē non recto: sic meatus illi reuolutionem anfractusque habēt: ne libido uehemens crebraq; citetur.testes aūt ad hāc rem emolita natura est:motum enim excrementi genitalis stabiliorem faciunt in uiuiparis:ut equis cęterisq; eiusmodi:atq; etiam hominibus: cum replicationem seruent.Sed quemadmodum se habeāt:petendū ex animalium historiis est.nullā enī partem meatuum testes complent:sed adiecti pendent eo modo quo pōdera textrices telis annectunt.his enim detractis meatus intro se retrahūt: quo fit ne execta possint generare:nam nisi ita retraherētur possent generare. & iam Taurus quidam cum statim a castratione iniisset: impleuit:quoniam nondum retracti essent meatus.

AVium uero & quadrupedū ouiparorum testes excrementum recipiunt genitale itaq; tardius iis q̄ piscibus semen prodit.patet hoc in auium genere cum tempore coitus: testes multo habeant grandiores quę certo tempore coeāt: At ubi id tempus pręterierit:adeo exiguos habēt:ut incertum fere an habeant sit:cum tamen eo tempore quo coeunt gerāt pręgrādes. cęlerius itaq; ea coeunt:quę testes intra se continent.quae enim extra habent:non prius semen emittunt q̄ retrahant testes.

INstrumentum etiam accommodatum ad coitum quadrupedes optinēt: habere enim id possunt. Aues & quę pedibus uacant habere nequeunt:quoniam alteris crura sub media aluo posita sunt: alteris nulla sunt crura. natura autē penis hinc pendet & situm hunc tenet: & qdē ob eam rē euenit: ut in coeūdo crura contēdātur.nā & instrumentū hoc neruo cōstat: & crurū natura neruosa est.itaq; cum habere id nequeant.testes

A de vid testes

quoq; aut non habere aut non eo loco habere necesse est. Idem enim situs penis & testium ē in iis quę habent utrūq;: quinetiā ea quorum testes sunt extra: cum penis per motū calescit: semē genitale proinde collectum emittunt: nō parato iam semine cō trectant ut pisces. Omnibus quę animal generant: testes āte habentur uel intus uel extra preterq̄ herinaceo. hic enim unus lumbis adherentes continet ob eandem qua aues causam. coitum enī herinaceorum celeriter fieri necesse est: cum non more quadrupedum superueniant tergis: sed erecti coniugantur propter aculeos. causa quamobrem testes habēt quę membrum hoc optinent: & cur alia intus alia extra declaratum iam est.

QVę autem carent eo mēbro: nō quia meli⁹ sit carere ideo carent: sed tantum quia necessarium ut dictum est: quoniam celeriter peragatur eorum coitus necesse est. qualis natura piscium & serpentum est. pisces enim incurrentes attingunt ab soluunturq; ocissime. nam ut ī hominum & eiusmodi omniū genere semen genitale spiritu retēto emitti necesse ē: sic in piscibus mari non in brāchiis accepto emittitur. facile autem peunt: nisi id assidue faciant: itaq; nō iis semen tantisper concoquēdū est: cum coeunt ut pedestribus & uiuiparis: sed tēpestatis tempore iam concoctum cōtinēt uniuersum: ita ne dum cōtingūt: cōficiant sed concoctum paratumq; emittant: quāobrem testibus carent meatusq; simplices rectosq; habēt: qualis particula q̄dā circa testes quadrupedum est: replicationis enim meatus pars altera sanguinea ē qua recipit̄ materia seminis: altera exanguis: qua factū iam semen transit. itaq; cum genitura eo deuenit: celeriter ea quoq; absoluuntur: At piscibus talis totus meatus est qualis in homine cęterisq; eiusmodi animalib⁹ pars replicationis altera est.

SErpentes complexu mutuo coeunt carent testibus & pene ut dictum iam est. Pene quia cruribus carēt. Testibus ꝑpter sui corporis lōgitudinē meat⁹ mō pisciū habēt. ꝗ enim eorum natura porrecta in longū est: si ꝑterea in testes ꝓtraherē tur refrigeraret̄ genitura propter morā lōgioris itineris: quod iis quoq; accidit qb⁹ penis īmodic⁹ est. sūt. n. infecūdiores iis

quibus mediocris propterea q seme frigidu infecundu e. refri
geratur autem quod longe admodum fertur: sed qua ob causa
animalium alia habent testes: alia non habent: declaratu ia est.

Coeunt serpentes coplexu mutuo ppter ineptam sui cor
poris forma ad applicandum. cum enim exigua quada
sui pte coniungantur: nequeunt pre nimia prolixitate adaptari:
cuq membris quibus aplectatur careat: pro iis agilitate corpis
utuntur complexuq mutuo sese obuoluentes expediunt uene
rem. unde fit ut lentius absolui q pisces uideantur: non solum
meatum plixitate sed etia ea ipsa: qua utuntur sollertia.

De uteris aut uuluis quemadmodu se habeant ambiges:
magna est enim eius partis diuersitas: nam neq uiuipara
omnia habent simili situ: Sed cum homines omneq genus ter
restre infra ad genitale habeant: cartilaginea supra continet iu
xta septu: neq ouipara sibi coueniut: sed pisces ifra ut homines
& quadrupedes uiuiparę habent. aues & quadrupedes oniparę
supra: attamen ipsi quoq situs contrarii no sut a ratione remo
ti. Iam eni quę oua pariunt diuerse pariut. etenim alia imperfe
cta emittut oua: ut pisces. foris eni piscium oua perficiuntur et
augentur. cuius rei causa est q magna fęcunditas e: idq mun9
eorum ut stirpium est. q si intra se foetum perficeret pauciora
necessario ęderent. nunc uero & tot continent ut uulua unum
esse ouum in paruis quidem pisciculis uideatur. Sut enim ii fe
cundissimi: ut in cęteris quoque tum plantis tum aialibus eue
nit: quorum natura iis proportionet: in iis enim magnitudinis
incrementum uertitur in seminis copiam. aues & quadrupedes
ouipare, oua ędunt perfecta quę ut seruari possint: duro ia con
stent putamine oportet. sunt enim quandiu increscunt mollio
ra: testa autem efficitur calore externo euaporante humorem.
itaque calidum esse locum in quo id fiat necesse e. talis aut lo
cus septi trasuersi e qppe q cibu cocoquendo pficiat: Quod si
oua cotineri in uulua necesse e: uulua eoru q oua ędut pfecta si
ta ee ad septu necesse e. eoru aut q ipfecta ifra: ita eni in pmptu
erit. & sua uero natura uulua propensior ad situ inferiore qua
ad superiorem est: nisi quid aliud opus naturę impedit. infra e

enim exitus eius officium.

Uiuipara etiam inter se differunt. alia enim non modo foras uerum etiam ītra se animal generant: ut homines ut eq ut canes denique omnia quę pilis teguntur & inter aquatilia delphini balenę & reliqua cętarii generis.

Cartilaginea uero & uiperę cum ītra se oua generant: mox animal foras pariunt: perfectum generāt ouum. ita enim ex ouo animal gignitur: ex imperfecto nullum. non extra hęc pariunt oua quia natura frigida sunt non quia calida ut quidā uolunt.

Cute molli intecta generant oua. q enī caloris exigui sūt ultimum siccare natura eorum nō potest. Quia igitur frigida sunt molle generant quia molle nō extra. periret enim propter suam molliciem. Cum autem ex ouo animal gignitur: eodem quo in auibus modo parte plurima generatur. descendunt oua ī imum efficiunturque animalia infra ad genitale: quomō in iis fit quę iam inde a primo ortu animal generant. quāobrē uulua quoque eorum dissimis: tum uiuiparis: tum ouiparis ē: quoniam utriusque consortiū generis habent. nam & supra ad septū & infra porrectā gen9 omne cartilagineū hēt. sed tā de ea quā de cęteris uuluę aut uteri generib9 quēadmodū se habeāt: p historias dissectōnesq animaliū īdagādū pcipiēdūq ē. itaq hoc genus & supra continet uuluā: q ouiparū pfectorū ouorū est: & infra quia uiuiparū est atq pticeps utriusq euadit: At uero ea quę ptinus animal generant omnia infra habēt. nullo enī naturę opere impediūtur: nec ptū gemināt. Ad hęc fieri nō pōt ut aīalia iuxta septū gignāf. foetū enī pōdus & motū habere necesse est. is autē loc9 cū uitalis sit hęc pati nō pōt. difficultatem etiā pariēdi ita accidere necesse ē ppter delationē lōgiorē: nam & nūc mulieres si ī partu uel oscitādo uel aliqua eiusmodi causa retrahūt: difficili9 pariūt. Inanes etiā uteri aut uuluę sursum adiūctę strangulāt: nec nō ualidiores eē eas q̄ animal cōtineant necesse ē. quamobrem omnes eę carnosę sūt. Quę aūt ad septū iūgunf mēbrana constant: tum etiā in iis ipsis animalibus quę geminant partum planum hoc idem fit. oua enim supra atque

ad latus continent. animalia uero parte infera uuluę gerunt sed quam ob causam situ contrario uuluas nonnulla animalia habent: & omnino quamobrem aliis infra: aliis supra ad septum continetur dictum iam est.

CVr autem uteros aut uuluas omnia intus habeāt. Testes alia extra: alia intus causa est ꝙ cum utero contineatur quod gignitur. idque custodiam operimentum & cōctionem desideret hinc uteri: aut uuluę omnium intus sunt. locus enim exterior corporis & frigid⁹ est & offensioni expositus. Testes aliis intus aliis extra: propterea ꝙ iis quoque operimento & uelamine opus est: tum ut seruentur: tum ut semen genitale pficere possint. haud enim fieri potest ut frigētes & gelidi possint retrahi atque emittere genituram. quamobrem quibus testes in propatulo sunt: habent operimentum cuteum: quod scortum uocatur. Sed quibus natura cutis prę sua diricia obstat ne mollis cutea & ad complectendum habilis sit: ut iis quę aut piscea cute aut cortice teguntur: iis intus habeantur necesse est: quapropter delphini & quęcunque cętarii generis habēt testes int⁹ continent: atque etiam ouiparę quadrupedes corticati generis. cutis etiam auium dura est ut magnitudini debitę inhabilis sit: sed ad comprehendendum causam his omnibus designari necesse est: una cum iis quas antea diximus ex iis quae per initum & rem uenereã accidunt. hęc eadem causa est: & ut elephantus ac herinaceus testes habeant ītus. cutis enim iis quoq; inepta ad habendam particulam quę operiat. Situs etiam uterorum contrarius in iis quę animal intra se generāt ad ea quę oua ędūt: atque etiam eius ouipari generis in iis quae uterum infra habent: ad ea quę supra ad septū. uerbi gratia piscibus ad aues quadrupedesque ouiparas: atque etiam iis quę modo utroque generant ut oua intra se pariant: animal ędant in lucem. quę enī intra se & foris animal generant utrū habēt in aluo: ut homo: bos: canis: & reliqua generis eiusdē: nā ad foetus: tū salutē: tum incremētū expedit nihil ponderis insidere uteris.

MEatus etiā diuersus iis oībus ē: quo excrementū siccū & quo humidū exit. quā obrē omnia id gen⁹ tā foeminę q̃

mares genitale habent: quo excrementum humidum secernatur quoque maribus genitura foeminis partus emittatur parte priore superioreque meatus is continetur. Quę autem pariunt quidem oua sed īperfecta: ut pisces ouiparis: iis non sub aluo sed lumbis adhęrens uulua continetur. nec enim incrementum oui impedimento est. quoniam inchoatum prodiens ouum foris perficitur: & meatus idem excrementarius alimenti sicci & int⁹ est omnibus quę genitali carent. ouiparis etiam iis quę habent uesicam ut testudinibus. Generationis enim causa non excrementi emittendi duplex meatus ē: sed quia seminis natura humida est: ideo meatus idem communis cum excremento humidi alimenti habetur. constat hoc ita esse eo ꝙ cum genitale semen omnia animalia ferant excrementum tamen humidum illud non omnia reddunt: sed cum & maris seminales meatus & foeminę uterum firmari nec oberrare oporteat: idque aut in parte priore corporis: aut in posteriore ad prona effici necesse sit: idcirco uiuiparis propter foetum uterus in parte priore positus est: ouiparis ad lumbos & prona. Quę autem animal ędūt in lucem: cum intra se oua generarint: iis situs uterqꝫ: quoniam utrunque referunt genus: & eadem tū uiuipara: tū ouipara sūt. partem enim uuluę superiorem in qua oua gignuntur: sub septo ad lumbos & prona habent: inferiorem ad aluum: hac enī iam procreant animal. Meatus idem iis quoque sicci alimenti & coitus est: nulli enim ex iis genitale pendet: ut antea dictum est. meatus etiam genitales marium: tum eorum quorū proprii sunt: tū uero eorum quę testes habēt simili modo atque uuluę ouiparorum habent. omnibus enim ad prona & spine locum adhęrent: non enim uagari sed stabiles esse oportet. talis autē locus posterior est: is enim est qui continentiam prębeat: & stabilitatem. Quibus itaque testes intus continentur: iis protinus cum meatibus firmantur: nec secus iis est quibus extra tū eodē deueniunt scilicet in locum genitalis communique excipiunt meatu: similis & delphino meatum modus est: sed testes sub aluo occulti. sed quemnā situm partes ad generationem accōmodatę: & quas ob causas tenuerint ī his generibus dictū iā ē.

CAeteris quę sanguine uacant animalibus non idem membrorum ad generationem ptinentium modus: sed tũ int⁹ seipsa: Tum etiam cum sanguineis dissident. sunt hęc reliqua genera quattuor numero: unum crustatum: secundum molle: tertium isectum: quartum testatum: An quarti generis ulla coeant: incertum est: plurima tamen non coire apertum est. Quēadmodum consistant postea dicemus. crustata coeunt modo eorum quę in auersum mingunt: cum alterum supinum: alterũ pronum applicauerint caudas: etenĩ ne parte supina supueniãt pronam impediunt caudę prę suarum pinnarũ prolixa appendice. habent in hoc genere mares tenues genitales meatus foemĩę uuluas membranas ad intestinũ fissas: hinc atq; inde in quibus gignitur ouum.

MOllia ore coeunt renixu complexuq; mutuo brachiorum Sic enim coniũgi necesse ē quoniã natura exitũ excremēti in os inflectendo adduxerit: ut antea dictum est cum de partibus ageremus: habere foeminas oēs in hoc genere membrum uuluale apertũ est. continent enim ouũ primo indiscretũ: mox discretum in plura: & pariunt omnia ipfecta modo ouiparorum piscium: meatus ille interior idem excremēti & uuluę ē: tũ in iis: tum etiam in crustatis. est enim qua semē genitale p meatum emittãt: idq; parte corporis supina: qua putamen distat & mare illabitur faciunt. quãobrem ea parte mas cum foemina copulatur. nam si mas siue semē siue membrũ aut aliquã uirtutē siue uim aliam mittit admoueri ad meatum uulualem necesse est. crinis uero in tertio maris polypi p fistulam qua piscatores crine coire polypis aiunt cõplexus gratia fit: nõ quasi ĩstrumētũ id sit utile ad generationem: etenim extra meatũ corpusq; est. interdum tergis quoq; mollia copulantur: sed generatõnis ne gratia an alia causa nõdum exploratum habetur.

INsectorũ aliqua coeunt: atq; ex animalibus eiusdē generis oriũtur modo eorum quibus est sanguis ut locustę: cicade: phalangia: nespę: formicę. aliqua coeunt quidem & generãt: sed non sui generis animal: sed uermiculos tantum. neque ex animalibus procreantur sed ex putrescēte humido aut sicco

ut pulices: musce: scarabei. quedam nec ex animalibus nascunt neque coeũt: ut culices & uermiculi: & plura eiusmodi genera. inter ea uero que coeunt femina maxima ex parte maiores maribus sunt: nec meatus ulli seminales in maribus esse uidentur: nullum parte plurima dixerim membrum foeminę a mare inseritur: sed mari a foemina sursum de parte inferiore quod conspectum in pluribus est: nec de superuentu ambigitur: sed contra ut mas feminę inserat uisum in paucis est: neque adhuc ita exploratum habetur ut genere possimus distinguere.

HOc idem fere in piscibus quoq; oniparis maxima ex parte: & in quadrupedibus ouiparis est ut foeminę maiores sint maribus: quoniam id icommodum est ad uterum magna ouorum copia extumescentem. foeminis in eo genere membrũ quod pro uulua habetur fissũ iuxta ĩtestinum ut cęteris positũ est: in quo foetus generaẽ. patet hoc in locustis: & reliquis quorum magnitudo aliqua sit: & natũa coitũ recipiat. maxima. n. pars generis insecti perexigua est: instrumenta generationi accõmodata: de quibus non antea disseruimus: ita se habent.

SImilarium partum semen genitale & lac reliquim⁹: de quibus nuuc oportune dicem⁹. & primum de semine: post in sequentibus de lacte.

SEmen alia aperte emittunt: ut ea quę sũt natura sãguinea: alia idest insecta & mollia emittant nec ne incertũ est: itaq; considerandum hoc est: utrum mares omnes semen emittãt: an non omnes. & si non omnes: cur alii emittant: alii non. Tũ etiã utrum foeminę semen aliquod conferant ad procreationem: an non. & si non semen: utrum nec aliud quicquam adhibeant: an q̃uis non semen: tamen aliquod conferant. Ad hęc quidnam cõducant ea quę semen emittũt: suo semine ad generationẽ querẽdum est. atque omnino quę natura sit seminis: & eorũ quę menstrua uocantur: scilicet in iis animalibus quę id humoris genus emittunt: Omnia ex semine gigni. semen autem ipsum profici sci a generantibus uidetur. Quamobrem eiusdem studii est quęstio. utrum ambo mas & foemina emittant: an alter tantum: & utrum ex toto corpore secernitur: an non ex toto. nam si nõ ex

toto: nec ex ambobus quidē parentibus prodire probabile est. quapropter primum de hoc: quemadmodum se habeat inquirendum est. Sūt enim qui dicant id ex toto corpore prouenire. Quibus autem argumentis probent: ut semen ex unaquaqꝫ corporis parte secernatur: quatuor fere numero sunt. primum uehemētia uoluptatis. magis enim suaue est: quod idem amplioris sit affectus. amplius autē est: quod omnibus membris: q̄ quod paucis accidat. Secundum ꝙ ex mancis manca procreentur. semen enim ab ea quę deest parte proficisci negāt. unde autem nō accesserit: id ne procreetur accidit. Tertiū similitudo parentū. similes enim gignūtur: ut toto corpore toti: sic particulatim singulis partib9: quod si causa est: ut totum simile sit: ꝙ ex tali toto: semen genitale prodierit: partibus quoque causa similitudinis erit: ꝙ ex unaquaqꝫ parte aliquid uenerit. Quartum quod ratio esse uidetur: ut quemadmodum totius aliquid est: ex quo primum generetur: sic partis quoque cuiusqꝫ sit semē aliquod proprium. fidem etiam illa faciunt huic opinioni uerisimilem: nō solum enim rebus naturę insitis & natiuis: libri similes parentibus prodeunt. sed etiam aduenticias atque externas pręsentant. iam enim cum parentes cicatrices haberēt: filii quidā parte eadem sui corporis idem habuerunt: & chalcedone cum pater brachio esse compuncto: filius idem retulit. confusa tamen nota: minusque explanata. his fere rationibus quidam potissimū crediderunt: semen a toto corpore proficisci.

Sed cum scrutamur: & diligentius rem discutimus: cōtra potius esse uidetur. nec supradicta quattuor illa soluete difficile est. & quędam alia sequuntur impossibilia: ex ea ipsa opinione. primum igitur: similitudo nullum iudicium affert: ut semē genitale ex toto corpore secedat: quādoquidem & uoce: & unguibus: & pilis: et motu similes procreantur: ex quibus nihil proueniat. nonnulla etiam nondum habent cum generāt: ut canos: aut barbā: maioribus item suis plerūque similes sūt: ex quibus nihil secessit. redditur enim post plura genera similitudo: ut elide quę cum ethiope concubuerat: non filiam forma ethiopis peperit: sed natus ex filia erat ethiops. In stirpibus etiā

unde semen genitale

eadem ratio eſt. nam ſi hoc ita eſſet: in iis quoque ab omnibus
partibus ſemē proculdubio proficiſceretur. at pleraſque partes
aut ille non habent aut quiſque abſcindere poteſt: aut poſt geni
tas habēt. quin etiam ex fructibus nihil ſecedit: & tamen ii quo
que forma eadem proueniunt. ad haec utrum ex unaquaque ſi
milari parte tantum prodit: Verbi gratia carne: oſſe: neruo: An
etiam ex diſſimilaribus: ut facie: & manu. nam ſi ex illis tātum:
Similes autem parentibus ſunt: partium potius diſſimilarium
forma: ut faciei: manuum: pedū: Quid nam obſtet ne illę quo-
que ſimiles ſint ſeceſſu ex toto: ſed alia cauſa: quādo nec ī ipis
quidem ſimilitudo: propterea ſit: quia ex toto corpore ſemen
genitale ſeceſſerit: ſed ſi ex diſſimilaribus tantum: ergo non ex
toto & partibus omnibus. At ex ſimilaribus magis conueniat:
Sunt enim priores: & diſſimilares ex ſimilaribus conſtant: & ut
facie ac manibus ſimiles procreantur: ſic & carne & unguibus.
At uero ſi ex utriſque: quiſnam modus ſit generationis: cōſtāt
enim partes diſſimilares ex ſimilaribus: itaque ꝙ ex his ſecedit:
ex illis quoque ſeceſſerit: atque ex ipſa compoſitione, perinde:
quaſi a nomine ſcripto quippiā proficiſcatur: ſi a toto uel a qua
uis ſyllaba proficiſcetur: quod ſi a ſyllabis ab elemētis compo
ſitioneque prodierit: itaque ſi ex igne & reliquis eiuſmodi car-
nes oſſarie conſtant: ex elementis potius fuerint. nam ex cōpo-
ſitione quonā pacto poſſint? At qui ſine ea ſimile eſſe nihil po
terit: quod ſi quid eā poſtea creat: id cauſa ſimilitudinis fuerit:
nō ſeceſſio ex toto. Item ſi partes diſtractę in ſemine ſint: quo
nam pacto uiuat: ſed ſi coniunctae paruum quoddam animal
fuerit. genitales etiam partes quonam pacto conſiſtant: nō enī
ſimile eſt quod a mare & foemine ſecedit. item ſi utriuſque ſe-
men ęque ex toto uenit: duo animalia generabuntur: utrunque
enim omnia habebit. quāobrem empedocles maxime (ſi ita di-
cēdum eſt) conſentanea huic rationi ſcripſiſſe uidetur hoc qui
dem loco: nam ſi alibi diuerſa: non bene. dicit enim maris ac fę
minę quaſi ſymbolum eē: totum uero a neutro proficiſci: Sed
diſcerpta gerunt mas ipſe & foemina membra. cur enim foe-
mina non ex ſe ipſa generet: ſi quidem ſemen ex toto ſecedit:

& conceptaculum optinet. Sed ut uidetur: aut non ex toto sece
dit: aut ita ut ille ait: non ex utroque eadem secedunt. quapro-
pter alterum alterius coitum desiderat. sed ĩpossibile illud quo
que occurrit: nec enim maiora possunt distracta seruari: anima-
taque esse: quomodo empedocles generat amore: cũ dicit mul
taque ponuntur capita absque sua ceruice: mox enim coalesce-
re coagmittarique ait: quod fieri nõ posse apertum est: quãdo
nec anima uitaque omni uacua seruari possẽt: neque ueluti plu
ra animalia coalescere in unum. & iis qui ex toto secedere aiũt:
accidit: ut eodem modo quo ille dicant. nam ut tum amore in
terra: sic iis in corpore agitur. nõ enim fieri potest: ut partes cõ-
iungãtur: commeandoque: eodem deueniant. Tum etiam quo
nam pacto dirimantur superiora: ĩferiora: dextra: sinistra: prio
ra: posteriora. hęc enim omnia carent ratione. item cum partiũ
alię facultate: alia affectib9 distinguantur: uidelicet dissimilares
eo ꝙ efficere aliquid possint: ut lingua: ut manus. Similares du
ricia: mollicia: & reliquis eiusmodi affectionibus: non enim ut
cumque se habet: sanguis est: aut caro. Cõstat ob eam rem fieri
non posse: ut quod secesserit uniuocum sit: cum partib9 corpo
ris: uerbi gratia ut sanguis a sanguine: caro a carne proueniat.
At si ex diuerso quodam sanguis fiat: non ea causa similitudi
nis fuerit: ꝙ ex omnib9 partib9 decesserit: ut aiũt: qui ita opinã
tur. Satis est enim ex una tantum secedere: quandoquidem nõ
sanguis ex sanguine gignitur. cur enim non omnia uel ex uno
gignant. hęc enim sententia eadem eẽ uidetur: atque illa anaxa
gore: ut similare gignatur: nisi quod ille commune id de omni-
bus asserit. hi uero generationi tãtum animalium tribuunt. Ad
hęc quonam pacto ista augeantur: cum ex toto secesserint. ana
xagoras enim probe ait: carnes ex alimento carni accedere: sed
iis qui eadem non dicunt: & tamen secedere ex toto pronũtiãt:
quonam pacto alio accedẽte maius quicquam efficietur: si qđ
accesserit maneat. At si mutari quod accesserit potest: cur non
iam inde ab initio semen sit tale: ut gigni ex eo possit sanguis
& caro: nõ ipsũ sit sanguis & caro: nec uero dici põt: tẽpatione

postaugeri : perinde ut uinum aqua adiecta. ita enim principio
maxime sincerum meratũque esset unumquodq;. nunc uero et
caro & os & queuis alia pars quod dicitur: id postmodum ma
gis est. Seminis autem partem aliquam dici neruũ esse : aut os
longe plus ẽ q̃ ut noster sensus assequi possit. ad hec si foemina
& mas differunt inter se uteri ratione: ut empedocles ait. Fũdit
in puris mas: foemina frigore ĩito. mutari uidemus tam uiros q̃
mulieres: ut queãdmodum ex infecũdis fecundi sic ex habilib9
foemine procreande ad maris procreationem propensi euadãt:
quasi nõ sit causa in secedẽdo ex toto nec ne: sed in moderatiõe
ĩmoderatõeue eius qd' ex muliere uiroq; secedat: aut ob aliquã
eiusmodi causam : si hoc inquã ita esse ponamus: constat non
propterea esse feminã: quia ex quodam secesserit. itaq; nec ptẽ
quidem quam propriam habet mas: aut foemina secessu consi-
stere. Siquidem semen idẽ et mas effici potest & foemina: tanq̃
nõ alterutra pars in semine sit. Quid igitur referat: de hac parte
ita dicatur: an de ceteris? nam si semen ab utero non prouenit :
eadem ceteris quoq; partibus ratio seruanda est. Item nõnulla
animalia oriuntur ex nullis uel eiusdem uel diuersi generis ani-
malibus: ut musce & genera papilionum: ex quibus gignuntur
quidem animalia: sed non similis nature : sed genus quoddam
uermiculi. patet igitur non semine quod ex cunctis partibus se-
cesserit generari quecũque diuersi generis sunt: nam similia es
sent: siquidem similitudo indicio esset: q ex cunctis secesserit.
quedam etiam animalia uno coitu plura generant. plantas uero
omnino motu eodem: omnem annuũ fructum afferre certum
est: quod fieri non posset : si ex cunctis partibus semen secer-
neretur. singulas enĩ e singulis uel coitibus: uel secessibus : fieri
secretiones necesse ẽ. nec uero fieri potest : ut in utero diuidat'.
iam enim tanquã a planta nouella aut animali nuper edito: non
semine separetur. Item que a uulsione feruntur: semẽ afferũt: er
go & prius quã a uulsa fererentur : ex eadem sui magnitudine
fructificasse nõ ex tota plãta: destrictũ semẽ tulisse certum est.
Omniũ uero maximũ argumẽtũ ĩ genere ĩsectorũ aĩaduertim9

ſatis: ꝙ & ſi non omnium: tamen plurimorum. fęmina per coi-
tum particulam quandam ſuam inſerit in marem: & quidẽ coi
tum ita agunt quod antea dictum eſt. Subiecta enim in ſupera
indere uiſuntur: quanquam non omnia: ſed plurima ex iis que
explorata habemus. itaque in iis etiã maribus qui ſemine emit-
tunt: non cauſa generationis eſt: ꝙ ex toto ſeceſſerit: ſed alio
quodammodo de quo poſtea uidebimus. nam ſi cauſę eſſet ſe
ceſſus: ut putant: non ex cunctis ſecedere partibus cẽſendum eſ
ſet: ſed ab agente creatriceqꝫ tantum: uelut a fabro nõ a materia:
ſed ii ſimile aiunt: ut ſi uel a calceis proficiſci dicant: filiꝰ enim
qui patri ſimilis eſt ſimili fere cultu corporis utitur. cauſa autẽ
ut uoluptas rei uenereę uehementior ſit: non ꝙ ex toto ſeceſſe-
rit eſt: ſed quia prurigo uehemens accidit. quamobrem ſi quis
frequenter ea re utitur: minus afficitur uoluptate. Itẽ uoluptas
ueneris in fine coitꝰ potiſſimum eſt. At ſi ex toto ſecerneretur:
non ſimul: ſed ſingulis partibus: aliis prius: aliis poſt exultaret.
cauſa uero quamobrem ex mancis manca proueniunt: eadẽ eſt:
& cur filii ſimiles parentibus prodeunt: ſed non manca etiam
ex mancis gignuntur: ut & diſſimiles ſuis parentibus. quorum
cauſam poſtea conſiderabimus: eadem enim quęſtio eſt. Item
ſi ſemen non a foemina emittitur: eadem ratione profecto: nec
ex toto ſecedere probari poteſt. & ſi non ex toto ſecedit: nihil
rationi repugnat: ſi a foemina quoqꝫ nõ ſecedere: ſed alio quo-
dam modo cauſam generatõnis pręſtari a foemina ſtatuemus.
qua de re ut diſſeramus: proximum eſt: cum ſemen non ex cun
ctis ſecerni partibus apertum iam ſit. initium uero tũ eiꝰ ipſius
propoſiti: tum etiam ſequentis totius diſputationis: ut primũ
de ſemine quidnam ſit: accipiamus: ita enim & officia ipſa: &
quę officiis accidunt: facilius conſiderare poterimus. Tale autẽ
ſua natura ſemen eſſe requirit: ut ex eo primo oriãtur ea quę ſe
cundum naturam conſtituuntur: non ꝙ ex illo: uerbi gratia ho
mine aliquid ſit quod agat: fit enim aliquid ex hoc: quia ſemẽ
eius eſt. Sed cum multifariam aliud ex alio fiat: alio enĩ mõ: cũ
ex die noctem fieri dicimus: aut ex puero uirum: quoniam hoc
poſt hoc: alio cum ex ęre ſtatuam: aut ex ligno lectum: & q̃cũqꝫ

ex materia fieri dicimus: ut ex aliquo quod insit: & formetur: totum sit: alio cum ex musico immusicū: aut ex sano ęgrum: & omnino cōtrarium ex contrario. pręterea ut epicarmus facit suam exaggeratōnem: ex calūniis maledicta: ex maledictis pugna: quę omnia eo referuntur: unde principium motus. quale id quoque quod modo diximus est. pars enim quędam totius discordię calūnia ē: sed aliquorum extra quod mouerit est: ut ars extra suum opus est: & lucerna extra domus incendium. cū itaque tot modis aliud ex alio fiat: semen in altero de duobus his esse apertum est: aut enim ex eo ut materia: aut ut ex primo quod mouerit est: quod gignitur. non enim ut hoc post hoc: quomodo ex panatheneis nauigatō: neque ut ex contrario contrariū: gignitur enim contrariū ex contrario quod corrumpit: & aliud quippiam subiici oportet: ex quo primo immanente sit. Igitur in utro nam de duobis illis constituendum sit semē: considerandum est: utrum ut materia: & patiens: an ut forma: & agens: an etiam ut utrūq;. una enim cum iis fortasse declarabitur: & quonam pacto ex contrariis generatio sit: omnibus iis quę ex semine oriuntur. nam ea quoq; generatio quę ex contrariis sit: naturalis est. alia enim ex contrariis oriuntur: mare dico & foemina: alia ex uno tantum: ut plantę omnes: & animalium nōnulla in quibus nō distinctus seorsumq; constitutus ē sexus maris & foeminę. Genitura igitur id uocatur quod a generante ꝓueniens causa est: quę prima optineat principiū generationis: uidelicet in iis quę coire natura uoluit. Semen autem ē quod ex ambobus coeuntibus illis originem trahit: quale semē plātarū omniū ē: & animaliū nōnullorū in quibus sexus distinctus nō est. uelut id quod ex mare ac foemina primū miscetur: quasi cōceptus promiscuus quidam: aut animal. hęc enī iam habēt qđ ex ābobus requirit. Semē & fructus īter se differūt: prioris posteriorisq; ratōe. fructus enī quod ex alio ē: semē ex quo aliđ. nam alias ābo idem sunt. Natura autem prima eius qđ semen uocatur: q̄nam sit exponēda lati⁹ est. Quodcūq; in corpore accipimus: aut partem esse: secūdū naturā: uel dissimilarē uel similarē necesse est: aut pręter naturam: ut uel papulā: uel excremētū

genitura
semen

de gen. 1. 192

uel colliquamentum uel alimentum. excremẽtũ appello reliqas alimenti: colliquamentũ quod ex incremento secernitur resolutione: prẽter naturã. Sed nullã id esse partem uel similarem uel dissimilarem apertum est. nihil enim ex eo quãnis similari constituitur: ut ex neruo aut carne. Quoniã etiam cum cęterę omnes partes separatę sint: ipsum separatum non est: nec uero pręter naturam est neqꝫ naturae oblesę uicium cum in omnib⁹ ĩsit: & natura ex eo ipso oriatur. alimentum plane res aduenticia est: Itaqꝫ aut colliquamentum aut excrementum esse necesse est. ueteres quidem auctores opinari uidentur: id esse colliquamentũ Quod enim ex toto secedere: ꝓpter motus calorem dicũt: uim habet colliquamenti. colliquamenta autem pręter naturam sũt: nec quicquam secundum naturam oriri potest ex iis quę pręter naturam sũt. excrementum igitur esse necesse est: Ad omne excremẽtum: aut alimenti inutilis ẽ: aut utilis. Inutile dico: a quo nihil pręterea naturę suppeditetur: sed quo pl⁹ absumit̃: eo magis natura uiciat̃. utile contra: sed enim non tale excrementũ id esse constat: eo ꝙ iis: qui uel ętate uel morbo pessime se habẽt: genus hoc excrementi plurimum inest: semen minime: aut enĩ nullũ omnino: aut non prolificum: propter inutilis ac morbidi excrementi per mixtionem. ergo utilis excremẽti pars aliqua semen est: utilissimum autem quod ultimum est: & ex quo iam unũquodqꝫ gignitur membrum: est enim tum prius tum posterius. primi igitur alimẽti excremẽtũ pituita est: & si quid aliud eiusmodi est. pituita enim alimenti utilis excremẽtum est. cui⁹ rei indicium ꝙ per mixtum cum cibo puro alere potest: & labore absumitur. ultimum autem parum admodum ex plurimo relinquitur alimento. sed ĩtelligendum perexiguo augeri quotidie animalia et plantas. nam nisi ita esset: additione pluris cadẽ uel minima modũ excederẽt magnitudinis. igit̃ cõtra q̃ ueteres putarũt dicendũ est. Cũ enĩ illi quod ex toto secedat: semẽ esse fateãt̃: Nos quod ad totũ suapte natura faciat: semẽ esse fatebimur. Cũqꝫ illi colliquamẽtũ dicant: nos excrementum poti⁹ eẽ statuimus. quod enĩ ultimũ accedat: & excremẽtũ ultimi sit: id simile eẽ ꝓbabilius ẽ: ꝓinde ut pictoribus sępenumero aliquid

excrementum
colliquamentum
utile excrementum
prius posterius
alimentum
pituita
ultimi alimenti
excrementum

andriceli:idest purpurissi remanet simile eius quod cõsumpse-rint. Tabescens autẽ quodq; & colliquescens corrũpitur: & degenerat.argumentum:non colliquamẽtum:sed excrementũ potius esse illud est: qp animalia magni incerementi minus fęcũda: parua fęcundissima sunt.plus enim colliquamenti eẽ in magnis necesse est:sed minus excrementi. quippe cum ĩ corpus magnũ copia absumitur alimenti:itaq; parum fit excrementi.Item loc9 secundum naturã nullus colliquamẽto datus est: sed fluit quocunq; facilius ferri potest. At naturalib9 excrementis omnibus locus pręscriptus est: uerbi gratia alimẽti sicci excremẽtis alu9. humidi uesica:utilis uentriculus:seminalis uterus: genitale:mãme.in ea enim loca se colligunt atque confluunt.

Testimoniũ etiam faciunt ea quę eueniũt: ut semen quod diximus:id sit:quę ideo accidunt. quia talis excrementi natura est:dissolutõ enim & imbecillitas manifesta cõsequitur: ubi uel minimũ id secesserit:ut quasi corpus eo fine priuet: qui demũ ab alimẽto afferatur. pauci uero quidã & breui tempore per ętatẽ leuanť: cũ id secedit:uidelicet ubi copia superit:quomõ alimẽtũ. primũ si ubi modũ excesserit emittitur: meli9 corpori cedit. leuat etiam cũ secum alia trahit excrementa: non enĩ solum semen est quod exit:Sed etiam alię permixtę facultates cum eo secedunt:quę insalubres sunt:quãobrem nonnullis improle aliquãdo ẽ:quod emittiť:quia parum seminis habet. sed enim plurimis & magna ex parte ita accidit: ut uenere exoluanť debilitenturq; ob eam quam dixim9 causam. Ad hęc semẽ nec in prima ętate neq; in senectute neq; ĩ morbis est.carẽt hoc ęgri ꝓpter ĩbecillitatẽ.senes qp nõ satis eorũ natura potest cõcoqre. pueri ꝓpter incremẽtũ.absumitur enĩ totũ alimentũ ĩ corporis desiderium:priusq̃ aliquid excremẽti remaneat.qnquẽnio nãq; fere corpus in homine quidem dimidiũ capere uidetur omnis magnitudinis:quę reliquo toto tẽpore cõpetur. multis autẽ & animalibus & plãtis euenit.differẽtia in iis ipis tũ generi cũ genere:tũ etiam ĩ eodẽ genere cõsortibus speciei ĩter se:ut homini cũ homine: & uiti cũ uite.alia enim multũ seminis ędũt:alia parum:alia nihil omnino:idq; nõ pre imbecillitate:sed cõtra non

nullis euenit: absumitur enim in corpus ut hominũ nõnullis: q ubi per habitum corporis bonum carnulẽti: aut pinguiores euaserint: minus semen emittunt: minusq; rem uenercam expetũt. similis & uitibus affectio incidit: quę nimia alimẽti copia luxuriant: & hircire tantisper dicuntur: nam & hirci pinguescentes: minus seminis habent. quamobrem eos solent ante extenuare: & uites hircire ab ea ipa hircorum affectione dixerunt. uiri etiã mulieresque pingues minus fęcundę esse q̃ non pingues uidẽt: quoniam in uegetioribus excrementum concoctũ trãsit in pingue: nam & pinguedo excrementum est bonitate substantię salubrę. sunt quę nullum afferant semen: ut salix: ut popul9. Itaq; alię quoque eius affectionis causę reddi possunt. nam & per imbecillitatem nõ concoquũt: & per uirium bonitatem absumũt: ut dictum est. Simili modo fęcundissima quoque & fertilissima sunt: alia propter uires: alia propter imbecillitatem: multũ enim atque inutile excrementum permiscetur: ut uel morbi nõnullis contrahantur. Cum non bene purgatio cessit: & alii euadunt: alii obeunt mortem: tabescunt enim eo: quomodo per urinę profluuiũ: nam id quoq; uicium iam aliquibus accidisse certum est. Item meatus idem excrementi & seminis est: quibusq; excrementum amborũ tam sicci q̃ humidi alimenti: iis quo humidi eodem seminis quoq; secretio agitur. humidi enim excrementum est. nanq; omnium alimentũ humidum potius est. At uero quibus hoc deest iis ea parte: qua cibi sicci sedimẽtũ tẽdit: semen quoq; secernitnr. addo etiam ꝙ colliquatio: & tabes sẽp morbosa est. excremẽti emissio semp utilis est. seminis secessio in ãcipiti uersatur: quoniam aliquid alimẽti ĩutilis assumit. At si colliquatio esset: semp noceret: quod non facit. semen igitur excrementũ eẽ alimenti utilis atq; ultimi: siue omnia semẽ emittunt: siue nõ. in iis tamẽ q̃ emittũt: ita eẽ apertum iam est.

Post haec cuiusnam alimenti sit excrementum: & de menstruis differẽdũ ẽ (fiunt enĩ in nõnullis uiuiparis menstrua) nã his declaratis aptũ erit: & utrũ fęĩa semẽ emittat ut mas: fiatque unũ ex ambob9 semĩbus mixtũ: An nullũ semẽ a foemina

secernatur: & si nullum: utrum aliud quippiam conferat fẽmĩa ad generationem: sed locum tantũmdo ꝑbeat. An aliquid cõferat: idq; quo nam pacto & quomodo. Sed enim sanguinẽ esse ultimum alimẽtum in sanguinario genere animalium. proportionale autem in exangui dictum ãtea est. Verũ cũ semẽ quoq; excremẽtum sit alimenti eiusq; ultimi: aut sanguis ꝓportionaleue est aut ex iis aliquid: sed cum ex sanguine concocto digestoque modo quodã pars queq; gignatur: semen autẽ concoctũ diuersũ a sanguine secernatur: nã incõcoctũ aut per uim emissum uidelicet cum ultra modũ quis re uenerea utitur: cruẽtũ iã aliquibus prodiit. constat semen esse excrementũ alimenti sanguinei quod ultimũ in membra digeritur. et quidẽ uim magnã ob eã rẽ optinet: Sanguinis enĩ sinceri salubrisq; secessio resoluere potest: utq; filii similes parentibus sint ratio exigit: simile est enim quod ad partes accesserit ei quod remanet. itaq; semen manus aut faciei aut totius animalis: est manus indiffinita: aut facies: aut animal totum ĩdiffinitum: & quale quodcũq; illorũ ẽ actu: tale: semen potentia est: aut corpulentia sua: aut facultate siue uirtute quã in se ipso contineat. Id enim nondum ex iis quę exposuimus patet: utrũ seminis corpus causa sit generationis: An habitum aliquẽ & principium mot⁹ genitale optineat. neq; enim manus neq; aliud quoduis membrum siue animali aut alia facultate est manus: aut quodlibet membrum: sed ęquiuoce tantum. Cõstat etiam colliquationem quoq; seminariam ubi accidit: excremẽtum esse: quod uicium euenit cum resoluiẽ quod accesserit. quomodo cum ꝓtinus decidit quod tectorii operis modo illitum fuerit. Idem enim ultimum excrementũ cum primo excremẽto est: atque de his ad hunc modum disseruisse satis sit.

Sed cum infirmiori plus excrementi minusque concoctũ fieri: idq; copiã cruenti humoris esse necesse sit. infirmius autẽ secũdũ naturam est quod minus caloris adipiscitur: taleq; fęmina sit ut ãtea dictũ ẽ: hinc secretionẽ quoq; illã: sanguineã foeminę excrementum esse necesse est. Talis aũt eiectio ẽ eorũ quae mestrua appellantur. mestrua igitur excrementum esse &

proportõne ut maribus genituram sic foeminis mestrua ꝓueire apertum est. Recte autem ita dici indicant ea quę in iis ipsis eueniunt. eadem enim etate maribus genitura fieri ĩcipit & secerni: foeminis mestrua erumpunt. uox etiam mutatur: & mammę intumescunt: nec non desinente ętate aboletur maribus generãdi facultas: foeminis mestruorum confluuium. Ad hęc indicium illa faciunt ut excrementum sit hęc secretio foeminarum ꝙ nõ mariscę: non profluuium e naribus sanguinis: non uarices: nõ tale quid mulieribus magna ex parte accidere solet quãdiu mestrua profluunt: et si quid tale accidit deteriores fiunt purgationes quasi hęc materia mestrua consumpta in ea fuerit. minꝰ etiã uenosę sunt foeminę quã mares & lautiores leuioresque sunt: quoniam excrementum quod eo tendat cõfluere ĩ mestrua solet. hanc eandem causam esse putandum & ut corpora minora sint foeminarum q̃ marium in uiuiparo genere. in hoc enĩ uno mestrua profluunt: & omnium apertissime in muliere. plurimũ nanqꝫ mestrui excrementi mulier emittit: exquo fit ut euidentissime palleat: & obscuriores hẽat uenas: & corpore plane ad marem deficiat. Sed cum mestrua sint quod foeminis fiat ꝓĩde ut maribus genitura: nec fieri possit ut due simul secretiones seminales agantur: ideo semen a foemina non conferri ad generationem apertum est. nam si semen esset: mestrua nõ essent: nũc ideo illud deest quia hęc sunt. Sed mestrua esse excremẽtũ ut semen explicatum iam est. Testimonio autem eodem accipi possunt: aliqua ex iis quę animalibus accidunt. pinguia enim minꝰ seminis habent q̃ macilenta: ut antea dictum est. cuius rei causa est ꝙ & pinguedo excrementum ut semen & sanguis cõcoctus est: quanq̃ non eodem modo quo semen: itaque ratione optĩa fit ut cum materia superuacua consumpta in pinguitudinẽ sit: deficiat genitura. generis etiã exãguis mollia: & crustata optĩa sũt: cũ utero gerunt: ꝙ enĩ sanguine carent: nec pinguedo in iis consistit: hinc proportionale pinguedinis secernitur: in seminale excrementum. Iudicio autem est non tale semen a foemina emitti: quale a mare: nec amborum mixtura generari: ut aliqui uolunt ꝙ sępę numero foeminę concipiãt sine ea q̃ per coitũ fit

mens trua

mens trua in viviparis

an semen a foemina emittatur

uoluptate.rursusq; cum ea ipsa uoluptate parique cōcursu pro-
fusionis utriusque/nibilo magis concipitur/nisi mestruorū bu
mor sit modice temparatus.quamobrem nec nullis omnino ui
cibus mestruorum foemina generat:neque cum effluūt magna
ex parte sed a purgatione.uis enim quę in maris genitura conti
netur: Aut caret alimento & materia:ex qua īstituat animal:aut
nimia copia semen cum bumore eluitur: sed ubi effluxerint
satis quod remanet:consistit. Quae autem nullis mestruorum
uicibus concipiunt:aut inter ea dum agitantur & effluunt: non
post.earum alteris causa est ꝙ tantum bumoris continent:quā
tum prolificis remanet a purgatione. quāquam non ita superat
ut effluere possit.alteris:ꝙ a purgatōne os uteri comprimatur.
Cum igitur multum quidem effluxit:sed adbuc effluit: tamen
non tantum ut semen elebatur tunc concipiunt: nec uero absur
dum quicquam si a conceptu item effluūt mestrua. nā uel post
aliquandiu prodeunt quāquam parce:nec semper: sed id mor-
bidum est quamborem paucis & raro accidit.Quę autē magna
ex parte fiunt ea maxime secundum naturam sunt.a foemina
igitur conferri ad generationem materiam quę in mestruorum
constitutione sit:mestrua autem ipa esse excrementum:apertū
iam est.

QVod autem semen cōferri a foemina per coitum nōnulli
existimant:propterea ꝙ interdum simili uoluptate effici
atur:ut mas simulque aliquid bumoris secernat: id nō bumor
seminalis est:sed loci proprius. uteri enī excretio ē q̄ aliis euēit
aliis nō.euenit(qđ plurimū dixerī)iis q̄ nitidę:fęminaresq; sūt.
non euenit:iis quę fuscę atque uiragines. copia uero quibus eue
nit non pro seminis emissione īterdum est:sed multo excedit:
tum etiam ciborum diuersa ratio plurimum facit:ut plus min⁹
ue eius bumoris excernatur:ut quędā acris saporis augēt plane
ex cernēdi modū.uoluptas aūt q̄ p coitū sentit̄:nō solū semine
exeunte accidit:sed etiam spiritu exquo consistente:semē emit
titur.quod patet :tum in adolescētulis qui nōdū emittere que-
unt:ppeq; ętate sunt:tū in uiris geniturę ex ptibus:uoluptas.n.
iis oībus scalpēdo excitat̄: & quorū deprauata ē generatō. Ali⁹

interdum soluitur: propterea ꝙ excrementm eo secedit quod concoqui atque effici semen non possit. forma etiā similis mulieris & adolescentuli est: & mulier quasi mas in seminis ē: impotentia enim quadam foemina est: eo ꝙ semen ex ultimo alimento concoquere nequeat: quod alimentum aut sanguis ē aut sanguinis proportionale: in iis quę sanguine carent propter naturę frigiditatem: ut igitur in aluo profluuium accidit cruditate: Sic in uenis tum cętera profluuia sanguinis: tum mestrua ueniunt. nam ea quoque sanguinis profluuium sunt: sed illa morbo citantur hoc naturale est. itaque generationem ex eo ratiōe optima fieri apertum est. Sunt enim mestrua semen non purū sed indigens confectionis: quomodo in fructuum generatiōe adbuc imperfecta inest quidem alimentum: Sed confectionē ad puritatem desiderat: quamobrē ut mestrua genitury ad mixta generant: sic alimentum ī fructibus gignendis mixtum alimento sincero alit. indicio etiam est semen non emitti a foemina: ꝙ cum per coitum seminis uoluptas cōtrectatione loci eiusdem atque maribus ueniat: tamen humor ille nō hac emittitur. Item non omnibus foeminis id excernitur: sed sanguineis tātū iisque non omnibus: sed quibus uterus non ad septū transuersum est: nec partus ex ouo. Ad hęc iis quę non sanguinem: sed proportionale sanguinis habent nō emittitur ille humor: ut enī in aliis sanguis sic in his alia inest mistela. causa autem ne aut his aut supradictis sanguineis fiat purgatio: siccitas corporis ē quę parum excrementi relinquit quātumq; satis dūtaxat ad generatōnē sit: nō ut etiam aliquid foras mittatur. At uero quę uiuipara sunt: sine oui partione: ut homo & quadrupedum quae suffragiues intus flectunt. hęc enim omnia animal procreant: sine ouo. iis omnibus ea purgatio fit nisi quid lęsum per generationem sit: ut mula: tamen nullis tam purgationes redundant q̄ homini: sed quemadmodum cuique animali hęc eueniant in libris de historiis aīaliū scriptū ē. plurima ex omnib⁹ animalib⁹ purgatio mulieribus fit: maribus etiam plurimum emittitur seminis magnitudinis ratione. cuius rei causa ē cōstitutio corpis

homo excremento-sissimum animalium

quae humida & calida est. plurimum enim excrementi fieri in eiusmodi corpore necesse est. carent etiam partibus iis in quas uertitur excrementum: in caeteris animalibus. non enim pilorũ copiam gerunt per corpus: nõ ossium: aut cornuum: aut dentiũ excretiones. indicium semen esse in mestruis ꝙ simul (ut ante dixi) maribus semẽ fieri incipit & foeminis mestrua ĩnotescũt: eadem ętate: tanquam simul ea loca distendantur quę utrunque recipiant excrementum. Cũque tempus distendendi instat: loca intumescunt a spiritu: quod marium testes aperti⁹ ostẽdũt: quanquam & mammę: sed foeminarum mammę potius indicant. cum enim bino digito extolluntur: tunc plurimis incipiũt mestrua. igitur in quibus uita prędıtis sexus maris ac foeminę distinctus non est: in iis semen ueluti conceptus iam est. conceptũm appello: primam ex mare ac fęmina mixturam: quam ob rem ex uno semine unum gignitur corpus. uerbi gratia ex uno tritici grano unus fundus: ut ex uno ouo unum animal: geminum enim ouũ: duo est oua: At ĩ quibus generibus mas & foemina distinguitur: in iis plura animalia ex eodem semine gigni possunt: quasi natura differat. semen in plantarum & animaliũ genere indicium est: ꝙ uno initu plura gignuntur in iis quę plura quã unum possunt generare: quo argumento constat etiam non omni ex parte corporis genituram prouenire. neque enim distincta statim inde ex eadem parte secernerentur: neq; postꝗ simul ad uterum deuenissent ibi distinguerẽtur: sed euenit porro quod ex recta ratiõe est: ut cum mas formam et principium motus prębeat: foemina corpus atque materiam (quemadmodum in lactis concretione corpus lac ipsum est: succus aut coagulum principium spissandi cogẽdiq; optinet) sic quod a mare in foemina distinguitur ĩtelligi debeat. cur in plura paucioraue partiatur aut singulare ĩstituat alia ratio est: sed quia nõ differat forma quod diuidit: si modo se habeat modice ad materiã: ut neq; minus sit: ut cõcoquere densareq; nequeat: neq; amplius ut exiccare possit: fit ob eam rem ut plura generẽt. Cęterũ ex eo quod primũ constituit: ex uno iã unũ tãtũ ꝓcreat. sed geniturã

" semen

mas formam materiam foemina prebet

a foemina non conferri ad generandum : tamen aliquid con-
ferri idque eſſe meſtruorum conſtitutionem aut proportiona-
le in genere exangui:tum ex ſupradictis:tum etiam ratione uni
uerſalique indagatione conſtat .eſſe enim quod generet : & ex
quo generet : neceſſe eſt.idque quanuis unum forma quidem
differre & rationis diuerſitate oportet. At uero in iis quę diſtin
ctas eas potentias optinent:corpus etiam & naturam diuerſam
eſſe agentis & patientis . Quod ſi mas eſt ut mouens & agens:
foemina:qua foemina ut patiens. Sequitẽ ut ad maris geniturā
foemina non genituram ſed materiam conferat : quod & fieri
ita uidetur:natura enim meſtruorum pro prima materia ē: Atq;
de his ita docuiſſe ſatis ſit. Apertum una cum iis eſt de quo diſ
ſerendum deinceps ſit:quemadmodum ſcilicet ad generationē
mas conferat : & quonam pacto ſemen maris cauſa eius quod
gignitur ſit:utrum ut inſitum & protinus inde pars corporis gi
gnēdi mixtum cum materia foeminę : an ſemē nihil commune
cum corpore habeat ſed motus : uiſque in eo contenta ſit quae
communicet: haec eſt enim quę agat.quod autem conſiſtat &
formam recipiat reliquum excrementi foeminę eſt:atque ut rati
one ſic effectis quoq; probari uidetur. nam cum in uniuerſum
animo complectimur:non ita effici unum ex patiente agenteq;
uidetur:ut quod agit in eo quod efficitur inſit:nec omnino ex
eo quod mouet & quod mouetur quicquam conſtitui. At foe-
mina quidem qua foemina patiens eſt:mas qua mas agēs: & un
de mouendi principium eſt.itaque ſi extrema utriuſque ſumātẽ
qua alterum agens & mouēs :alterum patiens & quod moueatẽ
ſit : nō ex iis unum quod gignitur ē:ſed ita ut ex fabro & ligno
lectus : aut ex cera & forma globus eſt.patet igitur nihil ſecerni
a maris ſemine eē neceſſe :neq; ſi quid accedit : idcirco ex eo ut
inſito eſſe quod gignitur:ſed ut ex eo quod mouerit: & forma
utque a medicina qui ſanatus eſt. facta etiam rationi conſenti-
unt: hinc enim mares nōnulli per coitum nec membrum quidē
ullū in fęminā indere uiſūtẽ:Sed cōtra fęmīa ī marē ut ī qbuſdā
inſectis fit:quod enī in iis q̄ indūt efficitẽ ſeminne in foemina:
idē ī mare ipō uapor uirtuſq; efficit. fęīa admouēte ſuā pticulā

q̃ seminis capax est: unde fit ut genus id animalium diu coeat absolutumque breui generet. coniuncta igitur manent quousque constituant perinde ut genitura constituit: sed abiuncta cito ędunt conceptum: quoniam & imperfectum quod pariunt est: quippe quę uermiculum omnia id genus progenerent: maximo sane indicio est: quod auibus & piscibus ouiparis euenit: semen: nec omni ex parte corporis uenire neque tale quid emitti amare: quod insit in eo quod genitum est: sed uirtute tãtum contenta in genitura uiuificari: ut modo diximus de insectis: quorum foemina transigit in marem. Nam siue accidit ut auis hypenemia idest subuentanea oua ferat: si postea coit nõdum mutato ouo ex luteo in album: fęcunda ex subuenticiis reddũtur. siue cõcepta ex coitu si adhuc luteis cũ alio mare coniecit: Simile eius quo cum postea coiuit prouenit omne gen9 pullorum: quapropter nonnulli ex iis qui ut gallinę generose procreentur: operam dant. ita mutatis admissariis faciunt: tanquã non misceatur: constitutionemq; subeat semen: neque omni ex pte uenerit. ex ambobus enim uenisset: itaque bis partes easdem haberet sed sua facultate semẽ maris materiã cõtentã in foemina: & cibum qualitate quadam afficiat. id enim efficere potest ubi secundum pręuenerit: tepefaciendo & cõcoquendo. cibus enĩ ab ouo absumitur: quamdiu crescit. hoc idem in generatione quoque ouiparorum piscium euenit. ubi enĩ foemina oua ędiderit mas semen aspergit: & quęcunq; attigit: fęcunda efficiũt. quę non attigit remanent infęcunda: quasi non ad quãtitatem mas conferat sed ad qualitatem. patet igitur ex iis: nec omni ex parte semen secedere: neque foeminam ita ut marem conferre ad generationem: sed marem principium mot9 foeminam materiam pręstare. hac enim causa nec per seipsa foemina generat. principium enim & id quod moueat discernatque: desiderat. Sed nõnullis ut auib9 aliquatenus natura gignere potest. Aues enim constituunt quidem oua: sed imperfecta quę subuẽtanea uocantũ: & ortus eius quod generatũ in foemina agitũ: nec in marẽ semen emittit: aut mas: aut foemina: sed ãbo ĩ fęminã cõferunt quod suũ utriq; sit: quoniã ĩ fęmia materia ẽ ex q̃ cõstat: quod

creatur:ac protinus partim haberi paratam materiã necesse est: ex qua primus conceptus consistat. partim subĩde accedere qua nutriatur: & crescat. itaque partum in foemina contineri neces se est: nam & faber adest ligno & figulis limo: denique omnis actio & motio ultima iuxta materiam ẽ: ut ędificatio in iis quę ędificãtur. hincetiam quemadmodum mas conferat ad generatõnem acceperis: nec enim mas omne semen emittit: & quib9 emittitur maribus nulla ps foetus hoc ẽ: sicut nec a fabro quicquam secedit ad lignorum materiã: neque pars ulla artis fabrilis in eo quod efficit ẽ: sed forma & spẽs ab illo per motũ in materia existit: atque anima ĩ qua forma & scientia est: mouet manus: aut aliud mẽbrum motu certę qualitatis uel diuerso: a qb9 efficitur diuersum: uel eodem a quibus idem. manus autẽ ĩstrumentaque materiam mouẽt. Ita natura etiam maris semẽ emittentis utitur eo semine quasi instrumento: & actu habente motum: ut in operibus artium instrumenta mouentur: ĩ illis enim quodammodo motio artis est. Quę igitur semen emittũt: hoc modo ad generationem conferunt. Quę autem non emittunt: sed foemina particulam sui quandam inserit in marem: hęc simile facere uidentur quasi quis materiam ad opificem afferat. nam ob imbecillitatem eorum marium nihil per aliud natura efficere potest: sed uix assidẽte ipsa motus ualent & similis fingenti non fabricanti est: quippe quę nõ per aliud attingens sed ipsa suis membris rem condat instituendam. Sexus igitur maris ac foeminę distinctus in genere omnium animalium gressilium est: & quãquã diuersa sunt animalia mas & foemina: tamen specie idem sunt; Verbi gratia homo utrunque. At in plãtis facultates iste miscẽtur: nec mas a foemina separatur: quãobrem ex se ipse progenerant nec genituram emittunt: sed conceptũ: quod semen uocatur: afferunt. idque empedocles bene retulit suo carmine: deinde etiam ouiparo genus arboreum tulit ortu. ouum enim conceptus est & animal ex parte eius creat: reliquũ alimentũ est. animalis sẽmis etiã aliqua ex pte cõsistit quod orit: reliquũ alimẽtũ germini radiciq; prime est: hoc idem quodãmodo ĩ iis quoq; euẽit aĩalibus: q̃ sexu distĩguũt. cũ enĩ

uniuntur & generant īseperata redduntur ut plantę : idque natu ra eorum nititur ut unum fiat: quod cum coeunt & cōiungunt conspicitur unum effici animal ex ābobus : atq3 ea q̄ semen nō emittunt diu complexa funguntur uenere: dum conceptum cō stituant: ut insecta quę solent coire: alia tam diu exigūt: donec partem aduenticiam quandam mittant quę conceptum consti stituat spacio temporis lōgiore q̄ in sanguineo genere agatur : hęc enim parte quadam diei cohęrent. genitura intra plures dies constituit. mox ubi eam emiserūt partem absoluūtur profecto animalia: tanquā plātę diuise esse uidentur: perinde quasi illas quoque postquam semen attulere dissoluas & separes in sexū in situm maris ac foeminę. Atque hęc omnia recte ita a natura condita sunt. plātarum enim substantię non aliud munus nul- la actio nisi generatio seminis est: Quod cum maris ac foemi- nę coitu efficiatur: miscuit ea natura: Indiscretūq3 sexum maris & foeminę plantarum generi tribuit: Sed de his alibi disputatū a nobis est . At animalis munus non solum generare : quod commune omnium uiuentium est: sed etiā cognitionis alicui9 particeps unumquodq3 est: aliud maioris aliud minoris: aliud minime: sensum etenim habent. sensus autem cognitio quędā est: cuius siue nobilis siue ignobilis nota plurimū referet: ad ho minis ne prudētiam an ad genus in animū cōsi deretur. nam ad prudētiam nihil esse uidebitur: tactum gustūq3 tātum adipisci. At ad sensus uacuitatem summū id esse putabitur. Carū enim censueris cōpotē eius esse cognitionis: nec emortuū expertēq3 essentie omnis iacere. sensu autē animalia differūt ab iis q̄ tātū uiuunt sed cum uiuat etiam quod animal est necesse sit cū fun gi uiuentis munere opus est tunc coeunt: & miscentur & quasi plantę efficiuntur ut dictum est. Cęterum genus animalium te sta in tectum quoniam inter animalia & plātas ambiguum est ut in ambobus constitutum generib9 munere neutrius fungit̄ : nam ut planta sexu maris & foeminę caret nec ī altero generat: ut autem animal: nullum ex se fructum affert modo plantae : sed consistunt & generantur ex terrena & humida quadam cō cretione. sed de eorum generatione postea dissseremus.

ARISTOTELIS DE GENERATIONE ANIMALIVM LIBER SECVNDVS INTERPRETE THEODORO.



Arem ac foeminam esse principia generationis & q̄ nam eorū essentię uis atq; ratio esset: dictū iā ē. Sed quāobrem gignatur. & sit alterū mas: alterum foemīa ut necessario: & quonā primo mouente & quali materia id efficiatur procedē do explicare conabimur. At uero quod ad melioris rationem & causam cuius gratia pertinet: cęlitus prīcipium ducitur. Cū enim rerū alię sint sempiternę: summeq; diuinę: alię quę pos sint & esse & non esse. Pulchrum autem diuinumq; illud cau sa semper sua natura melioris conditionis in rebus contingē tibus sit: quod uero sempiternum non est: id & esse & pticeps tum deterioris conditionis: tum melioris esse possit. cūq; ani ma sit corpore melior animatūq; in animato pręstet propter a/ nimam: & esse q̄ non esse: & uiuere q̄ non uiuere melius sit. & efficitur his de causis ut generatio sit animalium. Cum enim natura eius generis sempiterna esse nō possit: quomodo fieri potest: eo sempiternū quod gignitur est: numero igitur nō po test: substantia enim rerū ī singularibus est: quę si talia essent sempiterna essent: specie uero potest: itaq; genus hominū sem per & bestiarum & plantarum est. Sed cum principium sit eo/ rū mas atq; foemina: fit ut generatiōis gratia sit mas & foemi na ī rerum natura. Cūq; sua natura melior magisq; diuina cau sa sit ea: quę prima mouet cui ratio inest & forma: q̄ materia. Cunq; melius etiam sit separari a deteriori quod melius est. Ideo in q̄buscunq; fieri potest: & quoad eius fieri potest: mas a foemīa separatur. melius enim: magisq; diuinū est principiū motus quod per generationē mas optinet: foemīa enim mate ria est: sed coit & iungitur ad generationis officium mas cum foemina: id enim commune ambobus est. Qua igitur ratione sexu maris ac foeminę participant: uiuunt. quāobrem plantę quoq; uitę participes sunt. qua autē sensus adest genus aīaliū

est: Quorum ĩcessilibus fere omnibus mas a foemina separãt ob eas quas modo reddidimus causas. eorumq; alia ut dictũ ẽ sęmen emittunt: alia non emittunt cum coeunt: cuius rei causa est: ꝙ quę nobiliora sunt: eadem sua natura magnitudinẽ sibi postulãt: quod non nisi calore animali fieri potest. Quod enĩ maius est: id a facultate ampliore moueri necesse ẽ: mouere autem calor potest: quãobrem in uniuersum prope dixerim: maiora quę sanguinẽ habent: q̃ ea quę non habent: & incedentia q̃ stabilia maiora: que sęmen genitale propter calorẽ ac magnitudinẽ emittunt: de mare & foemina quã ob causam sint dictũ iam est.

ANimaliũ uero alia perficiunt partum forasq; mittũt sibi simile: ut ea quę animal ędũt in lucẽ: alia nõ dũ explanatum suamq; formam adeptũ pariũt. Quorum sanguinea ouũ pariunt: exanguia uermem. Inter ouum & uermẽ hoc interest: ouum ẽ cuius ex parte animal gignitur: reliquũ cibus ei quod gignitur est: uermis ex quo toto animal gignitur. eorum autẽ quę perfectum sibi simile ędunt in lucem: atq; uiuipara sunt: alia statim intra se animal gignunt ut homo: equus: bos: & ex marinis delphinus: & reliqua generis eiusdem: alia ubi primũ intra se ouum genuerint: mox animal ędunt foras: ut quę cartilaginea appellantur.

OViparorũ alia ouũ ędũt ꝑfectũ: ut aues & quę quadrupedes ouũ pariũt: ut lacertę & testudĩes: aut q̃ pedibus carent: ut serpentũ pars plurima. oua.n. eorũ postq̃ ꝑdierunt nullũ insuꝑ capiunt ĩcrementũ: alia imperfectũ ędunt: ut pisces & crustata & mollia nomine: nanq; eorum oua ędita augẽtur. Oĩa q̃ aut animal pariunt aut ouũ sanguinẽ habẽt: & q̃ sanguinẽ habẽt: aut aĩal pariũt: aut ouũ: nisi oĩo improla sint.

EXãguiũ ĩsecta uermiculũ pariũt: q̃ aut ex coitu generãt: aut ipa coeũt. Sũt.n. nõnulla ĩsecta q̃ spõte naturę gignãtur: sed sexũ maris ac foemĩe habeãt cõiũctaq; ꝑcreẽt aliquid quod tamẽ generat ĩperfectum est: causam antea reddidi.

Magna ꝑmutatio generibus euenit: nec enĩ bipedes omnes uel animal pariũt uel ouum: aues enim ouum: homo animal

parit. neqꝫ quadrupedes oẽs aut ouũ pariunt aut animal. equus
enĩ & bos & alię plurimę animal pariunt: lacertę crocodili &
alię cõplures ouũ. nec uerũ in babendis pedibus: nec ne ratio ꝑ
tus cõtinetur. nã expedũ alię animal pariunt: ut uiperę & carti
laginea. alię ouiũ: ut pisciũ genus: ac cętere serpentes pedes ba
bentiũ multę: & ouum & animal pariunt: ut quadrupedes quas
modo enumerauimus: necnõ intra se pariũt tum pedata ut bo
mo: tum expeda ut balenę delpbini. sic igitur diuidi non põt:
nec discriminis eius causam babet ĩstrumentũ ullum incessui
delegatũ. Sed enĩ ea pariunt animal quę natura ꝑfectiore sunt
& principiũ sincerius obtinent. nullũ enim intra se gignit aĩal
nisi quod aerẽ recipit & spirat. perfectiora autẽ sunt: quę uatu
ra calidiora & bumidiora nec terrena cõstant. Caloris uero na
turalis ratiõe pulmone describitur sanguinis cõpote. quę enim
pulmonẽ babẽt: oĩo calidiora sunt iis quę non babent: & inte
rea superant quę non fungosum: aut retorridũ: & parũ sangui
nis continentẽ babẽt pulmonẽ: sed sanguinulentũ & mollem:
utqꝫ animal res perfecta: uermis autẽ & ouũ ĩperfecta est: sic ꝑ
fectũ nasci solet a perfectiore. Quę autẽ calidiora quidẽ sunt
propter pulmonẽ sed natura cõstant sicciore: aut quę frigidio
ra quidẽ sed bumidiora sunt: eorũ altera ouũ ędũt perfectum:
altera intra se & ouũ & animal pariunt. Nã & aues & cortice ĩ
tecta calore suo perficiunt: sed prę siccitate ouũ pariunt: carti
laginea cum minus iis calida magis bumida sint: utroqꝫ parti
cipant. qppe quę & ouũ & aĩal ĩtra se pariunt. ouũ: quia frigida
sunt. animal: quia bumida. bumor enĩ uiuificus est: siccitas lon
ge a uita remota est. sed cũ nõ penna non cortice non squãma
tegant: quę indicia sunt naturę siccę atqꝫ terrenę: idcirco mol
le generãt ouũ: ut enĩ ipsis sic eorũ ouis nulla satis insidet sicci
tas: atqꝫ ob eã rem intra se pariunt oua. nã si ouũ foras ꝓdiret
facile periret: carens putamine quod protegat duriore. frigida
siccioraqꝫ pariunt quidẽ ouũ: sed imperfectũ. Crusta etiã duri
uscula opertũ propter naturã terrenã sui generis: utqꝫ ĩperfectũ
exiens possit seruari tutela operimẽti testacei. pisces itaqꝫ cum
squamati sint: & genus crustatũ: ut terrena cõstitutum natura

oua putamine duriore generãt. Sed molliũ genus ut ipſum na
tura corporis lenta eſt: ſic oua quę ĩperfecta ędere ſolet tuetur
& ſeruat. plurimũ enim lentoris ſua cum foetura emittunt.

INſecta oĩa uermiculum pariunt: eadẽq; omnia ſanguĩe
carent: unde fit ut quę extra uermiculũ pariunt ſanguine
uacent: quanq̃ exanguia non oua uermẽ pariant: cõmutant enĩ
inter ſe uices inſecta; & quę ouũ pariunt ĩperfectum: ut piſces
ſquãmati: & cruſtata: & mollia: horum enĩ oĩa uermẽ imitãt̃:
quippe quę foris ĩcrementum recipiant: illorum uermiculi tem
pore ꝓcedente: in ſpeciẽ oui tranſeunt: quod quẽadmodũ fiat
poſtea explicabimus. Nunc prius intelligendũ q̃ bene miroq;
deinceps ordine natura reddit generationẽ. perfectiora enĩ cali
dioraq; animalia ꝓlẽ reddunt perfectã qualitate. nã quantitate
nullũ oĩo animal perfecte ꝓgenerat. oĩa enĩ poſtea q̃ nata ſunt
incrementũ recipiunt: & generant quoq; ea ipſa animalia intra
ſe ſtatim. cętera ab iis proxima loco ſecũdo cõſtituta: nõ ſtatĩ
ꝑfecta intra ſe generant. cũ. n. prius intra ſe ouũ peperint: mox
animal ędunt in lucẽ. Alia non perfectum animal generant ſed
ouum idq; ꝑfectũ. quę autẽ iis frigidiora cõſtant natura: gene
rant quidẽ ouum ſed non ꝑfectum: uerũ quod foris perficiat̃:
ut genus piſciũ ſquãmata & cruſtata & mollia. Quintũ genus
quod frigidiſſimũ ẽ: ne ouũ qdẽ ex ſeſe parere poteſt: ſed hęc
affectio foris euẽit ei ut dictũ ẽ. Inſecta enĩ primo uermiculũ
pariũt: qui addito tempore ſpeciẽ accipit oui. Aurelia enim ap
pellata: oui optinet facultatẽ: tum ex eo animal naſcitur tertia
mutatione finẽ recipiens generatiõis. Sunt igitur quę nõ ſemĩe
genitali procreentur ut antea dictum eſt. Sanguinea tamen oĩa
ſemine procreantur: uidelicet ea quę per coitum oriuntur emiſ
ſa a mare in foeminã genitura: qua in geſta aĩalia conſtituunt̃:
ſuãq; formã recipiunt aut intra ipſa animalia: quae ſolent aĩal
generare: aut in ouo aut in ſemine: & eiuſmodi alia ſecretione.
de quibus queſtio longe dubia oritur: quonã pacto ex ſemine
generetur aut planta aut animal: quod enim gignitur & ex ali
quo & ab aliquo & aliquid gigni neceſſe eſt: ex quo gignitur
materia eſt quam nonnulla ſecum habent primam acceptã ex

ἔκ τινος ϗ ὑπό τινος

foemina: Verbi gratia: ea quę non forma animalis nascuntur sed uermiculi aut oui: quędam diu ex foemina capiũt quoniã lactent: ut ea quę non modo foras: uerum etiam intus forma animalis gignantur: Talis id ex quo oriuntur materia est: sed hoc loco non ex quo oriantur quęrimus: Sed a quo partes cor poris generẽtur: aut enim extrinsecus aliquid: aut ĩ genitura & semine insitum: agit: idq; aut pars aliqua animę: aut anima: aut habens animã est: sed ab aliquo extrinsecus agente effici queq; aut uiscera: aut alia mẽbra remotum a ratiõe uidet: fieri enim nõ potest: ut moueat quod nõ tãgit: & quicquam ab eo quod non moueat, afficiatur. igitur ĩ ipso conceptu aliquid iam ĩest quod aut pars eius sit: aut seorsum contineatur. Sed aliud quic quam esse abiũctum irratiõabile est: etenĩ generato iã animali corrũpatur ne illud an maneat. At nihil ĩ esse uidetur: quod nõ totius pars sit: aut plantę aut animalis: Quin etiam corrumpi postq̃ uel omnes uel aliquot partes effecit absurdum ẽ: Quid enim efficiat reliquas: nã si illud posteaq̃ effecerat cor: interiit: Cor autem ipsum partem aliam efficit: eiusdem ratiõis est: ut uel oĩa intereant uel omnia seruent: ergo seruari necesse est. ps igit eius ẽ id quod protinus ĩ semine inest. sed si nihil aĩę est: quod non aliqua in parte sit corporis: ut animata quoq; pars a liqua ꝓtinus sit: cõsequitur. Sed cętera quonã pacto efficiant: Aut enim simul omnes partes generãtur, Verbi gratia: cor: pul mo: iecur: oculus: & reliqua oĩa: aut ordine deinceps: ut in iis car minibus quę ad orpheũ auctorẽ referunt. Similiter enim ut re tis ĩplexum cõstitui animal ibi scribitur. Sed enim non simul oĩa effici: uel sensu parcipi potest: Cum partes alię iam in esse: alię nõdum ad esse cernãt: nec dici potest eas prę sua exiguita te latere. pulmo enim qui ãplioris quam cor magnitudinis est: posterior corde in primo ortu conspicit. Sed cum aliud prius: aliud posterius fiat: utrum alterum efficiat alterũ: & sit propter proximum: an potius hoc post hoc fiat? Verbi causa: non cor iam ortum: efficit iecur: idq; aliud quippiam: sed hoc post hoc ut postq̃ puer factus est: uir efficitur: non a puero agente uir ef ficitur. Cuius rei ratio illa est: ꝙ ab eo quod actu est: id quod

potētia est efficiatur: tum in naturę: tum in artis operibus. itaq; speciem & formā esse in illo oportebit. Verbi gratia in corde formā iocineris: quāq̄ alias quoq; illa opinio absurda & conmēticia est. Quin etiā ut in semine protinus pars aliqua animalis aut plantę facta contineatur: Siue quę cęteras efficere possit siue quę non possit. Impossibile est: quando ex semine & genitura omnia generantur. ab eo enim qui semen fecerit: creatum id procul dubio est: siquidē protinus inest. At uero semen prius fiat oportet. Idq; officium generantis ē: nulla igitur pars cōdita īesse potest: ergo quod agit nullam ī se habet partem: At ne extra quidē. alterutrum autem fit necesse est. Hęc igitur soluere conādum est: fortasse enim aliquid ex iis quę diximus nō simpelx est: ut ab extero nihil effici posse. nā & ē ut possit: & ē ut non possit: sed semen an id a quo semen dicamus nihilo refert: scilicet qua motum: quem illud mouebat. semē in seipm cōtinet: fieri autem potest: ut hoc ab hoc moueatur: & hoc ab hoc: sitq; perinde: quasi admirabilia illa spontina: partes enim habent uim modo quodam: etiam cum quiescunt: quarum primam ubi extrīsecus aliquid mouerit: statim proxima actu efficitur: ut igitur in spontinis illis quodammodo illud mouet quod nihil nunc tangit: sed ante tetigit: sic id a quo semen aut quod semen effecit mouet: cum aliquid tetigerit: quāq̄ nō adhuc tangit: & motus qui inest quodā efficit modo: ut ędificatio ędes. igitur aliquid esse quod efficiat: sed non ita ut hoc quicq̄: nec perfectū inesse: primū agens apertū iā est: queadmodum autē unūquodq; fiat accipiendū hinc est hoc inicio. oīa quęcunq; aut natura: aut arte efficiuntur: ab eo quod actu est fiunt ex eo: quod potentia tale est. Semē igitur tale est: motūq; habet & pricipiū tale: ut motu peracto ps existat quęq;: eadēq; sit animata. non est enim facies nisi animam habeat neq; caro: sed corrupta equiuoce dicetur facies aut caro: perinde quasi lapidea: aut lignea facta sit. simul autem partes similares & īstrumentales siue officiales efficiuntur: & quēadmodū non securī non aliud instrumentū dixerimus factū esse ab igne solo: sic non pedem non manum: eodemq; modo ne carnem quidem:

nam eius quoq; aliquod officium est. dura igitur mollia: lenta: rigida: & quicunq; alii affectus partibus insunt animatis a cali ditate: frigiditateue effici possunt. At ratio ne qua iã caro aut os est non potest: sed a motu proficiscente efficitur ab eo; quod genuit: quodq; actu est id; quod potentia est: id ex quo gigni tur: quomodo in iis quoq; agitur: quę arte efficiuntur: ferrũ.n. durum aut molle efficitur calore uel frigore: At uero ẽsis a mo tu instrumentorũ qui artis optinet rationẽ. Ars enim prĩcipiũ, Formaq; eius quod efficitur est: sed in alio, Motus autem na turę in ipso ẽ ab altera profectus natura q̃ actu optinet formã.

Sed habeat ne semen animã: nec ne ratio eadem atq; de p tibus reddẽda est. nec enim anima ulla esse potest ĩ alio: nisi ĩ eo cuius ẽ: neq; ps ulla esse potest: quod particeps animę non est: nisi equiuoce ut mortui oculus. semen igitur & habere animã & esse potentia palam est. Propius autem & remotius idem a seipso potentia esse potest: ut geometra dormiẽs remo tius q̃ uigilans est: isq; remotius: quã q iam contemplatur. Sed enim huius nulla pars causa est generationis: sed quod primũ extrĩsecus mouit: id causa est. nihil enim seipsum generat: sed postq̃ generatũ est: seipsum iã auget. quãobrẽ non simul oẽs partes generant. sed una primũ eamq; primum oriri necesse ẽ: quę principiũ augendi contineat: siue enim planta siue animal est: ęque omnibus inest: quod uim habeat uegetãdi siue nutri endi. id autem est quod tale alterum generet quale ipsum est. hoc enim cuiusq; perfecti: tum animalis: tum stirpis secũdum naturã officiũ ẽ. necessitatis autẽ ratio est: q cũ aliquid ortũ ẽ: aut geri idem necesse est. Generat igitur quod est uniuocũ: ut homo hominẽ: sed per seipsum augetur: ergo ipsum cũ aliqd sit auget: quod si unum quid idq; primum sit: id primũ gene rari necesse est: itaq; si cor primum in nõnullis oritur animali bus: aut cordis proportionale in iis quę corde carent: ex corde principium illud est: in iis quę cor habẽt: cęteris ex pportiõali. exposui iam ad ea quę ante quęrebantur. Quid causa sit ut prĩ cipiũ generationis cuiusq; mouens primum & procreans.

De feminis natura dubitauerit quispiã: semẽ enim prodit

de animali crassum & album mox refrigeratum humidum:ad aquę speciem redditur:colorē etiam accipit aquę. Absurdum igitur id putaueris:aqua enim non crassescit calore. Id autem ī trinsecus e loco calido proficiscitur:crassum refrigeratūq; hu mescit. Atqui omnia aquosa concrescunt frigore:semen uero positum in gelu sub diuo non concrescit sed humescit:quasi a contrario crassum cōstiterit. Sed neq; a calore crassari ratio p babilis est:quę enim plus terrę continēt: ea consistunt crassan turq; per coctionē ut lac. igitur refrigeratū solidescere debuit: at nihilo solidius fit:sed totum modo aquę liquescit. hoc igi tur dubiū est. nam si aqua est cum aqua nō uideatur posse a ca lore crassari:hoc tamen ex corpore calido crassum & calidum exit. Sed si ex terra constat aut si mixtū terrę & aquę est: nō to tum resolui in humorē & aquā debuit.

AN non omnia quę accidunt diximus: non solum enim quod ex aqua & terra humidū constat crassatur: sed eti am quod ex aqua & spiritu ut spuma crassior albaq; existit: & quo ampullę pauciores incertioresq; sunt:eo & albior et rigidi or fastus conspicitur:quod idem in oleo quoq; fit:crassescit e nim mixtū cū spiritu. Quāobrē crassius redditur quod albes cit:cum humor ī eo contentus discernatur a calore efficiaturq; spiritus. Galena etiam aquę mixta aut oleo amplū ex paruo e rigit fastū:& spissum ex liquido:& album ex nigro. causa est ꝙ spiritus īmiscetur:qui fastū efficit:& albedinē dilucide apit: ut ī spuma & niue:nā & nix spuma est:aqua etiā ipa permixta cum oleo crassa albaq; redditur:per concussum enim attritūq; includitur spiritus:& ipsum oleum quoq; multū spiritus con tinet:pīgue enim nec terrę est neq; aquę:sed spiritus. ex quo fit: ut per summa aquę fluitet:aer enim contentus in eo ueluti ī ua se effert:per summaq; sustinet:& causam leuitatis prębet. quī etiam frigore & gelu crassescit: oleum:non congelascit: calor enim facit ne gelu cogatur:aer nāq; calidus & īcongelabilis ē: sed quoniā a frigore is quoq; consistit & dēsatur: hinc oleum crassius redditur. his de causis semen quoq; exit quidem intrī secus spissum & album calore interiore multum spiritus calidi

continens:ſed egreſſum ubi calor euanuit & aer refrigerat̃: hu
midũ nigrũq; euadit.remanet enĩ aqua: & ſi quid parũ terrenę
portionis continetur:ut in pituita: ſic ĩ ſemĩe cum ſiccefcit.Se
mẽ igitur cõmune eſt ſpiritus & aquę:ſpiritus autẽ aer calidus
eſt:quáobrẽ natura humidũ eſt:quoniã ex aqua conſtat.Cteſi
as Cnidius plane mentitur ea quę de ſemine elephanti ſcribit:
ait enim uſq; adeo durari ſicceſcens ut electro.i.ſuccino ſimi
le efficiatur:quod nunq̃ fit.magis enim alterũ altero ſemẽ eſſe
terrenũ neceſſe eſt:& precipue tale eorum eſt:quorũ in corpore
multum materię terrenę habet̃. Craſſum autẽ albumq; eſt ſpi
ritus mixtiõe. Semẽ enim omniũ album eſt. Herodotus uera
non ſcribit: cum nigrã eſſe ethiopũ genituram dicat:quaſi ne
ceſſe ſit omnia nigra eſſe eorũ quibus nigra eſt cutis:At ꝗ den
tes eorũ albos eſſe cernere potuit.cauſa ut album ſit ſemen: ꝙ
genitura ſpuma eſt.ſpuma autẽ alba eſt: & maxĩe quae ex pau
ciſſimis partibus conſtent:& tã paruis ut cerni ãpullę nequeãt:
quod in oleo quoq; & aqua euenit:cũ miſcentur & concutiunt̃
ut ante diximus.

Nec uero homines antiquos latuiſſe uidetur naturã ſemi
nis ẽe ſpumoſã. deã enĩ quę rei uenereę preeſt: ab ea ipſa
facultate nominarũt. Cauſa propoſitę quęſtionis explicata iã
eſt.Congelaſcere autẽ ſemẽ non poſſe ob eam rem apertũ iam
eſt:aer enim incongelabilis eſt.

Sequitur ut & dubitemus & dicamus:ſi in iis quę ſemen
emittunt in foeminã:nulla pars conſtituendi conceptus
ſit: quod ſubierit:quonã uertatur corpulẽtia eius:quãdo ipſũ
facultate quã ĩ ſe cõtinet agit.diffiniẽdũ igit̃ prius ẽ utrũ quod
in foemina conſtituitur accipiat aliquid ab eo quod ſubierit:
an nihil accipiat. Atq; etiã de anima qua animal dicitur (Eſt
autẽ animal parte animę ſenſuali)utrũ ĩ ſemine & conceptu in
eſt: an non: & unde.cõceptũ enim inanimatũ eſſe nemo ſtatue
rit uita oĩbus modis priuatũ:quippe cũ nihilominus ſemĩa &
conceptus animaliũ uiuãt:q̃ ſtirpes & aliquãdiu prolifica ſũt.
ergo animã in iis haberi uegetalẽ palã eſt.ſed quãobrẽ eam pri
mũ haberi neceſſe ſit ex iis q̃ alibi de aĩa diſſeruimus aptũ ẽ.

Senſualē etiam qua aīal eſt:tēpore ꝓcedente recipi:& rationalē
qua homo certū eſt.non enī ſimul & animal fit & homo:nec a
nimal & equus: eadēq; ī cęteris aīalibus rō eſt. finis enī poſtea
contingit.propriū autē eſt finis cuiuſq; generationis: quāobrē
de mēte etiam quonam tēpore:& quomodo: & unde eam reci
piant:quę principium id participant:plurimū dubitatur. Sed e
nitēdū pro uiribus & quoad fieri poteſt accepiſſe operepreciū
eſt. Animā igitur uegetalē in ſeminibus & conceptibus.ſ. non
dum ſeparatis haberi potentia ſtatuendū eſt:non actu:priuſq̄
eo modo quo conceptus qui iam ſeparantur:cibū trahant:&
officio eius animę fungant̃.principio enī hęc oīa uitam ſtirpis
uiuere uidentur.de anima quoq; ſenſuali pari modo dicēdum
eſt:atq; etiā de intellectuali:oēs.n.potentia prius haberi q̄ actu
neceſſe eſt:ſed aut oēs contingere cum ante nō fuerint neceſſe
eſt:aut oēs cum ante fuerint:aut parti cū āte nō fuerint & cōtin
gere:aut in materia non ſubeuntes ſemē maris: aut eo q̄dem in
de uenientes:ſed in mare.aut oēs extrinſecus cōtingere: aut nul
lam:aut partim extrinſecus:partim nō extrinſecus. cęterū oēs
ante eſſe īpoſſibile rationibus his eſſe oſtendit̃. Quorū enim
principiorū actio eſt:corporalis hęc ſine corpore īeſſe nō poſ
ſe certū eſt. Verbi gratia ābulare ſine pedibus.itaq; extrinſecus
ea uenire īpoſſibile eſt:nec enim īpē per ſe accedere poſſunt:cū
īſeparabilia ſint:neq; cū corpore:ſemen enim excremētū alimē
ti mutati eſt. Reſtat igit̃ ut mēs ſola extrinſecus accedat: eaq;
ſola diuina ſit:nihil enim cū eius actione cōmunicat actio cor
poralis. Sed enim oīs aīę: ſiue uirtus ſiue potentia corpus ali
ud participare uidetur:idq; magis diuinum q̄ ea quę elementa
appellantur.uerum prout nobilitate ignobilitateue animę īter
ſe differunt:ita & natura eius corporis differt. Ineſt enim in ſe
mine omniū quod facit ut foecūda ſint ſemīa:uidelicet quod
calor uocatur:idq; non ignis non talis facultas aliqua eſt: ſed
ſpiritus: qui in ſemine ſpumoſoq; corpore continetur:& natu
ra quę in eo ſpiritu eſt proportione reſpondēs elemento ſtella
rum.quāobrem ignis nullū animal generat:neq; conſtitui:q̄cq̄
denſis uel humidis uel ſiccis uidetur: at uero ſolis calor & ani

malium non modo qui semine cōtinetur: uerū etiā si qd excrementi sit quāq̄ diuersum a natura: tamē id quoq; principiū habet uitale. cęterū calorē in aīalibus contentū: nec ignē esse neq; ab igne originē ducere apertū ex his est. corpus autē genitur ę ī quo semen aīalis principii contentū una prouenit: partim separabile a corpore: in qbus diuina pars cōprehendit: qualis ē quę mens appellatur: partim īseparabile: hocinq̄ genitur ę semē dissoluit: uersumq; in spiritū euanescit: cū naturā humidā aquosamq; habeat: quāobrē an semper id foras exeat quęrendū non est: neq; an pars ulla sit formę cōstitutę: quomodo nec de succo a quo lac cogitur quęri tale quid cōuenit: nā his quoq; mutat: & nulla pars constitutę magnitudinis est. De aīa quēadmodū conceptus & genitura habeant eā: & quēadmodū non habeant diffinitum iā est. potentia enī habent: actu non habent. Semen autē cum excremētum sit: eodemq; moueatur motu quo augetur corpus digestione ultimi alimēti: ubi uterū subiit: constituit & mouet excrementū foeminę eodē motu quo ipsum mouet. nā illud quoq; excrementū est: habetq; oēs partes potētia: actu nullā. habet enī eas partes potētia: quibus differt foemina a mare: nā ut ex lęsis interdū lęsa: interdū non lęsa gignūtur: sic ex foemina partim foemina: alias nō foemina: sed mas generat. foemia enī quasi mas lęsus est. & mestrua semē sunt: quāq̄ non pūrū: Vnū enī illud non habent originē & principium animę. quāobrē quibus animalibus oua subuēticia gignūtur: partes quidē utrorūq; optinet ouū īstitutū: Sed prīcipio caret: qua pp animatū nō est: id enī a maris semīe affertur: quod principiū ubi foeminę excremētū receperit: cōceptus fit. humidis uero corpulentiis cū incalescunt obducit: ut in pulte refrigeratæ crustula. Corpa autē oīa cohęrēt & continent lentore: quē indies iāq; adauctis corporibus natura accipit nerui: quę partes aīaliū continet: In aliis neruo: ī aliis eo q neruo proportionet. cutis etiā formę eiusdē ē: & uena et mēbrana: & omne eiusmodi genus. differunt hęc enim inter se maioris minorisq; ratiōe: & omnino excessu defectuue.

Animalia uero quorū natura imperfectior est: cōceptum

cum perfectus iam est: sed nōdū animal perfectū foras mittūt: quod quas ob causas ita fiat ante diximus. perfectū autē ē aĩal cum cōceptus iam aut mas aut foemina est. s. in quibus sexus hęc differentia habeť. Sunt enim quę nec marē neq3 foeminā generent: uidelicet quę & ipsa non ex foemina mareq3 & coitu animaliū procreantur: sed de eorū generatiōe postea dicemus. Quę autem animal ītra se generant. s. naturę perfectę animalia quousq3 aĩal pariāt: forasq3 emittant: gerunt intra se innexum quod gigniť. At uero quę foras animal pariūt: cū ītra se prius ouum genuerīt: eorū nōnullis ouum iam perfectū absoluiť: ut eorū quę foras pariunt ouū: atq3 ita aĩal ex ouo intra foeminā nascitur aliis. Cum alimentū in ouo contentū absumptū iā ē: repletur ab utero & perficitur: atq3 ob eā rem ouum utero non abiungiť. hęc cartilagineorū pisciū differētia est: de qbus post seorsum per se differemus.

nVnc a primis incipiendū est: prima autē sunt quę perfecta: eiusmodi autē sunt quę animal generant: eorūq3 primum homo est: decessio igitur seminis omniū nō aliter q̄ cęterorum excremēta fieri solet: fertur enī unumquodq3 suum ī locum nō uim spiritu inferente nō alia eiusmodi causa cogēte: ut quidā a testibus trahi modo cucurbitarū medicinaliū per uim spiritus opinanť: quasi fieri possit ut nisi uis inferatur: alio tendit excrementū alimēti: aut humidi aut sicci: quoniā retēto spiritu ita uniuerso excernať: At id cōmune omniū est: quę mouere uoluimus: uires enim retēto spiritu augētur: nā & sine ea ī excremēta p somnū exeunt si meatus laxi plenią3 excremēti sunt. simile ab iis dicitur ut si quis plantarū semīa dixerit quot ānis a spiritu secerni: eo ubi fructū afferre solēt. Sed enī causa eius rei ut diximus est: q excrementis partes capaces descriptę a natura habentur omnibus: tum in utilibus illis sicco & humido: tū sanguini quę uenę uocanť. foeminę itaq3 uenis duabus maiore atq3 aorta fissis supne uenarū multitudo tenuiū in uterū desinit: qbus alimēto expletis naturaq3 prę sua frigiditate facultatis cōcoquēdi indiga transfunditur ī uterū: pp uenarū tenuitatē: cū prę sua angustia nequeāt exuperantiā continere. Itaq3

affectus hic ueluti marisq;:aut alia ꝓfusio sanguinis euẽit. Cęterũ mestrua nullo circuitu certo describuntur. tendunt tamen moueri: decrescente mense: idq; ratione recta: sunt enĩ corpora animalium frigidiora cum euenit ut continẽs aer: talis efficiat: mẽsium autẽ coitus frigidi sunt propter lunę defectum: itaq; fit ut fines mensiũ q̃ media sint frigidiores. igitur postq̃ excrementum mutatum in sanguinẽ est: mestrua moueri tendunt ĩ eo quem modo dixi circuitu. atsi concoctum non est: paulatĩ aliquid subinde secernitur: quãobrem quę alba uocãtur paruis adhuc & puellis proueniunt. Seruat corpora integra uterq; excrementorũ hic secessus cum modice fit: utpote cũ ab excremẽtis uindicẽtur: quę causę corporibus sunt ut egrotẽt. Sed si uel nõ fit uel in modice fit dãnum euenit. aut enim morbi oriunt: aut corpus emarcessit & extenuatur: quãobrem & ea alba cum frequenter mouent: & superant: incrementũ auferunt puellarũ. Fit igitur necessario excremẽtũ hoc ob eas quas diximus causas. Cum enim natura concoquere nequeat: excrementũ fiat necesse est: nõ solũ alimenti ĩutilis: sed etiam in uenis & ꝑtenuissimas uenas exundando superet. sed melioris notę finisq; gratia natura eo abutitur ĩ hunc locũ. s. generationis causa ut quale erat futurũ tale alterũ oriatur. iã enĩ tale potẽtia ẽ: quale ẽ corpus cuius secretio ẽ. foeminis igit oĩbus excremẽtũ fiat necesse ẽ: Sed sanguineis ãplius: earũq; mulieribus plurimũ: uerũ cęteris quoq; aliquid colligi ĩ uuluariũ locũ necesse ẽ: causam quãobrẽ sanguineis ãplius eorũq; homini plurimũ ante exposui: sed cur ĩ foeminis oĩbus excremẽtũ hoc ĩest: ĩ maribus nõ oĩbus ĩest? (q̃dam enĩ non emittunt geniturã) sed ut quę emittunt motu suę geniturę creant quod ĩstituit ex materia cõtẽta ĩ foemina: sic ea motu suo ĩterno in ea ꝑte cõtento: unde semẽ secernitur idẽ faciunt & cõstituunt. pars ea locus septi transuersi ẽ ĩ omnibus id habentibus. principium enim naturę cor proportionaleue est: causa in quam cur omnibus maribus non sit excremẽtũ gẽitale: cũ oĩbus foeminis sit: Quod aĩal corpus ẽ aĩatum ad quod ĩstituendũ foemĩa semꝑ materiã ꝓbet: mas uĩ creandi: hanc enim eorum utriq; facultatẽ tribuimus: idq; est:

Alba menstrua



quo alterum mas alterum foemina sit. itaq; corpus & magnitu
dinẽ pręberi a foemina necesse est: a mari nihil tale necessario
desideratur. nec enim instrumenta in iis quę efficiuntur ĩ esse:
neq; ipsum efficiens necesse est. corpus igitur ex foemina est:
anima ex mare. substantia enim corporis alicuius anima est: &
ideo quę non unigena coeunt: quod ea faciunt: quorum tẽpus
par & uteri gestatio proxima & corporis magnitudo: non mul
to discrepãs: hęc primos partus similes sibi ędunt, cõmuni ge
neris utriusq; specie: quales ex uulpe & cane generantur: aut ex



perdice & gallinaceo: sed tẽpore procedente diuersi ex diuersis
prouenientes: demum forma foeminę instituti euadunt: quo
modo semina peregrina ad postremũ pro terrę natura reddũt.
hęc enim materiã corpusq; seminibus pręstat. quãobrem pars
foeminarum ea quę semen recipit: non meatus traiectusq; qui
dã est: sed uterus ãplior. mares qui semen emittunt: meatus ad
id emittendũ habẽt exangues. excremẽtũ autẽ quoduis simul
& suo in loco est: & excrementũ efficitur: nec prius ullum: nisi
uis magna cogit & cõtra naturã diuertitur. sed quã ob causam
excrementa animaliũ genitalia secernuntur: declaratũ iam est.
cũ autẽ semen de mare accessit in foeminę uterũ partẽ purissi
mã excrementi constituit. Plurimũ enim in mestruis quoq; hu
moris inutilis continetur: ut ĩ maris genitura quod humidissi
mum est: tum eadem emissiõe: tum ĩ diuersis. prior enim emis
sio minus fęcunda q̃ posterior est: minus enim caloris anima
lis continet propter cruditatẽ: At uero quod concoctum est:
crassum & corpulentius est. Quibus autem uel mulieribus uel
cęterorum animaliũ foeminis nihil foras emittitur: quoniam
non multum excrementi inutilis cõtinetur: iis tantundẽ quod
colligit̃ ĩ utero ẽ: q̃tũ iis q̃ foras emittũt: remanet quod maris
facultas constituit: aut in semine decedente contenta: aut marẽ
subeunte particula foeminę: quę proportione respondeat uul
uis: ut in quibusdam insectis fieri cernitur. humorẽ autẽ qui a
foeminis cum uoluptate emittitur: nihil ad conceptũ conferre:
dictũ est ante. sed potissimũ inde uideri põt: q; ut maribus sic
& foeminis accidat noctu p̃ q̃etẽ quod pollutionem appellant

uerum hoc nullum indicium est: nam & adolescentibus idem
euenit: q & si emissuri aliquādo sunt: tamē nondum emittūt:
& iis q uel emittūt uel emissuri sunt īfoecūdū: res ita se habet
ut sine maris emissione concipi īpossibile sit: atq; etiā sine me
struorū excremento: quod aut redundās effluat foras: aut ītus
satis sit. At si sine ea uoluptate q̄ foeminis per coitum euenire
solet concipitur: Si locus turget & uulua descendit propius: ue
rum tamen magna ex parte sic accidit: ut cum profusione foe
minę agatur: quoniā os uteri se cōprimat: cū profūdit: ī qua q
dem profusiōe uoluptas & mari & foeminę contingere solet:
semen etiam maris melius ita dirigitur & iuuat: profusio autē
nō intus fit ut quidā uolunt: Os enim uteri angustum est: sed
ante: quo foemina mittit uaporem: illud nonnullarum recre
mentum: eodem enim mas etiam mittit quod fuderit: & aut
ibidem manet semen emissum: aut ītus ab utero trahitur si ca
lidus est: & modice temperatus. Cuius rei indicium q: locus q
modo madebat: resiccatus mox sentiatur. Animalibus etiam
quorum precordiis uulua iungitur ut auibus & piscibus qui a
nimal pariunt ne semen illuc trahatur: sed profusum deueniat
ipsum īpossibile est. Trahit geniturā hic locus suo calore. me
struorum etiam decessio: & confluuium fomitem in ea parte
caloris parat: itaq; ut uasa nō illita calido diluta humore aquā
in se trahunt ore inuerso ita attrahitur: nec audiendi sunt qui p
tibus accommodatis ad coitum officialibus id fieri opinant:
nullo enim pacto sic fieri potest. contra etiam euenit iis qui se
men a muliere quoq; emitti aiunt: Accidit enim ut postq̄ foras
emiserunt retrahant intus: siquidem quod emissum est misce
ri debet cum maris genitura: quod ita fieri superuacaneū est.
At uero natura nullam rem superuacaneū facit: cum autem ex
crementū foeminę in utero constiterit a maris genitura: quę si
mile facit ut lactis coagulū: Coagulū enim lac est cōtinēs calo
rē uitalē q ptes similes ducit eodē: & unit atq; cōstituit: & gēi
tura ita se hēt ad mestruorū naturā: eadē enī natura lactis & me
struorū ē: itaq; coactis iā ptibus corpulētus hūor excernit: ob
ducunt q; circū pte resiccescēte terrena mēbrāę: tū necessario tū

etiã alicuius gratia. nã & calescentis frigescentisue rei extrema siccescere necesse est: & animal non in humido: sed seorsum cõtineri oportet. uocantur ea quibus obuolutus est foetus par tim mẽbranę: alię secundę quę maioris minorisue ratione dif ferunt. hęc pari modo in oĩbus tam ouipis q̃ uiuipis habentur: sed enĩ cum conceptus ĩstitutus est: facit simile iis quę serunt. principiũ enim primũ semina quoq; intra se continẽt quod po tentia primo contentum: ubi secretum mox est: germen mittit & radicem qua alimentũ assumitur: incrementũ enim desidera tur. Sic in conceptu quodãmodo cum partes corporis omnes potentia insint: principiũ maxime promptum habetur: quãob rem cor primum actu secernitur: quod non modo sensu ita fie ri constat: uerum etiã ratiõe. Cum enim quod gignitur de ãbo bus abinnctũ iã est: seipsum gerere gubernare & dispensare de bet: perĩde quasi filius a patre emancipatus: seorsumq; colloca tus. itaq; principiũ haberi oportet: a quo etiã post ordo mem brorũ describat: & q̃cunq; ad absoluendũ aĩal pertinẽt: dispo nãt. nã si extrinsecus aliquãdo aderit: & post inesse ĩcipiet: nõ solũ dubitaueris: & quonã tẽpore accedat q̃sieris: sed etiã cum pars queuis distinguitur: id primũ substare necesse est: ex quo & incremẽtum & motus cęteris partibus contingat. quãobrem qui ita ut democritus aiũt exteriora primum aĩalis discerni: tũ interiora: quasi lapideum aut ligneum aĩal condant: non recte dicũt. res enim talis nullum principium habet: at aĩalia omnia habent: atq; intra se cõtinent: quapropter cor primũ distinctũ in omnibus inspicitur animalibus quae sanguinẽ habent. id. n. principiũ est & similarium & dissimilarium partium. iam enĩ principium id accepisse animalis constitutiq; foetus decet: cũ alimentũ desiderat. quod. n. iam animal est augetur. alimentũ autem ultimum animalis sanguis est: aut quod sanguini pro portionetur: quorum uasa & conceptacula uenę sunt. quam obrẽ uẽarũ quoq; prĩcipiũ cor ẽ. patet hoc ex historiis & disse ctiõibus aĩaliũ. sed cum potẽtia quidẽ aĩal sit: sed imperfectũ aliunde accipiat alimentum necesse est: quamobrem utero & parente: ut terra planta utitur ad cibum hauriendum donec

de gen. 2.

205

perficiatur: & iã fit aĩal potentia gressile quo circa ex corde pri
mũ uenas illas duas natura descripsit: de qbus uenulę depēdēt
in uterũ: ex quibus: qui umbilicus uocatur constat. umbilicus
enĩ uena in aliis simplex ĩ aliis multiplex est: quã uenã putamē
cuticulare ãbit: quod umbilicus uocatur: quoniã uenarũ ĩbecil
litas tutelã operimentũq; desideret. uenę autē quasi radices cō
tingunt ad uterũ: per quas alimentũ baurit foetus: eius enim rei
gratia animal in utero manet: non ut democritus ait: ut mēbra
formentur secundũ mēbra parentis. apertũ hoc in ouiparis est:
Nã illa in ouis distinguũť separata a uulua parentis: sed dubita
ueris, Cũ primũ cor oriatur sanguine prędituũ: Sanguis autem
sit alimentũ quod extrinsecus uenit: unde nã primũ alimentum
subierit: An id uerũ nō diciť: alimentũ omne esse extrinsecus:
sed protinus: ut in plantarũ seminibus ĩest aliquid tale primũ:
quod lacteũ uocať: Sic in animaliũ materia excrementũ consti
tutionis alimentũ est. Incrementũ igiť foetui umbilicum cōtin
git: eodē quo plantis modo per radices: atq; etiam animalibus
ipsis ubi absoluta iã sunt: ex eo quod contineť alimento idē ac
cedit: de quibus post suo loco dicendũ est. Distinctio autem
partium nō (ut quidã opinanť) propterea fit quia simile suapte
natura ad simile feratur. nam pręter alias multas quas ratio ista
babet difficultates: accidet ut q̄uis pars similaris: seorsum cree
tur: uerbi gratia ossa perse: & nerui & carnes: Si quis eã causam
approbet: Sed quoniã excrementũ foeminę potētia tale ē: qua
le natura animal est: ptesq; potētia insunt: actu nulla inest ideo
ps queq; existit: Quoniã etiã agens & patiens cũ se inuicē teti
gerunt: quendã in modũ alterũ agens: alterũ patiens est. modũ
bunc ita intelligi uolo ut conditionibus: sic: ubi: quãdo: descri
bať: ita enĩ continuo alterũ agit alterum patitur. materiã igitur
foemina prębet: principium motionis mas. & queãdmodũ q̄
ab arte efficiunť: per ĩstrumēta efficiunť: sed uerius dixerim p
motũ eorũ qui artis operatio est: ars autē forma eorũ quae ef
ficiũtur ē in alio: sic a facultate siue uirtute animae uegetalis
agitur: utq; ĩ animalibus ipsis & plantis postea ex alimento uis
eadem efficit incrementũ utendo caliditate & frigiditate: quasi

instrumētis(motus enim in iis consistit & ratione aliqua unū quodq; efficit)sic etiā pricipio cōstituit id quod natura efficit eadem enim materia est ex qua augetur:& ex qua cōstituit pri mum. Itaq; facultas quoq; agens eadem quę principio est: sed maior: quod si haec uegetalis anima est:eadē q̄ generet quoq; est. idq; natura cuiusq; est insita & in plantis & in animalibus oībus. cętere animę partes aliis insunt aliis desunt animalibus: sed cum in plantarū genere nullo discerniculo sexus mas distin guatur a foemina: in animalibus quāq̄ non omnibus distingui tur:& mas ob eam rē desiderat foeminā. Atqui quesierit q̄spiā qua de causa foemina desideret marē nec ex se ipsa generet. Quādoq̄dē aīam habet eandē: et materia excrementū foeminę est: sed causę illud ē q aīal sensu differat a planta: nec fieri pōt ut uel facies uel manus uel caro uel alia pars sit nisi anima sen sualis insit aut actu aut potētia:& aut aliquatenus aut simplici ter. erit enī ut mortuus aut pars mortui:quod si mas ē efficiens talis aīę:īpossibile ē ut foemina ex se ipsa aīal generet: ubi mas a foemina separat:eo enim quod diximus mas diffinitur: qua mas est ratiōe. Questionē uero p̄positā ratiōe nō carere patet ī iis auibus q̄ oua subuētanea pariūt: cū foemīa aliquatenus pos sit generare: quod & ipsum recipit q̄stionem. Quonā mō oua eorū dicunt uiuere? nec. n. ita ut oua fęcūda possunt sic. n. actu aīatū ex iis efficeretur. neq; ita se habēt ista ut lignū aut lapis. Quippe q̄ corruptōe aliq̄ pereāt: ut q̄ uitā quodamō ante p̄tici parent. Constat igitur hęc aliquā habere potētia aīam. sed quā istā? Vltimam prorsus habeant animā necesse est: quę uegeta bilis est. haec enim ęque in oībus tam animalibus q̄ plantis in est. Sed cur partes animal non efficiant? Quia sensualem ani mā habere ea oportet: non enim animalium partes ita sunt ut plantarum. Quāobrem maris societate opus est. mas enim a foemina separatus in iis est:& quidem sic usu euenit. Subuēta nea enim illa fęcūda redduntur: si mas coiuit tempore quodā sed de eorum causa post. Si quod autem genus est q foemina sit & marem distinctum non habeat: id ex se ipso animal gene rare potest. Quod & si non dū fide digna exploratū habemus

tamen facit ut in genere piſcium dubitetur. eorum enim quos rubeos ſiue rubelliones uocãt: mas nullus adbuc uiſus ẽ: ſed foeminę omnes foetu plenę reperiuntur. Verũ de bis nõ dum compertũ babemus: quod fidẽ faciat ſatis. quod autẽ nec mas neq; foemina ſit ĩ genere quoq; piſciũ eſt. ut anguilla & genus mugilum quoddam in fluuiis lutulentis. At uero in quibus ſexus maris & foeminę diſtinctus babetur: fieri non poteſt ut foemina ipa per ſe generet perfecte. ita enim mas fruſtra eſſet: quãobrem in iis mas ſemper perficit generationẽ. bic enim ſen ſualem dat animã aut per ſe genituram. ſed cum partes omnes potentia in materia inſint: cum principium motionis affuit. p inde ut in ſpontinis illis miraculis: quod ſubinde ſequitur ex citatur. & quod nõnulli naturales auctores exponere uolunt. Cum dicant ſimile ferri ad ſimile. dicendũ partes moueri non mutantes locum ſed manentes: & alteraſcentes: mollicie: duri cie: colore: & reliquis partium ſimilariũ differentiis factę iam actu: quod ante erãt potẽtia. fit aũt primo principium: quod ĩ ſanguineo genere cor eſt: in cęteris proportionale ut ſępius di ctum eſt: Idq; effici primum non modo ſenſu percipitur: ſed etiam quod per obitum uita bic ultimo deficit. euenit nãq; in omnibus: ut quod ultimũ fit: id primum deficiat. & quod pri mum id ultimum quaſi natura decurſionẽ reducem agat: & a calce ad carceres: unde proruit redeat. Eſt enĩ generatio ex nõ ente ĩ ens: corruptio contra ex ente in non ens. Gignũtur poſt principiũ ut dictũ eſt ĩteriora priuſq̃ exteriora. Sed prius maio ra q̃ mĩora uiſunt: q̃uis nõnulla prius nõ orian̄t. primũ ſupio ra precordiis forman̄t: eadẽq; magnitudine pręſtãt. nã ĩferiora & minora ſunt & minus diſcreta: idq; in omnibus quae parte ſuperiore inferioreq; diſtinguuntur: exceptis inſectis. Quę enĩ ex iis uermiculę naſcuntur: parte inferiore amplius creſcunt ſu periore iam inde a primo ortu minora ſunt. Greſſilium molli bus ſolis nullum diſcrimen eſt ſuperioris & inferioris. quod autem de parte ſuperiore diximus priuſq̃ inferiore cõſtitui idẽ in plantarũ etiam genere euenit: ſemina enĩ prius mittunt radi cem q̃ ramos. diſtinguũtur animaliũ partes ſpiritu ſed nõ aut

parentis aut suo: ut quidam naturę interpretes uoluere. hoc. n. in genere auium & piscium & insectorum palam fit: quę parti seiuncta a parente nascuntur ex ouo in quo formanť & explanantur: partim nō spirāt omnino: & tamen aut ouo aut uermiculo enascuntur. alia quanq̄ spirant & in utero capiūt explanationē: tamen non prius spirare incipiunt q̄ pulmo perficiatur. Articulatur & hic & omnes priores partes anteq̄ aīmal spiret. Item quadrupedū: quę multifida sunt ut canis: leo: lupus: uulpes: lupus ceruarius: omnia cecos generāt: post palpebrę dehiscunt. Itaq; constat ī cęteris quoq; omnibus ut q̄titatē sic q̄litatē potētia ante substantē effici: actu post ab eisdē causis a quibus distinguitur quantitas & duo ex uno efficitur: spiritū uero in esse ē quoniā humidus & calidus est: Cum alterum agat: alterum patiatur. Iam antiquorum nōnulli naturę interpretum: quę postq̄ efficeretur pars temptarunt quidem exponere. sed parum usu periti earum quę accidunt rerū. partium enim alię priores aliis sunt: quod in cęteris etiam rebus est. Prius autem multiplex iam ē. id. n. cuius causa: & quod eius causa differūt. & alterum generatōe: alterum essentia prius est: Quin & quod eius causa duplicem recipit differētiam: aut enim est unde motus: aut quo utatur id cuius causa: uerbi gratia genitale & īstrumentale rei generate. horum enim alterū id est generans & agēs ꝑesse oportet. ut quod doceat priusq̄: quod discat: Sed tibias post eum qui tibiis distat: frustra enim aderunt tibię iis qui uti nesciāt tibiis. Cum itaq; tria hęc sint: primum finis quem esse id dicimus/cuius causa. secūdū quod eius causa. s. principium generans & mouens: efficiens enim & generans qua talia sunt ad id pertinent quod efficitur & generatur. Tertiū utile & quo finis utatur. primū eam partem habere necesse est: in qua principium motus continetur. Hęc enim protinus pars finis prima & potissima est: tum post eam totum & finem. tertium uero & ultimū partes iis accōmodatas īstrumētales ad usus nōnullos. Itaq; si quid tale est: quod in aīalibus in esse necesse sit/ quod totius naturę principium & finem cōtineat: id effici: primū necesse est: qua enim mouens primum oriri: qua pars finis est cū

de gen. 2.

toto oriri debet. itaq; instrumentaliũ partiũ quę sua natura gẽi tales sunt: eas semper esse priores oportebit: alterius enim causa sunt tanq̃ principiũ: At uero quę tales ex iis q̃ alterius gratia cõstãt nõ sunt: eas esse posteriores congruit: quãobrẽ utrę nã partes priores sint: Quę alterius causa: an cuius causa ipsę sint: distingui non facile potest. incidit enĩ ut partes mouentes priores sint generatione q̃ finis: mouentes autẽ ab instrumẽtalibus distingui non facile est: Atqui ea ipsa uia ratiõeq; Quid post quod fiat: quęrendum est. finis enim quorundã posterior est. Quãobrẽ ea pars quę prĩcipiũ continet: existit. mox tota superior moles quapropter caput & oculi foetus maximi inter initia apparent. Inferiora ab umbilico: crura dico exigua cernunt: Partis enim superioris gratia ĩferior est. Et neq; pars finis neq; genitalis est: eius necessitatẽ etiã cur ita sit: non bene reddunt: qui q; semper ita fit dicunt: idq; principiũ in bis existimant: ut Democritus abderitanus opinatur: q; sempiterni & infiniti prĩcipiũ nullum est. causa autem cur ita: principiũ est: & infinitum quod sempiternũ est. Itaq; interrogare de eiusmodi rebus cur ẽ ita: quęrere inquit principiũ infiniti. Atqui ea ipsa ratiõe qua censeant nõ esse quęrendũ: nullius rei sempiternę demõstratio esse poterit: & tamẽ esse cõplurium uidetur: quarũ alię semper fiunt: alię semper sunt. nã & triangula figura duobus rectis ęq̃les semper babet: & diametrũ incõmensurabilẽ esse cum costa sempiternũ est: attamen causa eorũ aliqua & demonstratio est. Igitur non omniũ rerum principiũ quęrẽdũ esse recte dicitur: at rerũ quę semper aut sunt aut fiunt: nullũ prĩcipium esse q̃rẽdum non bene asseritur: sed ea dũtaxat principia non recipiunt examen eiusmodi: quę rerũ sempiternorum sunt. principii enĩ alia cognitio non demonstratio est: principium uero in rebus ĩmobilibus quidditas ẽ. In rebus autẽ quę fiunt iam plura babentur principia: sed modo diuerso: nec omnia modo eodem quorum principiorum unum numero est: unde motus. quãobrem omnia quę sanguinẽ babent aĩalia cor primum possident: ut inter initia nostrę disputationis dictum est: in cęteris primũ gignitur: quod proportionale sit cordis. uenę ex corde tẽdunt

diductę modo riuorum qui in parietibus proficiscentes ab eodem fonte pinguntur: partes enim cōiunctę iis sunt: utpote q̃ ex iis coaugmentēt atq; consistant. Ortus similariū frigore caloreue agitur: consistunt coquūturq; alia frigido: alia calido. Quarum rerum differentias alibi exposuimus ante. s. quę humore igneq; resolubiles: quę humore inresolubiles igneq; illiquabiles sint. per uenas igitur & meatulos quosq; alimentum resudans: queādmodū aqua per crudiusculam futem: in carnē aut carnis proportionale conuertitur frigore consistēs: ex quo fit ut caro ab igne resoluatur. Sed quę terrena admodum oriū tur parū humoris calorisq; adepta: hęc dum refrigescūt humore cū calore euaporāte durā terrenāq; formā capiūt: ut ungues: cornua: ungule: rostra. quāobrem igne hęc molliuntur. Sed humore nonnulla liquescunt ut ouorū putamina. Nerui & ossa calore interiore conficiuntur siccessente humore. quamobrem ossa resolui ab igne non possunt: quomodo testa indissolubilis est. quasi enim in fornace excocta a calore generationis: ita constat. hic autē calor nec ex quolibet carnē aut os facit: neq; quolibet modo aut tēpore: sed ex materia apta & ut apte & cū apte effici potest. neq; enim quod effici potest efficietur a mouente quod actu careat: neq; quod actum optinet efficere ex quolibet poterit: sicut nec faber arcam nisi ex ligno facere pōt: neq; arca effici ex lignis potest sine suo artifice. Inest hic calor in excremento seminali tantam talemq; habens motionem & actionē: quanta modice ad quāuis corporis partem accōmodetur: Quod si uel deficit uel excedit: rem quę fit aut deteriorem efficit: aut lęsam & mancam: similiter ut in iis agitur quę foris igne coquuntur ad cibū aut ad alium usum: sed in iis motū caloris nos moderamur: in illis natura gignentis accōmodat. In iis autem quę sponte oriuntur causę est motus temporis: & calor. frigor priuatio caloris est: utitur his ambobus natura ui habentibus necessario: ut alterū hoc alterū illud faciat: sed ī iis q̃ alicuius gratia gignūť: accidit ut alterū frigefaciat alterū calefaciat: atq; ita ps quęq; q̃litate certa efficiať ut caro mollis: ptī necessario talis exinde facta: partī alicuius gratia: neruus siccus

& ductulis.os siccū & fragile cutis carne siccescente efficitur:
quomodo ĩpolentis crustula quã uetulam uocant: nec solum
propter extremū generatio eius euenit: sed etiã ꝙ lentitudo re
sideat:cū euapari nõ possit:uerū in cęteris lentū id squalidū ē.
itaqꝫ fit ut extrēa exãguiū aĩaliū testa crustaue constet:at ĩ san
guineo genere lētū hoc pĩguius ē. & qdē quę natura nõ terrena
admodū sũt eorū pĩgue sub cutis opimēto colligit̃: q̃si cutis
ex eiusmõi lētitate consistat,pĩgue enĩ habet aliquid lentitatis:
sed hęc oĩa ut diximus ꝑtĩ necessario ꝑtĩ nõ nccio:sed alicuius
gratia effici asserēdū ē.primū igit̃ moles supior ꝑ generationē
distĩguit̃: inferior tempore ꝓcedente:recipit ĩcremētū ĩ sangui
neo genere.oĩa uero lineamentis primum describuntur:deinde
colores recipiunt:& mollitiē & duriciē:quasi pictoris officio
fungatur natura cū condit & creat.pictor enĩ ubi lineis primū
descripserit animantē:mox uario illinit colore ac perficit: cum
itaqꝫ prĩcipiū sensū totius ꝙ animalis in corde cõtineatur:hoc
ob eã rem primū gignitur: mox ob eius calorē frigiditas supra
ubi desinunt uenę respondens cordis calori constituit cerebrū:
itaqꝫ caput a corde contineo generat̃:& magnitudine cęteris p̃
stat:Prĩcipio enim cerebrū multū & humidū est:sed recipit du
bitationē quod oculis animaliū euenit: prĩcipio enim maximi
uisunt̃:& ĩ pedestri & ĩ natatili & in uolatili genere.ultimi ue
ro omniū partiū perficiuntur:interim enim cõcidunt.causa au
tē ē, ꝙ oculorū sensoriū positum quidem est:ut cętera senso
ria aput meatū:sed cū sensoriū tãgēdi gustandiqꝫ protinus sit:
aut corpus aut aliquid propriū corporis animalium:Olfacien
di uero audiendiqꝫ meatus contingant aerem externum:pleni
spiritus natiui ortiqꝫ a corde tendant:ac desinant ad uenulas ce
rebro adiunctas:oculis solus proprium corpus pre cęteris ha
bet sensoriis:quod humidū & frigidū est.nec ante contentum
eo in loco potentia ut cęterę partes:tum deinde actu existens:
sed a cerebri humore secernitur pars purissima ꝑ meatus q ab
oculis ipsis tendere ad membranam cerebri uisuntur. cuius rei
argumentū ꝙ nec alia pars humida & frigida est in capite p̃ter
cerebrum:& oculus frigidus atqꝫ humidus est.itaqꝫ necessario

locus hic magnitudinē primū capit post considit. nā & in cere
bro eodem euenit modo: ut primum prę humidum multūq;
sit: mox humore efflato concoctoq; corporatur magis subsi
detq;: & cerebrum & magnitudo oculorū. principio igitur ca
put pręgrande propter cerebrum: oculi grandes propter humo
rē in ipsis contentum apparent. ultimi uero perficiunť: quoniā
cerebrum quoq; uix consistat: sero enim a frigiditate humidi
tateq; uēdicať in omnibus quidē: sed pręcipue in homine: nā
& sinciput inter ossa ultimū cōfirmatur. Iam enim cum partus
in lucem uenit molle hoc infantis os est. causa ut hoc maxime
hominibus accidat: quoniā cerebrū humidissimū & maximū
omniū animalium homines habeant. cuius rei causa est: ꝙ ca/
lorem etiam cordis purissimum optinet: quod tēperamentum
intellectus plane significat: homo enim omnium aīalium pru
dentissimus est: Pueri ii etiam longo tempore nequeunt conti
nere caput: prępondere cerebri: nec secus partes quas mouere
oportet. principium enim mouendi sero superioribus domina
tur: & ad postremum iis quorum motus non iungitur cū prin
cipio ut cruribus.

P Alpebra etiam talis pars est: sed cū natura nihil superua
caneum: nihil frustra facere soleat. Cōstat nec prius neq;
posterius q̄ usus exigat ab ea effici quicquam. sic enim quod
factum est: frustra aut superuacaneum fuerit: itaq; palpebras si
mul & distingui & posse moueri necesse est. Sero igitur ocu
li animalium perficiuntur propter copiam humoris conco
quendi in cerebro. Vltimi autem ꝙ mouendi facultas nisi in
creuerit: nequeat mouere eas partes: quę tam remote a pricipio
refrigerateq; sunt. declarant hoc idem palpebrę sua natura: cū
enim uel quātalibet grauitate caput temptatur: aut ex somno:
aut temulentia: aut alia eiusmodi causa palpebras attollere non
possumus: quāq̄ leui pondere aggrauentur. Sed de oculis iā di
ctum est: Queadmodū oriantur: & quā ob causam ultimi arti
culentur & absoluantur.

C Aeterarū partium una quęq; ex alimento gignitur nobi
lissima quęq; et potissimi principii particeps ex cōcocto

sincerissimo primoq; alimento. reliq necessarię ac illarũ gratia instituendę ex deteriore & reliquis excrementisq;. Perinde enim natura atq; paterfamilias prudens nihil amittere solet: ex quo facere aliquid commodi possit. dispensatur autẽ in cura rei familiaris ita: ut cibus optimus detur liberis: deterior seruis: uilissimis sociis animalibus. ut igitur incremento iam addito: mens aduena facit hęc: sic in ortu ipso natura ex materia sincerissima carnẽ cęterorũ sensoriorũ corpa conficit. ex recremẽtis ossa: neruos: pilos: ungues: ũgulas: & reliqua generis eiusdẽ cõstituit. Quãobrẽ hęc efficiuntur cum iam suppetit excremẽtum naturę. ossa igitur in prima partiũ constitutione gignũtur ex seminali excremento. Cũq; animal augetur hęc incrementũ ex alimento capiunt naturali: quo partes principales augentur: eius tamen ipsius alimenti sunt: & reliquię & excrementa. fit. n. in quouis primum & secundũ: alimentiq; ratio duplex est: altera nutriendi: altera augendi: nutriens est: quod esse prębeat & toti & partibus. augens quod accessionẽ ad magnitudinẽ faciat: de quibus postea differendũ latius est. Nerui etiam eodem modo: quo ossa instituuntur: & ex eodẽ uidelicet ex seminali excremẽto & nutritiuo. sed ungues: pili: cornua: rostra auiũ: & calcaria: & si quid eiusmodi aliud est: ex cibo gignuntur aduenticio & auctiuo: quẽ tum a foemina: tum de foris sibi acqrunt. quãobrẽ ossa quodã tenus capiunt incrementũ. oĩbus. n. animalibus exitus magnitudinis est. itaq; ossa quoq; certo augendi termino describuntur: nam si hęc semper augerentur aĩalia quoq;: in quibus os aut ossis proportionale est augerentur quãdiu uiuerent. magnitudinis animaliũ męta & terminus his describitur: sed quã ob causam non semper capiant incremẽtũ: postea declarãdũ est. pili autem & eorum cognata omnia quãdiu insunt tam diu augentur: & magis cum corpora aut ęgrotant: aut senescunt atq; decrescunt: quoniã plus excrementi tantisper remanet cum minus in partes pręcipuas consumatur pp senium aut morbum: nam ubi id quoq; ob ętatem defecerit: pili quoq; deficiunt. at ossa contra: decrescunt enim cum corpore & membris. defũctis etiam pili augentur: sed nasci nequeũt.

De dẽtibus dubitaueris: sunt enim eiusdem naturę cuius ossa gignũturq; ex ossibus. ut ungues: pili: cornua: & similia, ex cu teq; quo fit ut ipsa colorem pariter cum cute imutent. alba enim & nigra & uario modo diuersa pro colore cutis redduntur. At dentes nihil tale recipiunt: ossibus enim annumerant: in iis ani malibus quę ossa habent & dentes. accrescunt soli omniũ ossi um tota uita: quod patet in iis dentibus qui mutuũ tactum de clinant: causa incrementi est quoad pertinet ad id cuius gratia: ut fungi officio possint: breui enim tempore attritu cõsumerẽ tur nisi subinde repararentur: quãdo uel nunc senescentibus nõ nullis edacibus dente non magno preditis: admodũ perterũt. plus enim idies adimitur q̃ additur: quãobrẽ bene id quoq; ad rem quę accidit emolita natura est: quippe quę in senectutẽ ui tęq; exitũ: defectũ dentiũ proferat: & pro uitę spacio pscripse rit modũ. Sed si deciesmilies aut deciescẽties annis uita seruare tur: & pręgrãdes primos oriri oporteret & sępius renasci: Quã uis. n. assidue reciperent icrementũ: tamẽ detriti plusq̃ accresce rent, Inutiles demum ad cibum conficiendũ euaderent. Sed cu ius nam gratia capiant incrementũ dictum iam est. Accidit au tẽ ut neq; eandẽ naturã quã cętera ossa dentes habeant. cętera enim in prima constitutione oĩa gignuntur: neq; ẽ quod post oriatur: At dentes post enascuntur: quamobrẽ cũ deciderit de nuo possunt oriri. tangunt enĩ ossa: nõ continuant: ex eo tamẽ gignuntur alimẽto: quod in ossa administrat. quapropter ean dem quã ossa habent naturã: & tunc cũ illa iam suum numerũ receperunt: sed cum cętera animalia dentibus: aut dẽtiũ pporsionali pręditа enascantur: nisi quid pręter naturã accidit. Per fectiora enĩ q̃ homo generatione absoluunt: homo dentibus carens uenit in lucẽ nisi quid pręter naturã itercesserit. sed quã ob causam dentes: alii decidant: alii non: post explicabimus.
Quod autem eiusmodi partes excremẽto cõstituunt: ea causa homo i obsępto & nudissimo omniũ animaliũ corpore est: & ungues minimos pro magnitudine habet: minimũ nãq; in eo est excremẽtum terrenũ: cum enim excrementum quodq; sit: quod inconcoctũ remaneat: Tum quod terrenũ i corpibus ẽ:

omniũ maxime ẽ incõcoctũ: queãdmodũ partes queq; cõsti tuantur: & que nam causa generationis sit declaratum iã est.

Augentur foetus qui forma animalis nascuntur: per umbilici annexum: ut ãte diximus. Cum enim uis quoq; nutriendi in animalibus insit: umbilicum statim quasi radicem agunt in uterum: umbilicum uene contente in putamine complent. plures in maioribus animalibus: ut boue ceterisq; generis eiusdẽ. bine in mediocribus. singule ĩ minimis. hoc sanguineum bauriũt alimentũ: uterus enim exitus est uenarum multarum. animalia igiť non utrinq; dentata omnia: & dentatorũ utrinq; quorum uterus uenã non singularem habet pertinentẽ grandẽ: sed pro una plures frequentes cõtinet: hec in utero habent que acetabula appellantur: in que umbilicus deuenit atq; adheret. Tenduntur enim uene umbilicares undiq; laterum fissisq; sparguntur usq;quaq; per uterum: & qua desinunt hec illa acetabula existunt curuamine suo coniuncta cum utero: cauo autẽ ad foetum conuersa. Secunde uero & mẽbrane inter foetum & uterum posite sunt: Acetabula foetu accrescente proficiscenteq; ad exitum minora subinde redduntur: demumq; obliterãtur: cum perfectus iam est. in ea enim ueluti mammas repõitur a natura foetui alimentũ sanguineũ quod dum colligitur: & paulatim ex multis consistit: quasi pustula & ĩflãmatioꝫ corpus acetabulorũ existit. itaq; quãdiu foetus sit minor: nec multũ cibi assumere possit cõspicua maioraq; sunt: Sed aucto iam foetu considunt & exolescunt. Minuta & utrũq; dentata animalia magna ex parte acetabulis uteri carent: tendit umbilicus in iis in uenã singularẽ que per uterum maiuscula fertur. Cũq; eiusmodi animalia: aliũ unum alia plura pariant: quomõ unum eodẽ plura habentur. Sed hec & dissectionũ exẽplis: & historiarũ cõmentariis inspicienda explorandaq; sunt. herent enim & cõtinentur animalia ex umbilico qui ex uena depẽdet per equilibriũ directũ ad uenam quasi aqueductum fluentem. foetus mẽbranis & secundis obuolutus continetur. Qui infantes ali in utero aiunt suggentes carunculam quandam non recte dicunt: Idem enim & ceteris aĩalibus eueniret: Quod tamẽ

Acetabula uteri

Secunde

nusq̃ uidemus: at qui facile per dissectiones uideretur si esset. Omnes etiam foetus: tum uolucres: tum aquatiles & pedestres parimodo mēbranę tenues ambiunt: separantes ab utero & hu moribus admissis. Sed nec in iis ipsis tale quicquã inesse uide mus: neq; fieri potest: ut per eorum aliquod alimentum hauri ant. iam quę ouo nascuntur oĩa incremētum foris recipere ab iuncta ab utero apertum est. itaq; nõ recte aiunt qui ita dicunt: ut Democritus. Coeunt aĩalia generis eiusdem secundũ natu ram: sed ea etiam quorũ genus diuersum quidē: sed natura nõ multum distat: si modo par magnitudo sit: & tempora ęquent grauiditatis. raro id fit: sed tamē fieri & in canibus & in uulpi bus & ĩ lupis certũ ē. canes etiã iudici ex belua quadã simili & cane generãtur: necnõ in auibus salacioribus idē fieri uisum ē: ut perdicibus & gallinis. Quin etiã aduncorũ accipitres speci em diuersi coire inter se putantur. Idemq; in nõnullis aliis aui bus euenire animaduersum est. in marinis nihil adhuc explora tum habemus dignũ memoratu: qui tamen rhinobati appellã tur maxime gigni creduntur ex squatina & raia. Ad hęc quod de Africa ĩ ꝓuerbio ē: semper aliquid noui Africã afferre ꝓpte rea dicitur: ꝙ diuersa etiã genera coeant. nam ob aquę penuriã terrę illius uel alienigena libidine copulantur. Cum in loca paucissĩa rigua cõgregēt: sed cũ cętera sic orta rursus ipsa ĩter se coeãt generareq; possint: genus unũ nudorum sterile est: ꝗp pe quod neq; secum neq; cum aliis iunctum generet. Quęstio igitur in uniuersum quãobcausam sterilis aut mas aut foemĩa sit. sunt enim steriles & mulieres & uiri: atq; etiam ĩ cęterorum aĩaliũ genere: ut equorum: ut ouiũ sunt quę nullã faciant ꝓlē: sed mulorũ genus totũ sterile ē. Causę uero sterilitatis ĩ cęteris animalibus plures sunt. nã & a primo ortu naturę locis ad coi tum cõmodis oblęsis steriles & mulieres & uiri redduntur: ut alterę non pubescant: alteri non barbescant: sed spadones q̃dã sint: aliis in processu ętatis idem accidit affectus: aut propter corporis nutricationē plẽiorē. mulieribus enim pinguioribus factis. uiris corpore melius habito excrementũ seminale ĩ cor pus absumitur. itaq; fit ut illis mestrua desunt: his gẽitura: aut

ex morbo uiris humidum frigidumq; emittitur semen: mulie
ribus purgationes uiciantur pleneq; excrementorũ morbifico
rum redduntur. Multis etiam: tum uiris: tum mulieribus hoc
idem accidit malum: oblesis partibus & locis accõmodatis ad
uenerem: quę uicia partim curabilia sunt: partim ĩcurabilia: sed
maxime steriles tunc perseuerant: cum primo naturę ortu tales
constiterunt. gignuntur enim & mulieres uiragines & uiri foe
minares alteris mestrua desunt: alteris semen exile frigidumq;
est: Quãobrem ratiõe recta experimento in aqua probatur foe
cunditas seminis: quod enim tenue ac frigidum est: cito diffu
sum per summa innatat. Quod foecundũ est in imum descen
dit. calidum enim quod concoctum est. concoctum autem ẽ:
quod spissum crassumq; est: mulierum probatio suffitu: ut
odores subeuntes uterum efferantur ad locum spirandi: &
afficiant halitum. atq; etiam illitu ut colores oculis impositi
saliuam perficiant oris. nam nisi haec ita fiant: meatus corpo
ris per quos excrementum decedit confusos obseptos et ob
cecatos esse significatur: sedes enim oculorũ maxime omniũ
locorum capitis seminalis est: quod patet cum sola ipa per coi
tum uenereum manifeste ĩmutetur: & usu ĩmodico rei uenereę
oculi aperte langueant & subsedeant. causa ẽ q natura geniturę
similis cerebro est: aquosa enim materia eius est: calorq; aduen
ticius: purgationes autem seminales a septo ueniunt: principiũ
enim naturę hic est. Itaq; fit ut motus a genitali ad pectus de
ueniant: hinc odores per spirationem sensum efficiunt. homini
bus igitur cęterisq; generibus (ut ante retulimus) particulatim
hęc lesio obuenit.

Mulierum fecunda/
rum probatio

Cur oculi libidi/
ne langueant

AT genus mulorum totum sterile est: cuius rei causa non
bene ab empedocle & Democrito redditur. obscure ẽpe
docles: planius democritus scribit: sed neuter bene. afferunt. n.
demonstrationẽ eque de omnibus quę pręter suam cognatio
nem coeant. Democritus meatus mulorum corruptos ĩ uteris
dicit: quoniam non ex cognatis principiũ eorum consistit: sed
id cum aliis etiam animalibus accidat: tamen nihilominus pos
sunt generare: atqui si id causae esset sterilitatis: cętera quoq;

sterilia esse deberent: quę ita coeunt. empedocles mixturam seminum causatur: quę densa ex molli utraq; genitura cõsistat. Caua enim & densa coaptari uicissim fieriq; ex iis durum ex mollibus: ut si ęs stagno misceat: sed nec ĩ stagno et ęre cãm recte assignat. dixi de his in problematis. neq; principia ex rebus ullomodo cognitis accipit. caua enim & solida coaptata uicissim: quonam modo faciant mixtionem: aut uini & aquae: aut alius cuiuspiam. hoc enim supra hominis captum dicitur. nam quẽadmodum caua uini & aquę debeant accipi: pręter sensum omnino est. Item cum ita sit: ut & equi ex equis gignantur: & asini ex asinis: & mulus ex equo & asino: alterutro mare aut foemina. Cur ex his tam densum consistat ut sterile sit: quod prodierit. ex equo autem foemina & mare: aut asino foemina & mare sterile non proueniat? Atqui molle & maris equi & foeminę semẽ est. coit autẽ equus cũ asino: tum mare tum foemina, pro differentia sui sexus: ideoq; gigni ex iis sterile ait: qꝫ unũ ex ãbobus seminibus mollibus conficiatur: ergo & quod ex equo mare ac foemina gignitur sterile esse debebit. nam si alterum causam esse sterilitatis: ut dissimile gẽiturę asini: Nũc uero quali illius semini tali & cognati miscetur. ad hęc demonstratio ęque de ambobus tam mare q̃ foemina recte affertur. Sed interest qꝫ mas septennis dũtaxat generat (ut aiunt) foemina improlis omnino est: idq; propterea quia perducere ad finẽ quod conceperit nequeat. nam cõcepisse quidem iam mulam constat: sed fortasse uerisimilior iis demonstratio logica illa uidebitur. logicam appello: qꝫ quo uniuersalior eo remotior a propriis principiis est: si ex mare ac foemina speciei eiusdem proles speciei eiusdẽ gigni solet: aut mas aut foemina: ut ex cane mare & foemina canis aut mas aut foemina. ex diuersis etiã speciebus diuersum specie proueniat necesse est. Verbi gratia si canis diuersum est a leone ex cane mare & leone foemina diuersum proueniet: & ex leone mare & cane foemina diuersum. Cum itaq; mulus mas & foemina sine speciei differẽtia gignãtur ex equo & asino quę diuersa specie sunt: Impossibile est ut aliquid ex mulis gignatur: nec enĩ diuersum specie proueĩre

de gen. 2.

xix

pōt: quādo ex mare ac foemīa speciei eiusdē idē specie generat̄
neq; idē hoc ē mulus. gignitur enī mulus ex equo & asino quę
diuersa specie sūt. ex diuersis autē specie diuersū aīal gigni po
sitū ē. sed enī hęc ratio admodū uniuersalis ianisq; ē. rōnes. n.
q̄ nō ex ppriis ducunt̄ pricipiis ianes sūt & rerū esse uidet̄: cū
longe aberrent. sunt profecto geometricę rationes: quę ex prī
cipiis geometriciis afferuntur. Idemq; in ceteris est intelligen
dum. uidentur tamen eiusmodi rationes quāuis inanes aliquid
esse. nam & inane siue uacuū illud aliquid esse uidet̄: cū tamē
nihil omnino sit: nec uerum est quod concluditur. multa enim
ex iis: quę non eadem specie progenerantur: foetifera prodeūt:
ut ante exposui. hoc igitur modo: nec de ceteris rebus neq; de
naturalibus indagandum est. Sed ex iis quę in genere: tū equo
rum: tum asinorum insunt considerando potius acceperis cau
sam. primum enim utrūq; eorum singularem parit inter cogna
ta animalia plura numero: tum foeminę non semper cōcipere
possunt: & quidem equi interposito tēpore admittuntur: quo
niam ferre continue nequeant: sed equa mestruosa non est: im
mo minimū inter quadrupedes emittere solet. asina conceptus
incontinens est: genituram utiq; iniectam emingit: quamobrē
uerberibus eam sectantes cogunt ne id faciat. Ad hęc frigidū
animal asinus est: quāobrem locis frigidis gigni non potest:
ut pote sua natura īpatiēs frigoris uelut apud scythas & eorū
finitimos: nec uero apud gallos q supra Hispaniā colūt genus
id aīalis ē. nā ea quoq; prouincia frigida ē: hinc admissarios ēt
nō ut equę: sic asinę equinoctio āmouēt: sed ęstiuo solstitio:
ut tēpore calido pulli nascāt̄. eodē enī tēpore parit: quo coierit
Annū uterum fert & asina & equa. Cum igitur natura sit frigi
dum animal ut dictum est: semen quoq; genitale eius frigidū
esse necesse est. Cuius rei indicium q̄ si equus superuenerit
asinam quam īierit asinus: nō peruertet asini initum: sed si asi
nus superuenerit equam quam equus inierit: peruertet propter
seminis sui frigiditatem. Cū igitur īter se ipsa iungunt̄ seruat̄
semē pp alterius calorē: calidius ē enī quod ab equo secernit̄:
nā asini & materia & genitura frigida est: eq calidior est: cum

autem mixtum uel calidum cum frigido uel frigidum cũ calido est: euenit ut conceptus ex iis seruetur eaq; uicissim ex se ipsa foecunda sint. At uero quod ex iis prodiit: non insuper foecundũ sed infoecũdũ ad perfectam foetificationẽ est, omnino: cum utrũq; aptum propensumq; sit ad sterilitatẽ. sunt enim in asino tum ea quę diximus: tum etiam ut nisi a prima dentium mutatione generare incipiat nunq̃ post generet: sed sterilis oĩo perduret. ita in exiguo continetur generandi uis corporis asini: facillieq; labit ad sterilitatẽ. equus etiã simili mõ idoneus ẽ ad sterilitatẽ tãtoq; deest ut sterilis sit: quanto ut quod ex ipo proderit, semen frigidius reddatur: quod tunc efficitur: cũ asini excremento miscetur. asinus quoq; parum deest quin sui generis initu sterile generet. Itaq; cum accesserit quod pręter naturam est: si ãte uix unum partu naturę legitimũ poterat generare iam quod peregrino ex iis prodiit sterilius nihil deerit: ut sterile sit sed necessario sterile erit. euenit etiam ut corpora mulorũ magna efficiantur: quoniã mestruorũ decessus ad corporis incrementũ uertatur. Cũq; partus eorũ annuus sit: non modo cõcipiat: sed etiã enutriat: nulla opus ẽ quod fieri nõ potest sine mestruis. mulis autẽ mestrua desunt: sed quantũ inutile ẽ: cũ excremento uesicę abigit. Vnde fit ne muli genitale foeminarũ sed ipsum excrementũ olfaciant. reliquũ in corporis ĩcrementũ & magnitudine uertitur. itaq; concipere quidem aliquãdo mula potest: quod iam factum est: sed enutrire atq; in finẽ perducere non potest. mas generare interdum potest: quoniã & calidioris naturę q̃ foemina mas est: & nihil corporis per coitum confert ad generationẽ: quod autem facit gynnus ẽ. quid mulus oblęsus est: nam ex equo & asino gynni proueniunt: cũ conceptus in utero egrotauit. est enim gynnus idem quod metachoerum in porcis: quod enim ibi lęsum deprauatumq; ĩ utero ẽ metachoerum uocatur: quasi aporcellũ dixeris: idq; cuilibet porco accidere potest. pygmeorum etiam id est nãnorum pomilionũ & pusillorũ generatio similis est. nam eorũ quoq; mẽbra & magnitudines uiciant in utero: & sunt ueluti aporcella & gynni hactenus de mulorum sterilitate.

ἢ τοσοῦτον λύων τὸ ἄγονος ... ὅσον γενέσθαι τὸ ἐκ τούτου ψυχρότερον

gynnus

metachoerum

ARISTOTELIS DE GENERATIONE ANIMALIVM LIBER.III.INTERPRETE THEODORO.

DE MVLORVM STERILITATE dictum iam est:atq; etiam de iis quę animal & foras & intra se pariunt.

IN sanguineo autē ouiparo genere parti similis generatio:ut ī pedestribus ē:ideq; de oībus aliquid accipi potest : parti differentia:tū inter ipsa: tum ad pedestria existit. Oriuntur omnia coitu mare in foeminā emittēte semē gēitale:sed aues ouū ędunt pfectū:crusta intectum dura:nisi morbo lędaē:atq; oīa auium oua bicolora sunt.pisciū cartilaginei(ut sępius dixi)cū intra se oua pepererīt animal excludunt ouo ī aliū uteri locū ex alio translato.molle hoc ouū ē & unicolor.unus ex iis aīal non parit: q rana uocaē: cuius causam post exponā:cęteri pisces qui oua pariunt: ouū unicolor ędunt:quod īperfectū est.quippe quod extra capiat incrementū:eadē causa qua & quod intus perficitur.

DE uteris qua īter se differentia discrepent: & quas ob causas ita sit declaratū ē āte. Viuiparorū.n. alia supra iuxta cinctū uterū continent:alia infra iuxta genitale.supra cartilaginea habent: infra quę animal & intra se & foras generāt:ut homo:equus:& reliqua generis eiusdē. ouiparorū etiā alia infra: ut pisces qui oua pariunt:alia supra ut aues.consistunt uel spōte cōceptus in auiū genere quos subuētaneos et Zephirios a fauonio quidā appellāt:qui profecto in iis fiunt auibus quę non uolaces sūt:aut uncę sed multipare:quoniā excremēto ipę abūdant.uncis ī alas & pēnas id uertiē corpusq; exiguū siccū & calidū habeē.decessus autē mestruorū & genitura excrementum sunt.cū igiē & pēnarū natura & seminis excremēto gignaē: neqt natura large utroq; uersus pfūdere:hęc eadē cā ē: & ut aues uncę nec salaces sint nec multipare: sed graues uolacesq;: quarum corpus grandiusculum:ut columba & similes:aut graues non uolaces:quarum corpus grande ut gallina coitu superēt: & partu.grauibus enī non uolacibus;ut gallinis perdicibus: &

reliquiis:id genus multũ eius excrementi fit. quapropter mares eorum salaces sunt: & foeminę multũ materię suggerũt & quidem pariunt. ex iis alię cõplura: alię sępe cõplura gallina: ꝑdix: strutio. sępe autẽ columbariũ genus: sed nõ multa ꝗppe: quod mediũ sit ĩter aduncũ genus & graue. uolax enĩ ut aduncum est: corpulentũ ut graue. itaqꝫ quoniã uolax est: excrementũqꝫ eo transit: pauca parit. sed sępe corporis magnitudine: & uentris calore: & facultate concoquẽdi maxima: atqꝫ etiã ꝙ cibum facile sibi acquirant: adunca enĩ difficulter id faciunt.

Parvę etiam aues salaces pręfoecundęqꝫ sunt: quomodo interdũ plantę minores sunt fertiliores. quod enim incremento corporis deest: in excrementũ seminale exundat. quãobrem gallinę adrianę multa admodum pariũt. fit enim propter corporis exiguitatẽ: ut alimentũ ad partionẽ sumptitetur. uulgares etiam gallinę foecundiores sunt generosis. corpora enim alteris humidiora: alteris grandiora & sicciora: animus generosus in eiusmodi corporibus potius consistit: quin & tenuitas ac becillitas crurium facit: ut eorum natura et salacior sit & foecundior: quomodo & hominibus euẽit. alimentũ enim quod crura subiret in seminale excrementũ transfertur: quodquod enim inde natura adimit: hic adicit: nam ungues aues pede sũt firmiore & crure crassiore causa uictus. itaqꝫ omnibus his de causis: neqꝫ salaces sunt neqꝫ pręfoecũdę. Tinnunculus potissimũ ĩ eo genere foecundissimus ẽ: q solus fere adũcarũ et bibit. humor autẽ & natiuus et aduenticius seminalis cũ calore ĩdito ẽ: sed ne ipse qdẽ multa admodũ parit: uerũ cũplurimũ ꝗtuor. cuculus parũ generat: quãꝗ adũcus nõ ẽ: quia naturę frigidę ẽ: quod ipsius pauore indicat: Seminale autẽ animal calidũ esse & humidũ oportet: pauidã esse hanc auẽ aptũ ẽ: cum ab oĩbus auibus fuget: & in alienis pariat nidis. Columbarium genus bina magna ex parte parere solet: nec enim uniparum est: cum nulla auis pariat unum: excepto cuculo: qui & ipse duo interdum parit: nec multa parit: sed saepe bina aut terna; cumplurimum: sed bina magna ex parte. sunt enim ii numeri ĩter unum & multa. cibũ in semen conuerti in iis quę abunde foetificant:

pluribus declarat̄ euentis.arborū enim multę:cum admodū
copiose tulerint exarescunt fructificatiōe:nisi corpori alimen
tum remāserit. Ammis etiā idē euenit:ut leguminibus: ut fru
mentis:& reliquis huiuscemodi:cibū enim omnē in semē con
sumunt.Quippe cum genus id fertile admodū sit:necnon gal
linarum nōnullę:cum adeo ualde peperissent:ut etiam bis die
pepererint:mox a tanto partu interiere. Hyperinę enim.i.effoe
tę:& aues & plantę fiunt:quod uiciū nimia excremēti secessio
est:ut ex hauste effoetęq; dicantur:quę ita afficiunt̄. hęc eadē
affectio causę leęnę etiā est:ut sterilescat. primū enim quinq;
aut sex parit catulos:tum anno secundo quatuor:mox tres. de
inde parimodo per annos singulos minus uno:ab uno postre
mo nullū:cum & excrementū omne consumptū iam sit:& ęta
te desinente semen una defecerit:Quibusnā auibus subuētanei
partus consistant:& quę pręfoecūdę parūue foecundę quasq;
ob causas dictum iam est.fiunt subuentanea oua ut ante retuli
mus:quoniā materia seminalis in foemina est:nec mestruorū
decessio fit auibus:ut uiuiparis sanguine pręditis.iis enim om
nibus fit:aliis magis:aliis minus:aliis quantū rē indicet. Pisci-
bus etiam ut auibus mestrua nulla prodeūt:quāobrē iis quoq;
cōceptus consistit sine coitu ut auibus:sed minus aperte. frigi
dior enim natura pisciū est. decessio igitur mestruorū quae ui
uiparis fit:eadem cōsistit in auibus per debita excrementi tem
pora:& quia locus sępto propinquus calidus est:magnitudine
iuxta perficiuntur:sed ad generationē īperfecta:tum hęc: tum
illa pisciū sunt:nisi semen maris accedat. Cuius rei causam āte
exposui.uolacibus subuentanea non gignunt̄. s. eadem causa
qua nec multa nec ab iis ipsis generant̄.unguibus enim parū ex
crementi īest:& marē desiderant ad excrementi cōmotionem.
gignunt̄ subuentanea oua plura numero q̄ quę foecunda sunt:
sed mīora ob unā eādēq; causam.ꝙ enī īperfecta sunt: minus
augent̄:quod minus augēt̄ plura nūero existūt:minus etiā sua-
uia sunt:quoniā minus cōcocta.cōcoctū enī in quonis genere
dulcius ē: sed oua auiū aut pisciū nō pfici ad generationē sine
mare satis exploratum habemus. An in piscibus quoq; fiat

hyperme

ἐξώ ἐστόις

cōceptus ſine mare:non ęquę apertū eſt:ſed potiſſimū ī fluuia
tili genere rubellionibus id accidere uiſum eſt:et enī nonnulli
ſtatim habere oua uidentur .ut de his in hiſtoriis ſcripſimus:
omnino in auium genere:ne ea quidem oua quę per coitū oriū
tur poſſunt magna ex parte augeri:niſi coitus auis continuet̄:
cuius rei cauſa eſt:ꝙ ut in mulieribus coitu maris detrahit̄ men
ſium excrementū(Trahit enim humorē uterius tępefactus: &
meatus aperiunt̄)ſic in auibus euenit: dum paulatim meſtruū
excrementū accedit:quod foras decedere non poteſt : quoniā
parum eſt & ſuperne ad cinctum continetur: ſed in uterū ipſū
collabitur.Hoc enim ouum augetur ſicut foetus uiuiparorum
eo ꝙ per umbilicum affluit.nam cum ſemel aues coierunt: oīa
fere oua ſemper habere perſeuerant:ſed parua admodū.quāob
rem de ſubuentaneis dicere non ſolent oriri ſponte:ſed reliqui
as eſſe pregreſſi coitus:quod falſum eſt.ſatis enī cōſpectū ē in
nouella:tum gallina:tum anſere gigni ſine coitu : tum etiam ꝑ
dices foeminę:& quę nondum coierint:& quę coierint(quarū
uſus in aucupiis)cum olfaciunt marem uocemq; eius audiūt :
alterę īplentur:alterę ſtatim pariunt : Cuius affectionis cauſa
eſt eadem quę in homine & quadrupede. nam ſi forte eorum
corpora accenſa libidine turgent ad coitum:alia cum primum
uiderunt : Alia cum leuiter tetigerunt : ſemen emittunt : eſt
hoc auium genus ſua natura libidinoſum: ut leui egeat motu
cum turget citoq; ſecernat:ut in iis quę non coierint ſubuēta
nea conſiſtant:in iis quę coierint:oua breui augeantur & perfi
ciantur. Aues ex iis quę ouū pariunt foras:perfectū hoc ędūt:
piſces īperfectū:quod extra recipit incremētū ut ante diximus.
cauſa eſt:ꝙ genus piſciū foecundū admodū eſt.Itaq; fieri nō
poteſt:ut multa intus finē recipiāt: quapropter foras deponūt.
idq; agit̄ cito:ꝙ uterus eorū piſciū qui ouū pariūt foras iuxta
gēitale poſitus ē.Sūt auiū oua bicolora:piſciū unicolora.om
nium coloris cauſam uideris ex facultate partis candidae atq;
luteę:ſecernitur enim a ſanguine quod eo uenit:nullum enim
exangue animal ouum generat.ſanguinem autem materiā eſſe
corporū dictum iam ſępius eſt.pars igitur eius quę calida eſt:

de gen. 3.

propius ad formam in mẽbris instituendis accedit. quę autem terrosior est corporis institutionẽ prębet: & remotior est. quã obrem in bicoloribus ouis animal initium sue generationis a candido est sumit. Initium enim animale in candido cibum a luteo capit. calidioribus itaq; animalibus seorsum ista haben tur distincta: exquo principium ortus: & exquo alimentum atq; alterum candidũ alterum luteum est: & plus candidi sin seriq; semper est quam lutei & terreni. At minus calidis & hu midioribus contra, plus lutei idq; humidius est: quod in plau stribus accidit auibus. Cũ enĩ illę sua natura humidiores sint: tum frigidiores terrenis auibus constant. Itaq; oua earũ multũ eius quod uitellũ uocatur: habent: minusq; luteũ: quoniam cã didum minus ab eo separetur. Quę iam sua natura frigida ĩter ouipara sunt: ea longe humidiora constant. quale genus pisciũ est: nec candidum habent distinctũ: quia exiguum hoc est & frigidę terrenęq; qualitatis copia impedit. quamobrem omnia piscium oua unicolora sunt atq; ad lutea: candida ad candida lutea esse dixeris: auium uel subuentanea oua colorem eum du plicẽ optinent. habent enim ex quo utrũq; fit: & unde principi um: & unde cibus: sed hęc imperfecta sunt: & maris indiga. fi unt enim foecunda: si quo tempore ineuntur a mare. nec uero sexus causę coloris duplicis est: ut candidũ a mare: luteũ a foe mina sit: sed ambo a foemina proficiscuntur: Verũ alterũ fri gidũ alterũ calidũ est: in quibus multũ caloris est distinguũ tur: in quibus parum: distingui non possunt: & ob eam rem cõ ceptus eorum sunt unicolores: ut dictum est. semen autem ma ris constituit tantũ: ideo primum exiguus albusq; conceptus a uium cernitur: mox tempore ꝓcedente luteus totus. Cum iam plus sanguinis admiscetur: postremo secedente calore pars cã dida circum insistit: quasi humore eq̃ feruẽte quoquo uersus. candida enim ꝑs oui sua natura humida est. Caloremq; anima lẽ ĩtra se cõtinet: q̃obrẽ circũ ipsa discernit lutea & terrẽa ĩtus manet. & si plura oua cõiecta ĩ patinã: aut tale aliquod uas eo qs igne: ita ne motus caloris citatior sit q̃ ouorũ distictio. Idẽ ĩ uniuersis ouis quod ĩ singulis euenit: ut lutea cũcta ĩ medio

cõstituantur candida circiter ambiant:sed quã ob causam alia unicolora alia bicolora sunt oua dictum iam est.

SEcernitur in ouo principium genitale maris ea parte qua ouum utero adhęret:fitq; proinde dissimile quod bicolor est:nec plane rotundum:sed altera parte acutius quoniam partẽ eam differre oportet:in qua principium illud continetur. quãobrem durius ea ipsa parte est ouum:quã inferiore. principium enim operiendum custodiendũq; est:exit etiam pars oui acuta post:quod enim adhęret:id exire postea conuenit. adhęret autem ea parte:qua principiũ continetur:et principiũ ipsum in parte acuta ẽ. Idẽ in plantarũ etiã seminibus modus ẽ. prĩcipium enim seminis adhęret:aut ramo aut putamini:aut pulpe ut in legumine patet.qua enim biualuis fabarũ strues:& cęterorum id genus coniungitur:hac prĩcipium seminis adhęret. Sed quęres de incremento ouorũ quonam modo ex utero ueniat. aĩalia enĩ per umbilicum capiunt cibum:oua quo cũ nõ modo uermium ipsa per se recipiãt incrementũ. At si quid est quo adhęrent:id quonam transeat perfecto iam ouo: nihil enim tale exit cũ ouo:ut umbilicus cum animali:quod enim circiter ambit; teste perfecto iam ouo efficitur.recte igitur hoc ita queritur. Sed latet:primo mẽbranam mollem id esse: quod postremo testa efficitur. Perfecto enim ouo durum ac rigidum euadit ita modice:ut exeat adhuc molle. dolorẽ enĩ moueret nisi ita exiret: egressum statim refrigeratũ duratur euaporato humore quãprimum qui exiguus inest:relictaq; portiõe terrena. Huius itaq; membrãę particula quędam umbilicaris parte acuta prĩcipio cõtinetur:tenditq; paruis adhuc ueluti fistula quod in eiecticiis inchoatis ouis patet.nã si auis madefacta aut alia causa inalgescens eiecit cruentus adhuc cernitur conceptus:habensq; sibi annexam appendiculã ũbilicarẽ:q̃ ouo ãplius icrescente obtenditur latius atq; minuit̃.pfectoq; mucro exitũ cõplet.mẽbrana ĩterior sub hoc ũbilico est:quę uitellũ albumẽq; ab eo disterminet.ubi iam ad consumationem uẽtum est:ouũ absoluitur totum:& umbilicus ratione non ĩsuper apparet: extremũ enĩ ultimũ eius est. Partus ouorũ cõtra atq; aĩaliũ euẽit.

animal enim uersum in caput suumq; principium nascitur. At
ouum quasi ī pedes conuersum exit:cuius rei causę quod dixi
mus est: ꝙ ouum ea parte qua principium continetur adhęret.
Generatio auium ex ouo ita euenit:ut incubante & concoquē
te aue animal ex parte oui secernatur:augeatur ex reliqua parte
& conficiatur.natura enim simul & materiam animalis in ouo
reponit:& satis cibi ad incrementū.Cum enim auis intra se pfi
cere nequeat cibum una parit ī ouo.nam iis quę forma anima
lis nascuntur,Cibus in alia corporis parte paratur:quod lac uo
catur:uidelicet in mām̄is. At auibus hoc idē in ouo natura cō
stituit:sed cōtra q̄ homines putant:& alcmeon crotoniates ait:
non enim albumē oui hic est sed uitellū: hoc enim pullis pro
cibo est:illi albumen pro cibo esse existimant:propter coloris
affinitatē. Oritur pullus incubante aue ut dictum ē:sed si aut
tempus sit bene temperatū: aut locus in quo oua manent tepi
dus concoquunt̄,& auium oua & quadrupedū ouiparum sine
parentis incubitu.hęc enim oīa in terra pariunt concoquūturq;
oua tepore terrę.nā si quę quadrupedes ouipare frequentantes
fouent quae ediderint oua:custodię gratia potius id faciunt.
gignuntur uero eodē modo oua quadrupedum: quo auium.
crusta enim dura ītecta & bicolora sunt: & iuxta cinctum cō
sistunt:ut auium & reliqua eadem:tum intus: tum extra eueni
unt.Itaq; omniū causę eadem consideratione cōtinentur. sed
quadrupedum oua:ut ualidiora tempore concoquunt̄: auium
ībecilliora sunt:atq; ob eā rē parentē desiderāt. Tum etiā natu
ra attendere uidetur:ut sensum prouidum curamq; diligētem
erga prolem parentes habeant: sed in genere deteriore hoc fa
cit:quousq; pariant:in aliis quibusdam etiā donec perficiant.
Prudentioribus uero plus curę mandatur: ut etiam enutriant.
postremo iis quae prudentia iam maxime prędita sunt: con
suetudo amor: & caritas in prolem etiam adultam seruatur ut
homini: & quadrupedū nōnullis auibus cura donec pariant
& enutriant: quamobrem & ab incubitu laborant in prole
enutrienda:a partu uero deterius afficiuntur: quasi priuate ali
quo sibi natiuo gestamine. perficitur animal in ouo celerius

vrina ova

diebus tepidis:tēpore enim iuuatur:nam concoctio eſt calor q̄
dam.terra enim ſuo calore concoquit:& quę ĩcubant: hoc idē
faciunt:adhibent enim ſuum calorē.deprauantur etiā oua & fi
unt:quę urina appellant̃:tēpore potius calido idq; ratione:ut e
nim uina temporibus calidis coaceſcunt fece ſubuerſa(hoc enĩ
cauſę eſt ut deprauentur)ſic oua pereunt uitello corrupto . id e
nim in utriſq; terrena portio eſt.quāobrem & uinum obturba
tur fece permixta:& ouum uitello diffuſo.multiparis igit̃ hoc
accidit:merito cum non facile omnibus calor cōueniens reddi
poſſit:ſed aliis deficiat:aliis ſuperet:& quaſi putrefaciēdo ob
turbet. uncunguibus etiam quāuis parū foecundis : nihilomi-
nus tamē idem euenit.Sępe enim uel alterum ex duobus urinū
fit:ſed tertium ſemper fere. Cum enim calida ſua natura ſint :
faciūt ut quaſi ferueat ſupra modū humor ouorū.Iā.n. naturā
quoq; cōtrariā luteū & cādidū habēt.luteū nāq; gelu durat̃ &
coit:calore contra humeſcit: quapropter cū uel in terra uel p̄ ĩcu
bitū concoquitur:humeſcit atq; ita pro cibo animalibus naſcē
tibus eſt. Nec uero cum ignitur aſſaturq; dureſcit : quoniā na
turę terrenę eſt ut cera. Ideoq; cum plus iuſto caleſcunt:niſi ex
recremento humido ſint ſanieſcunt redduntur q; urina. At can
didum gelu non concreſcit:ſed magis humeſcit: cauſam ante
reddidi:ignitū ſolideſcit:quāobrem cum ad generationē aīali
um concoquitur craſſeſcit:ex hoc enim conſiſtit animal. lute
um autem pro cibo eſt:& mēbris ſubinde inſtituendis ĩcremē
tum hinc adminiſtratur.quo circa luteum & candidū mēbra
nis inter ſe diſtinguuntur:quaſi naturā habeant diuerſam.Sed
quēadmodū hęc inter ſe habeant:tum initio generationis : tū
conſiſtentibus animalibus:atq; etiam de mēbranis & umbili
cis diligentius ex iis quę per hiſtoriam ſcripſimus: conſideran
dum annotādumq; eſt. Ad id autem quod ĩ preſentiarū tracta
mus:tantum aperuiſſe ſatis eſt.Principio corde conſtituto &
uena maiore ab eo diſtincta:umbilici duo de uena eadem per
tendunt.alter ad mēbranam:quę luteum continet:alter ad mē
branā:cui ſecundarum ſpecies eſt:qua animal obuolutum cō
tinetur:quę circa teſte membranā eſt . Altero igitur umbilico

cibum ex luteo assumit efficitur luteũ copiosius: quippe quod calescens reddatur humidius: cibum enim quoniã corpulẽtus est: humidum esse oportet: qualis plantę suppeditatur: uiuunt autem principio: & quę in ouis: & quę in animalibus gignunt uita plantę. adhęrendo enim capiunt primum & incrementum & alimentũ: alter umbilicus ad secundas tendit. ita enim in iis quę ouo nascuntur animalibus pullum uti luteo existimandũ: ut foetus uiuiparus sua parente utitur: quãdiu intra parentẽ cõtinetur. Cum enim non intra parentẽ nutriantur: quę ouo proueniunt partẽ eius accipiunt aliquã: habentq; secũ ĩ cibo. Mẽbrana uero exteriore nouissima sanguinulenta hęc perinde ut illa utero utuntur. simul autẽ & luteum & secundas testa oui complectitur uteri proportione: perĩde quasi quid unum obductũ amplectatur foetum parentẽq; totam: quod ita est: quoniã foetum esse in utero & cum parente necesse est. Itaq; in uiuipis uterus in parente est: in ouiparis e diuerso fit: quasi dixeris parentẽ esse in utero. luteum est enim cibus qui a parente pręstat: causa est q foetus nutricatio non intra parentẽ est: Crescentibus umbilicus primũ considet qui secundis adiungitur. hac enim pullum excludi cõuenit. reliquũ lutei & umbilicus ad luteum pertinẽs post collabitur. cibum enim habeat statim oportet: quod exclusum est: nec enim a parente nutritur: & per seipsum statĩ capere cibum non potest: quapropter luteum subit cum umbilico: & caro adnascitur. Talis ortus eorum est: quę ex ouis perfectis foris generantur: tum in auibus: tum in quadrupedibusq̃ ouum crusta in tectum dura pariunt: Sed hęc euidentiora in auctioribus sunt animalibus: nam in minoribus obscura pre sua exiguitate habentur.

Genus etiam piscium ouiparum est: cuius ea quę infra cõtinent uterum imperfectũ pariunt ouum: causa quã ante reddidimus. Quę autẽ cartilaginea nuncupãtur perfectũ intra se ouum pariunt: mox animal foras edunt uno excepto: quam ranam uocant. hęc enim una foras ouum perefectum parit: causa natura corporis est. caput enim longe grandius reliquo corpore habet: idq; aculeatũ ualdeq; asperũ: quãobrẽ nec postea

ſuos catulos ītra ſe recipit: neq; principio aīal parit. Capitis enī magnitudo & aſperitas ut aditum: ſic exitum impedit. Et cum cartilagineorum ouū cute molli operiatur: ꝙ enim frigidiora q̄ aues ſint: nequeunt partem circundantem indurare: ideo ouum unum ranarum ſolidum durumq; eſt: ut foris ſeruetur. cęterorum humida ſunt natura & molli: operiuntur enim ītus corpore ſue parentis: ortus ex ouo idem ranis quę extra perfici tur: & iis quę intus ſed eorum atq; auium ortus partim ſimilis partim diuerſus ē. primū enim altero carēt umbilico: qui ad ſe cundas pertinet; quę ſub teſta ambiēte poſitę ſunt. cuius rei cā eſt ꝙ teſtam illam circundantē non habent: cum nihilo his uti lis eſſe poſſit: parens enim ipſa integit & ſeruat. Teſta in ouis edendis tutela eſt contra detrimenta quę de foris ueniant. Tū generatio iis quoq; ex oui parte extrema eſt: ſed nō qua utero adhęrent. aues enim ex cacumine oriuntur: qua ouum adhęret. cauſa eſt ꝙ auium ouum ſeparatur ab utero. At eorum quanq̄ non omniū tamē plurimorum ouum perfectū utero adhęret. Cūq; animal extremo innaſcitur: ouum conſumitur totū quo modo in auibus cęteriſq; quorū omnium abſoluitur: demūq; utero umbilicus iam perfectorū adhęret. ſimilis modus eorū etiam eſt: quorum oua utero abſoluuntur. nōnullis enim eorū ouum perabſoluitur cum perfectum eſt. Quę res igitur cur ita differant auium & piſciū generationes cauſa eſt: ꝙ auium oua luteum a candido ſeparatū continent: piſcium unicolora ſunt: miſcenturq; in iis iſta uſq;quaq; & confunduntur. itaq; nihil prohibet: quo minus econtrario principiū habeant genitale. nō ſolum enim parte ſui adhęrente tale eſt: ſed etiā altera obiecta. alimentū uero ex utero meatibus trahere quibuſdam eo ipſo principio facile eſt: apertum hoc eſt: in iis ouis quę non abſol uuntur. nam in nōnullis cartilagineis ouium nō abſoluitur ute ro: ſed inhęrens deſcendit ad animalis generationē: in quibus animal perfectū habet ſuum umbilicum ex utero conſumpto iam ouo. conſtat igitur uel ante meatus oui eodem tendere. fit hoc in muſtelorū genere leui cognomine ut dictum eſt: ortus piſcium his rebus & his de cauſis differt ab auiū: cętera eodē

ueniunt modo. alterum enim umbilicum habent similiter ut aues ad luteum: sic pisces ad totum ouum. non est enim huius pars altera lutea altera candida: sed totum est unicolor: atq; ex eo alũtur: consumptoq; pari modo subsidet: & caro circũ ad/nascitur. Talis eorũ generatio est que intra se ouium perfectũ foras animal pariunt.

Caeteri pisces maxime ĩ parte foras pariunt oua omnesq; imperfecta prēterq̃ rana: cuius cãm iã reddidimus. eorũ etiam qui ĩperfectũ pariũt ouum causa declarata est. Ortus uero eorum quoq; ouo proueniens: eodẽ agitur modo quo cartilagineorũ: quē intra se pariunt: sed incrementũ celerẽ atq; ex paruis & ultimum oui durius est. incrementũ oui simile uermibus est. animalia enim quē uermẽ pariunt: primo exiguum ēdunt: quod per se augetur sine ullo annexu. causa similis ut in farina subacta humore: fit enim massa ex parua magna: parte solidiore humescente: humida spirascente: quod ĩ animalibus natura caloris animalis facit: in massa calor permixti humoris. Augẽtur igitur oua necessario ea causa. habẽt enim excrementũ massale: sed rei melioris gratia: quoniã fieri non potest: ut totum suum ĩcrementum recipiant: propter summã eorum animaliũ foecunditatẽ. hinc enim & parua admodũ excernuntur & celeriter augẽtur: parua ꝙ uteris angustior sit: q̃ ut tantã ouorũ copiam possit capere celeriter: nedum per generationẽ mora in augendo protrahitur genus pereat: quando uel nunc magna pars editi partus interiit. quãobrem genus piscium prēfecundũ est. rep̃hendiť enim et compẽsatur a natura interitus multitudine. sunt quorũ uterus dehiscat & disrumpať: ut quē acus uocatur prē magnitudine ouorum. hēc enim pro multis maiusculos habet cõceptus. quod enim natura numero ademperat id magnitudini addidit: oua piscium foris augeri: & quã ob causam dictum iam est.

Sed ouũ eos ẽt pisces parere indiciũ ẽ: ꝙ uiuipari quoq; pisces ut cartilaginei: primum oua inter se pariunt. Totũ enim pisciũ genus ouiparũ esse certũ est: sinẽ tamẽ nullum recipit ouum eorũ piscium qui sexu maris & foeminē distinguũť.

& per coitum generant: nisi mas suum semen aspergat. Sunt q omnes pisces foeminas esse opinentur: exceptis cartilagineis: sed non recte. putant enim eos qui mares babiti sunt: differre a suis foeminis modo plantarum: ĩ quibus altera fructificet altera nõ: ut olea & oleaster: ficus & caprificus. sic pisces differre ĩ ter se uolunt: preter cartilagineos. de iis enim non ambigunt: quanq̃ similis ratio partium seminalium ĩ maribus omnibus: tum cartilaginei: tum ouipari generis est: & semen genitale utriusq; suo tempore emitti uidetur. uuluas etiam foeminę babẽt: Atqui nõ modo ouiparos sed etiã cęteros uuluas babere oporteret: quãuis diuersas ut mulę babent ĩ genere u eterinorum. Si genus totum sexu foeminino esset nec nisi sterilitate nonnullorum dissideret. nunc uero partim conceptacula babent seminis genitalis: partim uuluas: atq; in omnibus excepto rubro & biatula boc discrimen est: ut aut conceptacula seminis prolifici babeant: aut uuluas. difficultas autem qua ita opinari mouentur: solui facile potest: cum rem quę accidit audis. nullum enim ex iis quę coeunt tam multa parere posse aiunt: idq; recte. quę enĩ ex se generant perfectum uel animal uel ouum bęc non ita pariunt multa: ut pisces qui oua pariunt: nam ĩnumera quędam eorum multitudo ouorum est: sed illud nõ uident q̃ diuersa piscium oua ab auium sint. aues enim & quadrupedum ouipare: & si qua cartilaginea enumeranda sunt in boc genere perfectum generant ouum: & quod ęditum non recipiat incrementum. at pisces imperfecta pariunt oua: quę foris incrementum iustum recipiant. eodemq; modo mollia & crustata quę quidẽ & coire plane cernuntur: quoniam eorum coitus diuturnior est. alterum etiam eorum marem esse: alterũ uuluam babere certum ẽ. absurdum pręterea est: nisi ĩ omnibus generibus uis bęc babeatur quomodo in uiuiparis est: alterum mas: alterum foemina. causa uero ignorantię eorum qui ita censent ꝙ differentię quę multę ac uarię in animalium coitu generationeq; sunt: non omnes pateant sed paucarum quarundam intuitu: Idem in omnibus esse oportere arbitrentur. quamobrem & qui conceptus fieri aiũt captu seminis gẽitalis quod a foeminis piscibus deuoret

rem de qua uerba faciunt:non tenent. Tempore enim eodem mares semē genitale foeminę oua habent: & quo foemina pro pius ad partum accedit:eo copiosius & humidius redditur se men genitale in mare:& ut incrementū seminis in mare:oui in foemina eodem tempore euenit sic emissio.nec enim foeminę uniuersum sed paulatim pariunt:neq; mares semen suum uni uersum emittunt. Atq; hęc oīa ratione ita usu eueniunt.ut enī ī auium genere sunt quę sine coitu oua concipiant: quāq̄ pauca & raro: sed per coitum magna ex parte īplentur:sic ī piscibus euenit:sed minus. Eque tamē utroq; in genere īfoecunda sunt quę sponte constiterunt:nisi mas suum asperserit semen: uide licet in quibus mas quoq; est. Auibus igitur quoniā oua perfe cta exeunt:id fiat cum intus adhuc sunt necesse est:at piscibus quoniā īperfecta omnia oua ęduntur:quāq̄ non ītus per coitū constitit ouum:tamen si extra aspersum est seruari potest:atq; in hunc usum consumitur semen mariū genitale: quapropter una cum ouis foeminarum subsidit atq; minuitur. aspergunt enim mares sequendo in iis quę subinde ęduntur ouis. ergo in piscibus quoq; sexus discrimen maris ac foeminę est oēsq; coeunt:nisi sexus alicui generi sit indiscretus: & sine maris ge nitura nihil ex iis potest generari. facit enī celeritas coitus pisci um ut eius opinionis autores decipiantur: Tanta enim celerita te rem uenereaem peragunt:ut etiam piscatores complures late ant.nemo enī eorū aliquid tale cognitiōis gratia obseruat. Ve rum tamen coitus uisus est:eodem enim modo quo delphini. pisces etiam coeunt ammouendo supina per lapsum: quibus ī pedimento cauda est. Sed delphinorum abiunctio diuturni or est:piscium uero huiuscemodi celerrima est. Itaq; cum eam non cernant:captu siue uoratu seminis & ouorū quem explo ratum habent mouentur uel piscatores:ut stultam illam & uul garē rationē de conceptione pisciū afferant: quā & fabulatior herodotus scribit:quasi seminis deuoratu pisces īpleātur:nec uident id fieri non posse.meatus enim qui per os introtendit in uentriculū fertur non ī uuluam:quodq; uentriculū subierit: alimentū id effici necesse est. Concoquitur enim. uuluę autem

plenę ouorũ cernuntur quę unde quęso subierit.

Similis error ĩ generatione quoq; auiũ euenit. Sunt enim qui coruos & ibin ore coire opinẽtur. iter q̃drupedes etiã mustelã ore parere: Hęc enĩ & anaxagoras: & alii quidã naturales autores scribũt: simpliciter ualde & inconsiderate qui ĩ auiũ genere ratiocinatione illa falluntur: ꝙ raro coruorũ coitus cernatur: rostrorũ cõiunctio sępe numero quę omnibus id genus auibus solita est quod ĩ monedulis: quas mãsues alimus planũ est. genus etiam columbinum hoc idem facit: Verum haec quoniam coire quoq; uisuntur ea fama caruerunt. coruinum genus libidinosum nõ est: quippe quod parum foecundũ sit. Coire tamen id quoq; uisum est: sed enim nõ cogitasse quẽad modũ semen ad uuluam deueniat per uentriculum qui semper quod ingestũ est cum concoquat ut patet in cibo perficiendo absurdũ omnino est. uuluas autẽ id quoq; auium genus & oua habere cernitur iuxta septum.

Mustelã etiam modo cęterarũ quadrupedũ uuluã habere certum est: ex q̃ quonã pacto foetus ad os deueniat: sed quia mustela paruos ad modũ parit: ut & cęterę fidipedes de quibus postea dicemus: & sępe catulos suos ore susceptos trãsfert: fecit ut ita opinarẽtur. Quĩ etiam de trocho & hyena stulte magnoq; errore narratur. hyenã enim complures aiunt: trochũ Herodotus heracleota scribit duplex gẽitale habere maris ac foeminę: & trochũ seipsum inire. hyenã inire & iniri annis alternis. sed uisa est hyena mas & altera foemina sui discrimine genitalis. locis enim nonnullis penuria huius conspectus non est: uerum hyenę tam mares q̃ foeminę habent sub cauda lineã quandã similẽ gẽitali foeminino. quę quidem nota q̃uis coĩs sit: tamẽ ĩ maribus potius cernitur: quia mares q̃ foeminę magis capiuntur. Itaq; qui rem parum diligenter considerant in hanc aberrant opinionẽ: sed de his satis.

De pisciũ generatione quęres quã ob causam cartilagineorum nec foeminę suos cõceptus neq; mares suũ semẽ spargere uisuntur: cum generis non uiuipari & foeminę oua & mares semen spargere soleant. cã uero est ꝙ genus cartilagineũ

semine minime abundat. uuluas etiam foeminę ad septum po
sitas continēt. ęque enim mares a maribus & foeminę a foemi
nis differunt. sunt enim cartilaginei minus copiosi gēiturę. At
uero mas ouipari generis: ut foemina oua prę multitudine re
ponit sic ipse spargit. plus enim seminis habet q̃ satis ad coitū
sit. tendit enim natura potius absumere semen id ad augenda
oua reposita q̃ ad primam constitutionem. nam ut & ante &
modo diximus oua auium intus perficiūtur: pisciū extra. simi
lis enim quodāmodo generatio atq; in uermiparis est: quāq̃ ī
perfectiorē ędūt conceptū: quę uermē pariunt. Sed utrisq; tam
auiū q̃ pisciū ouis perfectionē mas adhibet. Verum auium in
tus cum intus perficiantur: piscium extra: cum hęc imperfecta
ędantur. nam alias idem utrisq; contingit. Auium igitur sub-
uentanea foecunda reddūt: & quę cōcepta maris diuersi coitu
sunt: naturā in eum qui post coierit: mutāt. propria etiam quę
incremento carent: cū coitus intermissus est: celeriter accrescūt.
Cum repetitur coitus: non tamen quouis tēpore: sed si prius q̃
albumen secerni incipiat.

At piscium ouis nihil tale prescriptum est: sed ut seruēt
q̃primū mares aspergunt. cuius rei causa ē: q hęc bicolo
ra nō sunt. hinc enī tēpus his tale statum non est. At in auiū ge
nere ratione sic euenit: cum enim luteū & candidū distincta in
ter se sunt: principium iam habetur: quod proficiscitur a mare.
Istuc enim mas confert. Subuētanea igitur recipiunt generatio
nem quoad fieri potest. perfici nanq; ad animalis usq; foecūdi
tatē īpossibile est. sensibus enim opus est: At uegetalē animae
uirtutē optinent & foeminę: & oīa quę uiuunt ut sępius dictū
est. quāobrem hoc ouum ut plantę conceptus perfectus est: ut
animalis imperfectus. Quod si mas ī eorū genere deesset: Idē
sane fieret quod ī piscium genere si tale genus in iis est: quod
sine mare progeneret. Dixi de his āte nondum exploratū habe
ri satis: nunc uero in omni auium genere: alterum mas alterum
foemina est. itaq; fit ut qua planta est: perficiat quod non mu
tet a coitu. qua non planta: nō perficiat nec aliud quicq̃ proue
niat ex eo quod genuit. neq; enim ut plantę simpliciter: neq; ut

animalis per coitum prouentus est. Quę autē oua coitu conce
pta discreta iā sunt in albuminis portionē: hęc pro eo q primū
coiuerit mare euadunt: iam enim utrunq principium optinēt.

M Olliū etiā partus similis est: ut sepie cęterorūq id genus
atq ēt crustatorū: ut locustę et reliquorū generis eiusdē.
pariunt enim ea quoq per coitū: & quidē sępe mas coniunctus
cum foemina uisus est. Quāobrē hinc etiam historice nequaq̄
dicere illi uidentur: qui pisces omnes foeminas esse autumant:
nec per coitū parere. haec enim oriri per coitum arbitrari: illa
nō mirū est: aut si hęc ita parere illos latuit: indiciū īperitię est:
diutius hęc q̄ cętera coeūt more insectorū ratiōe. sunt enim ex
āguia & ob eam rem: frigida natura: sępius & lolliginibus oua
gemina apparent: quoniā uulua earū ita articulata est: ut bifida
cernatur. At poliporū ouū simplex ē: causę est forma eorū ute
ri quę specie rotunda conglobataq est. fissio enim eius iam re
pleti incerta est. Locustarū etiā uulua bifurcis est: cōceptū hęc
quoq oīa īperfectū eadā de causa ędunt. locustacei generis foe
minę apud se partum exponunt. quāobrē ampliores ipsę q̄ ma
res habent tabellas: ut oua seruentur: mollia foris reponunt. foe
minis huius generis mares aspergunt: quo mō ouis mares ī ge
nere pisciū: redduntur q oua eorū glutino cohęrentia ad speciē
uue. At locustaceis tale quid fieri nec uisum est: neq ratiōe ex
igitur. conceptus enim eorū sub foemina continetur: & crusta
intectus est. Incrementū tam eorū q̄ molliū oua foris recipiunt
sicut pisciū: adhęret ouo sępia nascens parte sui priore. hac. n.
tantum potest adhęrere: cum hęc una partem posteriorem &
priorē eodem habeat. Quę nam situs dispositio sit eius cū ori
tur: petendū ex historiis est de ortu cęterorū aīaliū: tum pede
strium: tum uolatiliū: tum etiā natatilium diximus.

D E insectis atq crustatis hoc loco dicendū ē uia & ratiōe
qua cepimus. At primū de insectis: hęc partim coitu: pt̄i
spōte oriri dictū iam ē. Itē uermiculū ea parere: & quā ob cau
sam ita pariūt. genus hoc enim omne fere uermiculū quodam
modo parere uidet. conceptus enī qui īperfectior est: talis est.
In oībus autē uel iis q̄ perfectū pariunt ouū: conceptus primus

indiſcretus adhuc recipit incrementū: qualis natura etiā uermis eſt. mox alia conceptū ſuum ouo pfecto ędunt alia īperfecto: quod extra pficiatur: ut ſępe de piſcibus dictū ē. Quę uero intra ſe pariunt aīal: iis quodāmō poſt primū cōceptum ouiforme quiddā efficitur. humor enim ī mēbrana tenui continetur: perinde quaſi oui teſtā detraxeris: quāobrē deprauationes cōceptuum: quę per id tēporis accidunt: fluxus uocant. Sed inſecta & uermē generant quę uim optinent generandi: & quę non per coitū: ſed ſponte naturę oriuntur: ex tali origine cōſiſtunt. nam & erucas genus eſſe uermis cenſendum eſt: & foetum araneorum quāq̄ propter figurę orbiculatā ſpeciē ſimilia ouo: tū eorum nōnulla: tum alia cōplura primordia eſſe uideantur: uerum non figura: nec mollicie: aut duricie ouum definiendū ē: Sunt enim cōceptus nōnullorum duri: quāuis ouo diuerſi: ſed quod totum mutetur nec ex parte eius animal gignatur: id uermis eſt. omne autem hoc uermiculi genus ubi ſuę magnitudinis finem receperit: quaſi ouum efficitur. indureſcit enim putamen eorū: & tantisper īmota redduntur: quod in uermiculis apum & ueſparū: atq; etiam in erucis apertum eſt. Cuius rei cā eſt: ꝙ natura prę ſua īperfectiōe quaſi maturans anteq̄ tempeſtiuum ſit ouum: pariat: tanq̄ hic uermis ad incremētū oui mollis adhuc pergat. hoc eodē modo ī cęteris quoq; euenit oībus quę non coitu oriunť: uel in lanis: uel aliis huiuſcemodi atq; ēt in aquis. Oīa enim poſt uermis naturā motu ceſſant & putamine obareſcunt. mox rupto putamine exit ueluti ex ouo animal tertia perfectū generatione: idq; pennatū magna ex parte. Ratione illud etiam euenit quod iure multi admirentur. Eruce. n. cum primo capiant cibum: mox nō capiunt: ſed motu ceſſant: quę per id tempus aurelię a nonnullis uocanť. ueſparū etiā uermiculis et apū idē accidit. poſt deīde q̄ nymphę āpellāť pueniunt: quę nihil huiuſcemodi habeant: Ouorū enī natura adepta ſuum finē: non inſuper accreſcit: ſed ante augetur: & aliť donec diſtinguať & fiat ouum perfectū. uermiū autem alii hoc intra ſe habēt ūde excrementū ipſis nutriēdis accedat: ut uermes apū & ueſparū: alii de foris capiunt: ut erucę & cęterorū nonnulli

fluxus

vermis et ovum

Triplex insectorum generatio

uermiũ. Sed quãobrẽ triplicẽ generationẽ hęc ſortiãť: & q̃ de cauſa ex motis ĩmota reddanť explicatũ iam ẽ. Oriunť eorum alia per coitũ more auiũ & uiuiparorũ & piſciũ partis plurimę alia ſponte modo nonnullarũ plantarum.

APiũ generatio magnã recipit ambiguitatẽ: & quaeſtionẽ cum enĩ in genere piſciũ talis quędã ſit generatio nõnullorũ: ut ſine coitu generent: hoc idẽ in apibus etiã euenire uidetur. quoad ſenſus ratioq; apparens admoneat. aut enim aliũde portare foetũ eas neceſſe eſt: ut quidã uolunt: eumq; uel ſpõte naſcentẽ uel ab aliquo animali ęditũ: aut ipſas generare: aut ptĩ portare: partim generare. nã id quoq; aliqui dicunt. fucorumq; foetum tantũ portari opinanť. Itẽ generare eũ aut per coitum aut ſine coitu. & p coitũ generare: aut ſingula genera per ſe: aut quodlibet unũ cętera: aut aliud cum alio iunctum. uerbi gratia apes ex apibus coeuntibus inter ſe gigni: fucos ex fucis: reges ex regibus: aut cętera omnia ex uno: ut ex iis qui reges ac duces uocanť. Aut ex fucis & apibus. ſunt. n. qui fucos mares eẽ: apes foemĩas arbitrenť. alii contra apes mares eſſe: fucos foeminas opinanť. Quę oĩa ĩpoſſibilia ſunt ratiocinãti; partĩ ex iis q̃ apibus priuatĩ eueniant: partim ex iis quę cum cęteris ſint aĩalibus cõmuniora. Nã ſi nõ ipſe pariunt: ſed aliunde portant foeturã oriri apes oportet: etiã ſine ulla opera apũ. ſ. eo loco de quo ſemen porteť. cur enĩ trãſlato ſemine orianť? manẽte ſuo loco nõ orianť? prorſus oriri nihilominus cõuenit: ſiue ſponte in floribus ſemen id naſcitur: ſiue ab aliquo ędiť aĩali: quãq̃ non apes ſed illud aĩal gigni oportebit: quod ſemen generet. ad hęc mel portari ab apibus ratiõis eſt. Cibus eſt enĩ: at foetũ alienigenã deferre abſurde credideris: nã cuius rei gratia q̃ſo? quãdo oĩs labor qui prolis cã ſuſcipiť: in ea quę propria eẽ uideť prole uerſať? nec uero apes foeminas eſſe: fucos mares ratio patiť. Arma enĩ ad pugnã uireſq; exercẽdas nulli foeminę a natura tribuũť. Sunt autẽ fuci inermes: carẽt enim aculeo. Apes oẽs aculeo armanť. nec cõtra dici rõe pbabili põt apes eſſe mares: fucos foemĩas. mas enĩ nullus ſolet ĩ ple elaborare: quod apes faciũt oĩo cũ foetus fucorũ gigni uideať: etiã cũ nullus ẽ fucus: apũ autẽ

nō gigni ſine regibus: & qdē ob eā rē foetū fucorū tantū porta
ri aliq putant. Conſtāt nō per coitū gigni uel ex alterutro gene
re ſecū coeūte: uel ex apibus & fucis. portari etiā foetū fucorū
tātū cū īpoſſibile ſit ob ea quę mō diximus: tū ratio aſpernat̄:
ut in genere toto earum talis affectio nō eueniat. Quoniā etiā
fieri nō pōt: ut ipe apes partī mares: partī foemīę ſint. In oībus
enī generibus mas a foemina differt. generarent etiā ſe ipſe: At
nullus earū cernit̄ foetus niſi duces aſſint: ut aiūt. Cōmune au
tē argumenētū tam ad agendā uiciſſim generationē q̄ ad eam
q̄ fuci efficiant: & ſiue ſeorſum ſiue promiſcue agi dicit̄: ꝙ nl̄
lum eorū coire unq̄ uiſum ē: At ſępenumero euēiret: ut coitus
cerneret̄. Si alterū mas alterū foemina in iis eſſet. Reliquū ē ut
ſi per coitū oriant̄ reges coeuntes inter ſe generent: at fuci oriri
uiſunt̄: etiā cum nulli ſunt duces: quorū foetū nec portare neq̄
parere apes ſuo coitu poſſunt. Relinquit̄ itaq̄ ut quod ī piſci
bus euenire uidemus apes ſine coitu fucos generent: & foemīę
ſint qua generant rōe: ſed babeant ītra ſe ut plantę ſexū maris
& foeminę. quāobrē iis datū eſt inſtrumentū ad pugnam nec
foemina appellandū eſt: in quo mas diſtinctus non ē. quod ſi
in fucis id euenire uidet̄: ortuſq̄ eorum exiſtit ſine coitu. Iā &
apibus & regibus eandē ſeruari rōnē neceſſe ē: ut ſine coitu ꝓ
creet̄. Cęterū ſi ſine regibus gigni foetus apū uideret̄: apes etiā
ſine coitu ex ſe generari neceſſe eſſet. ſed cū hoc negēt q ī eorū
aīaliū cura uerſant̄: reliqt̄: ut reges & ſe generēt & apes. itaq̄ cū
ſingulari quadā peculiariq̄ natura genus ſit apum: ortus quoq̄
earū peculiaris merito eē ꝑcipit̄. nā ut apes ſine coitu generent
minus ꝓpriū eſt: cū idē uel in aliis eueniat aīalibus: ne idē ꝑcre
ent genus ꝓpriū ē. rubri enī generāt rubros: & biatulę biatulas.
cā ē ꝙ ipſe generant̄ non ut muſcę: & reliq̄ id genus aīalia: ſed
ex diuerſo; tamē cognato genere prodeūt: ex ducibus. n. oriūt̄.
q̄obrē ꝓportio quodāmō in eorū generatione ſeruatur. duces
enī magnitudine fucis: aculeo apibus ſimiles ſunt. Apes igitur
aculeo regibus aſſimilantur: fuci magnitudine. aliquid enim
diſcriminis īeſſe neceſſe ē: niſi ſēp genus ex quouis idē gigni
neceſſe ſit: quod īpoſſibile eſt. Ita enī genus totū duces eſſent.
apes itaq̄ uiribus & piēdi facultate ſimiles ducibus ſunt: fuci

Apes

magnitudie emulantur: quod si aculeũ quoq; haberent: duces utiq; essent. sed nunc id ipsum ex ꝓposita questione restat & solutum iã est: que enim superius dicta sunt totam hãc soluũt questionẽ. duces enim iidẽ similes sunt generi utriq;: qua enim aculeũ gerunt: apibus: qua magnitudine prestãt: fucis assimilã tur. Sed duces etiã ipos ex aliquo gigni necesse ẽ. Itaq; cũ nec ex apibus neq; ex fucis creẽt ipsos se etiã generare necesse est. Cellule eorum nouissime cõstruũtur: nec multe numero. itaq; euenit ut duces generẽt & seipsos: & aliud genus quod apum est. Apes aliud generent idest fucos. ipsi uero fuci non insuper generent: sed hoc ipsi priuent. Cum enim semper quod secun dum naturã est: ordinẽ habeat. Ideo fucos ea quoq; facultate priuari ut aliud generent necesse ẽ. & quidẽ ita hoc euẽire uide mus: ipsi enim generant: nihil uero aliud generant: sed in terna rio numero finẽ generatio recipit. atq; adeo bene institutũ est a natura: ut semper hec genera seruent: & nullum deficiat: quãq̃ non oĩa generent. Ratione illud etiã euenit: ut annis prosperis copia mellis proueniat: & fucorũ. hymbribus uero crebris foe tus oĩo superet: humor enim facit plus excrementi in corpori bus ducum. Anni uero tẽperies facit hoc idẽ in apibus: cum enĩ corpe sint minore tẽpie magis desiderãt. Recte etiã reges ĩtus manent ĩmunes omni negocio necessario: quasi nati ad sobo lis procreationẽ. magnitudine item prestant: quasi ad prolẽ ge nerandã corpus eorum sit institutũ. conuenit & fucos ociosos inertesq; esse cum nulla habeant arma quibus de cibo possint dimicare: cũq; pigricia tarditateq; corporis degenerẽt. apes me diũ inter reges & fucos tenent: ita enĩ utiles ad negocia officio seq; operarie esse possunt: utq; & filios alant & parentes: quin & sequi suos reges: ut faciunt: consentaneũ ẽ ratiõi: qua genera tiõe apũ a regibus proficisci statuimus: nã nisi tale q̃d eẽt rõe carerẽt: ea q̃ agunt in earũ ĩpio: atq; ẽt regibus cõcedere nihil la boris suscipe ut parẽtibus: fucos uero castigare ut filios: iusti⁹ n. filii castigãt: & quorũ negociũ nullũ ẽ. apes aũt mltas a duci bus ipis paucis generari sile uidet leonũ generatõi: q cũ primũ quinq; nũero genuerit mox pauciores generãt: postreõq; unũ:

tum deinde nullum. nam & apum duces primum multitudinē generant: mox sese paucos. atq; illarum foetum minorē: suum uero auctiorē: quod enī eorū numero natura adēpserat id magnitudini addidit. Generatio apum ita se habere uidet̄: tum ratione: tum etiam iis: quę in earum genere euenire uisuntur. non tamen satis adhuc explorata q̄ eueniāt: habemus. quod si quādo satis cognita habebunt̄: tunc sensui magis erit q̄ rationi credendū. Rationi etiā fides adhibēda ē: si quę demonstrant̄: cō ueniunt cū iis quę sensu pcipiuntur rebus. Apes sine coitu generare argumento illud etiā est: q̄ foetus exiguus admodum ī cellulis faui cernitur: cum insecta quę per coitum oriunt̄ coeāt diu: pariant breui: magnitudine ad speciē uermis: Quod ad generationē cognatorū iis aīalium pertīet: ut crabronū uesparūq; similis quodāmodo ratio est. Sed defuit his locuples naturae dotatio merito: nihil enim ut apum genus habent diuinitatis. generant quippe matrices uocatę primosq; fauos confingunt generatiōe uero coeūdo īter se funguntur. uisus ē enim sępe eorū coitus: sed quot nā differentiis hęc genera aut īter se disside ant: aut cum apibus petēdū ē ex iis q̄ p historias explicauimus. Atq; de generatione insectorum omniū dictum iam est.

SEquit̄ ut detestatis disseramus. Generatio eorum quoq; partī similis partī dissimilis ceteris est. Idq; euenit ratiōe: qppe cum aīaliū cōparatiōe plantis: plantarū, aīalibus assimilē tur. ita ut semini gigni quodāmō uelut aīalia uideātur: At alio modo non semine: & tum sponte: tum ex se: aut alia spōte: alia ex se oriri. Sed quoniā naturā proportione plantis respondētē hoc genus habeat: hinc testa ītectum aut nullū ī terra gignitur: aut parum, quale genus limacū ē: & si quid eiusmodi aliud sit: sed rarum. At in mari similiq; humore multa & uaria gignunt̄. genus plantarū contra mari locisq; huiuscemodi parum: et nullum fere. in terra autē hęc oīa oriuntur. habent enim naturā ꝓportionalem atq; disiunctam. sed quanto uitalius humidum q̄ siccum: & aqua q̄ terra est: tanto natura testatorum q̄ plantarum uiuacior est. nam alias eo quidem spectant: ut sicut plantę ad terram sic testata ad humorem se habeant: quasi

plantę:ostrea terrena: ostrea plantę aquatiles sint. hic ēt fit ut multiformiora sint:quę in humore gignunt̄:q̄ quę i terra. humor enim naturā habet ad effingendū afformandumq; habiliorē q̄ terra:nec multo minus corpulentam·eam q̄ potissimū i mari habentur:humor enim potulentus dulcis quidē alūnusq; est:Sed tum minus corpulentus:tum frigidus est. quáobrē q̄ sanguine carent:nec natura calida sunt:ea nasci in lacu non possunt.minus etiam in salsis aquis:quę sint potulētiores gignūtur:ut testata ut mollia ut crustata.hęc enī oīa sanguīe uacāt:& natura frigida sunt:sed stagnis marinis & iuxta amniū ostia gigni solēt.quęrunt enī una teporem & alimentū: mare autem humidū multoq; corpulentius aqua potulenta est: atq; etiam sua natura calidum est:ut particeps omniū partium sit: uidelicet humoris aeris terrę.itaq; oīa adipiscūt̄: quę singulis his locis gignuntur.plantas enim terrę incolas quispiā esse statuerit. Aquę aquatile animaliū genus:aeris pedestre:sed q̄ magis minusue & remotius aut propius res constet:magna miraq; differentia existit.Quartum genus non his locis quęrendū ē: quāq̄ aliquid esse exigit ordine ignis.id enim quartū corpus enumeratur.uerum ignis semper formā non propriam habere uidet̄. sed in alio corpore.aut enim aer aut fumus aut terra esse uidet̄ quod ignitū est:sed enim genus hoc apud lunā quęrendū est. hęc enim quartā illā distātiā adipisci uidetur:sed de his alias. Natura testati generis consistit: partim sponte: partim aliqua ab ipsis emissa facultate:quanq̄ sępenumero ea quoq; spontina oriantur constitutione.

Sed generationes plantarū accepisse hoc loco congruit. Oriuntur enim earū alię seminę:alię auulsione: nonnullę etiā sobole ut cępe.hoc igitur tertio mō mitili gignunt̄: qppe qui minores subinde iuxta principiū adnascuntur. buccina & purpurę & quę fauarę dicunt̄:quasi a semīali natura humores quosdam mucosos emittunt.semen uero nullum esse eorum putandū est:sed quo diximus modo plantis assimilātur. quā obrem larga eorū copia prouenit:Cū primū constiterit aliqd. haec enim oīa uel sponte ut oriantur:euenit.itaq; ratione tunc

fauare [illegible]

magis: cum origo pręcesserit: cōsistunt. aliquid enim excremē ti singulis proficisci credendū merito est ab eo principio cui soboles quęq; adnascitur: Sed cum similem habeant facultatē cibus excrementūq; cibi: fauantiū substantiā similem esse con stitutioni primę consentaneū est. quapropter excremento hoc gigni probabile est. Quę autem uel sobolem nullā procreant: uel non fauant: eorum omnium ortus spontinus est. omnia ue ro quę hoc mō consistunt: aut ī terra: aut in aqua cum putredi ne gigni uisuntur: & hymbre admisso. cum enim dulce in prīci pium constituendum secernitur: quod superest talē accipit for mam. nihil autem gignitur putrescens sed concoctū: putredo uero & putridum excrementū rei concocte est. nihil enim ex toto efficitur: quomodo neq; in iis quę ab arte conduntur. nā nisi ita esset: facere non requiretur: Sed quantū īutile est: id aut a natura aut ab arte detrahitur. Generantur autē in terra humo req; animalia & plantę: quoniā humor ī terra: spiritus in humo re: calor animalis in uniuerso inest: ita ut quodammodo plena sint animę omnia. Quāobrem consistunt celeriter: cū calor ille cōprehensus siue exceptus ē. cōprehenditur autē et humoribus corporeis incalescentibus efficitur: uelut bulla spumosa: sed differentia nobilioris ignobiliorisue generis constituendi ī cō ꝓhēsiōe principii animalis ē. huius autē rei causā & loca habēt & corpus quod cōprehenditur. In mari uero multum portiōis terrenę est. quo circa ex tali concretione natura testati generis oritur: ita ut pars terrēa circiter durescat: cogaturq; eodem mo do quo ossa & cornua (Sunt enim hęc illiquabilia igne) cor pus intus contineatur: quod uitam optinet. unum ex his ge nus cochlearum coire perspectū est: sed an ortus earum ꝑ coi tum sit nec ne: non dum exploratum satis habetur. Sed enim quęret quispiā recte. Quid nā ī his sit quod secundū materiale principium consistat. nam in foeminis excrementum quoddā aīalis hoc est: quod principiū genitale a mare ꝑfectū mouens potētia tale quale id est de quo uenit animal efficit. At ī his: qd nam hoc esse dicēdum sit: & unde & quod principium genita le secūdū marem ꝓponēdū igitur in aīalibus generātibus calorē

in animali contentũ: secernendo ex cibo ingesto & concoquẽ
do facere excrementũ: quod conceptus principiũ sit. nec secus
in plantis nisi ꝙ in iis & quibusdam aĩalibus nihilo maris prĩ
cipiũ desideratur: habent enĩ hoc intra se mixtum: at plurimo
rum animaliũ excrementũ illo principio eget. alimentum autẽ
aliis aqua: aliis terra: aliis quod ex iis constet. Itaq; ꝙ calor in
animalibus contentus ex alimento efficit: hoc tẽporis calor in
aere ãbiente contentus: ex mari aut terra concernit concoquẽs
atq; constituit: Quod autẽ comprehenditur exceptũ in spiri
tu animali: id conceptũ facit motumq; ĩponit. Cõstitutio igiť
plantarũ: quę sponte oriuntur similis est. quadã enim ex parte
contrahitur: & alterũ eius partis principium genitale: alterũ ali-
mentũ fit: primũ iis quę oriuntur. At uero animalia quędã uer
me nascuntur: Tum exanguia quę non ab aĩalibus gignuntur:
tum etiam sanguinea: ut mugilũ genus quoddã: & aliorũ flu
uiatiliũ pisciũ: ad hęc anguillarũ genus: hęc enim omnia quã-
uis naturã parum sanguineam habeant: tamen sanguinea sunt:
& cor optinent: quod principium sanguinarium corporis est.
Quę autem intestina terrę uocantur: uermis habent naturam: ĩ
quibus corpus anguillarũ cõsistit. quamobrẽ de prima homi
nũ atq; quadrupedũ generatione: si quando primum terrigenę
oriebantur: ut aliqui dicunt: nõ temere existimaueris: altero de
duobus his modo oriri: aut enim ex uerme constituto primũ:
aut ex ouo. Quippe cum aut intra se habeant cibum ad incre
mentũ necesse sit: qui quidẽ conceptus uermis ẽ: aut aliũde ac
cipe: idq; aut ex parẽte aut ex ꝑte cõceptus. itaq; si alterũ fieri
nõ potest ut affluat ex terra: quomodo cęteris aĩalibus ex parẽ
relinquiť necessario: ut ex parte conceptus accipiať. talẽ autẽ ge
nerationẽ esse ex ouo aut uerme fatemur. ergo si initiũ ullũ ge
neratiõis omniũ animaliũ fuit: alterutrũ de his fuisse probabi

le esse apertum ẽ: sed minus rationis ẽ: ut ex ouo ꝓdierint: nul
lius enĩ generationẽ animalẽ talẽ uidemus: sed alterã tũ sãgui
neorũ quę diximus: tum exanguiũ qualia sunt insectorũ non-
nulla & ea quę testa operiunť: de quibus agitur: non enim ex ꝑ
te aliqua oriuntur ut ea quę ouo nascuntur.

Terrigenę

INcremẽtum etiam similiter ut uermes capessunt.uermes
enim augentur in partem superiorem.& qua principium
continetur.alimentum enim superius ab inferioribus ministra
tur:atq; id quidem commune cum iis quę ex ouo proueniunt
habetur:sed illa totam materiam absumunt .In iis uero quę ex
uerme gignuntur: cum ex constitutione in parte inferiore con
tenta pars superior creuerit:mox ex reliquo alimento ĩferior ar
ticulatur.cuius rei causa est ꝙ cibus postea quoq; in parte sep-
to subiecta conficitur omnibus.incrementum autẽ hoc modo
fieri uermiũ apertũ ĩ apibus cęterisq; similibus ẽ. pricipio enĩ ꝑ
tem inferiorem magnam:superiorem habent minorem . Idem
augescendi modus in testatis etiam est.Quod & ipsum cõstat
in genere turbinato.s. anfractibus eius: qui sub inde accrescẽte
plures efficiuntur in partem priorem quod caput uocatur: dixi
fere quemadmodum generatio:tum eorum:tum cęterorũ spõ
te orientum agitur. omne autem genus testatum sponte ĩstitui
apertum hinc est:ꝙ nauigiis putrescente fęce spumosa adnas-
cuntur:& locis multis ubi nihil tale aderat ante : post per inopi
am humoris facto ceno ostreę prouenerunt:ut apud ehodum
ĩsulam : cum classis applicuisset & fictilia proiecta essent ĩ ma
re:tempore post cęno obducto testis ostreę in iis reperiebanť.
Nihil autem partis genitalis emitti ab iis argumentũ est.quod
cum chii quidam ex pirrha lesbi ĩsulę ostreas uiuas portassent:
& in loca quędam maris reciproci ęstus & ęuripo similia dimi
sissent:plures nihilo fuere temporis spatio:quanq̃ incremento
corporis plurimum profecerunt.Quę autem oua appellantur :
nihil ad generatõem cõferũt: sed ĩdicio sunt nutricatõis melio
ris : quale ĩ sanguineis pingue ẽ.quãobrẽ sapore ꝑ id tẽpus prę
stant ciboq; laudantur . argumento ꝙ et pinnę & buccia & pur
purę continent quidem semper ouum illud uocatum sed ali
as maius:alias minus. sunt etiam quę nõ semper sed uere id ha
beant.mox enim tempore procedẽte minuitur:demumq; totũ
aboletur ut pectines:mituli:ostreę. Tempus hoc enim prodest
eorum corporibus:aliis nihil tale aperte uenit ut callis : Sed sin
gula eorũ & quibusnam orianť locis petere ex historia debes.

ARISTOTELIS DE GENERATIONE ANIMALIVM LIBER.IIII.INTERPRETE THEODORO.

D d E GENERATIONE ANIMAlium omnium : tū uniuersim: tum singulatī dictum iam est.

¶Sed cum ī eorū perfectissimis mas & foemina distincte habeant: easq; facultates omnium animalium & plantarum esse principia fateamur: q̄q̄ in aliis discretas in aliis indiscretas: differendum hic est. primo de eorum ipsorum generatione . imperfectis enī adhuc suo ī genere distiguit sexus maris & foemine. Sed utrū prius etiam quam hęc differentia sensu nostro pcipi possit : alterum mas alterum fęmina sit discrimīe facto ī utero: An post: ambigitur . Alii enim protinus in seminibus hanc eē contrarietatem aiunt: ut anaxagoras: & alii naturales autores . etenim sęmen gigni ex mare: foeminā autem locum prębere. marem a pte dextra: foeminā sinistra proficisci & uteri latere dextro marē cōtineri: foeminam sinistro. Alii uero id ascribunt ut empedocles. Quę enim uterum subierit calidum : hęc effici mares arbitrāt: quę frigidū foeminas. caliditatis uero frigiditatisue cām esse confluuium mestruorum: Quod frigidius uel calidius sit & aut antiquius: aut recentius: democritus abderites differentiam maris ac foemine fieri quidem ī matre ait: sed non caliditate frigiditateue ad rerum effici marem: alterum foeminam: sed utrius tandem sęmen euicerit : quod ab ea prodiisset parte qua mas & foemina inter se differūt. hoc enī empedocles profecto neglientius opiatus est: ut caliditate frigiditateq; tantum differre hęc īter se existimaret : cum partes ipsas genitales: & uterum magnam habere differentiam cerneret. nam si postea quam formata sūt animalia alterum partibus foemīę omnibus: alterum maris cōstitutum : mox in utero tanquam fornacę ponāt: quod uterum habet in calido: quod non habet ī frigido : erit foemia quod utero caret: mas quod uterum habet: quę res impossibilis ē: itaq; eatenus quidē melius a democrito dicit. Querit enī

de gen. 4.

ille differentiã huius generationis & reddere conatur: sed an be
ne necne id alio pertinet. tum etiã si caliditas & frigiditas cau
sę sint: ut partes hę differant: hoc explicare debuerunt: quia ita
uolunt. hoc enim fere est docere de generatione maris ac foemi
nę: his enim partibus plane differunt: nec parum negocii ẽ: cau
sam generationis earum partiũ ab illo principio ducere: cũ ne-
cesse sit ita sequi: ut si animal refrigerać: pars efficiać ea quam
uterũ appellamus: si calescit nõ hęc efficiać. eademq; modo de
iis partibus quę ad coitum accõmodantur: nam ee differunt ĩ
ter se ut ante expositũ est. Ad hęc sępenumero euenit ut eadẽ ĩ
parte uteri gemini mas & foemina generentur: idq; satis ĩspexi
mus in dissectionibus animaliũ uiuiparorũ: tum pedestrium:
tum etiam piscium. Quę si nõ ille conspexerat merito errabat:
cum eam afferret causam. sed si cum hęc explorata habuisset
ita sensit. absurdũ sane est q̃ insuper putarit causam uteri esse
caliditatẽ aut frigiditatẽ: ambo enim semper aut mares aut foe
minę efficerentur: Quod non ita euenire uidemus. Item cum
partes eius quod gignitur discerptas esse fateatur: partim enim
in mare partim in foemina esse putat: ideoq; alterum coire cũ
altero concupiscere: magnitudinem earum quoq; partium esse
diuisam uelleq; coniungi necesse est: non refrigeratione calefa
ctioneue ita institui. sed seminis huiusmodi causę complura
fortasse obiici possunt. modus enim hic causę figmento simi
lis est omnino: cęterum si ratio seminis ita se habet: ut explica-
tũ a nobis est: & neq; ex omni corporis parte decedit neq; ma
teriam ullam iis quę gignũtur prębet quod ꝓficiscitur a mare:
Iã & ei & democrito: & si qs alius ita censet: occurrendũ simi
li modo est. nec enim discerptũ esse potest seminis corpus: ut
partim in foemina sit partĩ in mare: ut empedocles censet cũ di
cat: sed discerpta gerunt: mas ipse & foemĩa mẽbra. neq; totũ
ipsum ex utroq; decedens: quia pars aliqua partẽ aliam uicerit:
ideo efficić mas aut foemĩa: quãq̃ omnino melius partis exu-
perãtia foeminã aut marẽ effici dixerit: q̃ per incuriã calori aut
frigori tantũ cãm tribuat. sed cur formã etiã genitalis diuersã
esse una eueniat causa reddenda est: ut hęc semper uicissim-

consequantur. nam si quoniam iuxta sunt: ita fit: reliquę etiam queq; partes consequi debuerunt: sunt enim inter eas quę superant alię aliis propinque: Itaq; simul & foemina esset & matri simile: aut mas & simile patri. absurdũ etiam tantum eas effici partes oportere: nec totum corpus mutari existimare: & pręcipue primoq; uenas quibus ueluti descriptõe deductis: corpus adiacet carnium: quas suam recipere qualitatem propter uterũ: nulla probabili ratiõe dici potest: sed potius uterũ propter eas suam recipere qualitatẽ ratio est. quãq̃ enim utrunq; sanguinis cõceptaculũ ẽ: tamen uenę sunt prius: principiũ autem mouens prius esse semper & causam generationis: aliqua sui qualitate necesse est. Accidit igitur differẽtia earum partium inter se foeminę & mari non id esse principium neq; causam esse hanc arbitrandũ sed aliam: etiam si nullum semen uel a mare uel a foemina decedit: sed quolibet modo cõsistit: quod gignit̃. Qui etiã cõtra eos q marẽ a dextra foeminã a lęua pte pficisci aiũt: eadem ratio sufficit quę contra empedoclẽ & democritũ. siue enĩ nulla materia a mare affertur: siue aliqua affertur ut uolũt: nihil dicunt qui ita censent. necnon empedoclis sententię pari ratione occurendũ est: qui marem a foemina distinguit caliditate uteri & frigiditate. quod illi etiam faciunt: qui dextris sinistrisq; rationẽ describunt: quãq̃ uideãt marem & foeminã inter se differre: & parte & toto. sed cur sinistris corpus uteri adiungatur dextris nequaq̃: nam si foetus eo uenerit: nec eã ipam habuerit partem: foemina erit sine utero: & mas erit cũ utero: si ita fors tulerit. Item ut ante retulimus: & foemina parte uteri dextra contineri uisa est: & mas lęua: & ambo eadem in parte idq; non semel sed sepius: q̃ aut mas in dextra aut foemina in lęua nec minus ambo in dextra gignuntur. atq; etiam cum gemini mas & foemina gestarentur marem in lęua: foeminam in dextra contineri perspectum est.

PRoxime q; aliqui persuasi dicũt teste pręligato dextro aut sinistro euenire per coitum: ut mas aut foemina generetur: Sic enim & leophanes dicebat: Tum etiã exectis alterũ testem hoc idẽ accidere quidã aiunt nõ uere sed rem cõiectãt

de gen. 4.

futurã ex consentaneis: atq; anticipant: quasi ita sit priusq̃ ita fieri uideant. ignorant etiã nihil ad generationẽ maris aut foeminę conferri ab iis partibus. cuius rei indiciũ ꝙ multa animalia & ipsa mares ac foeminę sunt: & generãt partim foeminas: partim mares: cum tamẽ testes non habeant: uelut ea quę pedibus carent: uerbi gratia genus pisciũ & serpentũ. causam uero maris & foeminę caliditatẽ frigiditatẽue arbitrari: secerniq; de dextris aut de sinistris: non sine ulla ratiõe dici potest. Sunt enĩ partes corporis dextrę calidiores sinistris: & semen cõcoctum calidius est: quale id quod spissum est: foecundius autẽ quod spissius est: sed ualde a longe tangitur causa cum ita aufertur. Accedendũ autẽ semper ad rei causas primas: quoad maxime fieri potest propius. de corpore igitur toto & de paribus quid quęq; sit & qua de causa iam ante explicatũ alibi est. Sed cum mas & foemina potentia quadã & impotẽtia diffiniant. quod enim potest concoquere & constituere & secernere semen atq; principiũ optinet formę: id mas est. principiũ autẽ non hoc dico ex quo ut materia tale gignitur quale quod generat est: sed id quod primũ moueat siue in se ipso siue in altero possit hoc facere: quod autẽ recipit nec potest constituere & secernere id foemina est. Itẽ si oĩs concoctio calore efficit mares q̃ foeminas esse calidiores necesse est. ob frigiditatẽ enim & impotentiam foemina sanguine abundat quibusdã sui corporis locis: idq; indiciũ facit. contra q̃ aliqui afferunt causam: cũ foeminã esse mare calidiorẽ opinentur: idest mestruorũ emissionẽ. sanguis enim calidus est: & quod plus sanguinis habet hic calidius est. putant autẽ hunc affectũ moueri abundantia sanguinis & caloris: quasi ęque quoduis sanguis eẽ possit: modo humidum sit & colore cruẽtũ: nec ita eueniat ut minus sanguinis & sincerius fiat in corpore alimenti melioris & habitus: sed illi ꝑ ĩde ac excrementũ alui: quod pluris sit hoc indiciũ esse naturę calidioris: magis q̃ quod minus existimant. Atqui cõtra oĩo ẽ. ut enim in fructibus conficiendis ex copia primi alimenti parũ secernitur: quod utile sit: demũq; nulla pars remanet respectu copię primę: sic in corpore aĩalis postq̃ partes per successionẽ

dd

uid mas

uid foemina

alimētum conficiēdum receperunt: ad postremum parū admodum remanet ex toto alimēto: quod in aliis sanguis: in aliis ꝓportōale sanguīs ē. sed cū alterū pōt: alterū nō pōt secernere excremētū sincerū: oīsq; facultas īstrumētū aliquod sibi accōmodatum habet: et eique melius & quę deterius idē efficiat: foemīa autē & mas cum mumltifariā uerba hęc: posse & nō posse: dicantur: modo prędicto: sibi opponant īstrumētum ob eam rē tum foemine: tum mari tribui necesse ē: itaq; alteri uterus alteri coles datus ē. Natura autē simul & facultatē cuius dat: & instrumētum: sic enim melius est. quāobrē singula loca una cum singulis excrementis & facultatibus sibi accōmodatis instituūtur: atq; ut nec uisus sine oculis: neq; oculus sine uisu perficit. sic & aluus & uesica simul atq; excremēta fieri possunt cōdit. sed cum idē sit ex quo generētur & augeantur: Idq; sit adimētum: pars corporis quęq; ex tali materia taliq; excremēto qualis est capax consistet: & fiet. Gignitur itē ex contrario quodā modo unūquodq; ut nos censemus. Ad hęc tertium illud sumendum est: ut quoniam omnis delatio ī contrariū est: quod non ab eo superatur a quo conditur siue creatur: id in contrarium mutari necesse sit. his ita subiectis apertius fortasse iam fuerit: qua de causa alterum mas alterū foemina fiat. Cum enim principiū non superat neq; concoquere potest propter caloris inopiā: neq; ducit in suā formā: sed tantisper superatur mutari in contrarium necesse est. contrariū autē maris foemina est: uidelicet qua alterū mas: alterum foemina est. Et cum facultatis siue uirtutis differentiā habeat: instrumentum quoq; habet auersū: itaq; ī tale mutat. parte autē aliq̄ opportūa mutata cōstitutio tota aīalis multo discrepat forma: licet hoc ꝑspicere ī spadonibus qui una parte truncati tam a pristina forma discēdūt: parumq; a foemina specie distant. Cuius rei causa est: ꝙ partes nōnullę principia sunt: prīcipio autē mutato multa ex iis quę sequuntur cōmutari & dimoueri necesse est. quod si mas principium quoddā & causa est: masq; est qua aliquid potest: foemīa uero qua nō pōt: potentię autē & īpotentię ratio sic describēda est: ut facultas aut assit aut desit concoquendi ultimi alimēti:

φθορα, ἀλλ᾽ εις την φθορα corruptio, et conve(rsio) cum sequentibus

Cur alterum mas alterum fæmina



quod in sanguineis sanguis appellatur: in exanguibus propor
tionale.eiusq causa i principio & parte que originem naturalis
caloris continet sita est:cor profecto in sanguineis constitui:
& aut marem aut foeminam fieri quod gignitur necesse est. In
ceteris uero generibus mas & foemina est:quod proportionale
cordis habeatur:origo & causa foemine & maris hec & in hoc
est.foemina autem & mas. Iam est cu partes etiam habent qui-
bus foemia differat a mare.no eni quis parte mas aut foemia e
quomodo nec uidens nec audiens: Sed repetendo dicimus ite
semen excrementum esse ultimum alimeti positum est.ultimu
aute id intelligi uolo quod i unamquanq partem feratur:qua-
obrem quod generatum est:simile ei quod generauit e. Nihil
enim refert ab unaquaq parte profiscatur:an ad unamquaq ac
cedat.sed rectius ita. maris autem semen differt qp principium
in se continet tale quo moueat:& alimentum i animali ultimu
concoquat.foemine semen materiam tantum prebet.quotiens
igitur semen superat maris ad se ducit.cum superatum est inco
trarium demutatur: hoc est in corruptionem.contrarium aute
maris foemina est.foemia cruditate frigiditateq sanguinei ali
menti describitur. natura uero excremento cuiq dat concepta-
culum:semen autem excrementum e quod in calidioribus atq
maribus sanguinei generis cotractius est:quapropter membra
capientia eius excrementi meatus in maribus sunt: At foeminis
pre cruditate copia redudat sanguinea.inconfectus enim in co
coctusq sanguis est: itaq conceptaculum eius haberi necesse
est:idq dissimile esse & amplius.quo circa natura uteri talis est
qua parte foemina differt a mare. Exposui causam quamob
rem alterum mas alterum foemina generetur. Indicia uero fa
ciunt res que accidunt.nouella enim & senesces etas magisqua
florens foeminas generat:i altera enim calor nodu perfectus e:
i altera deficit.humidiora etiam effoeminatioraq corpora foe
mina potius gignut: & semina humida magisq spissa hoc ide
faciunt.hec enim omnia eueniunt caloris inopia naturalis. Fla
tibus item aquiloniis magisq austrinis mares gignuntur.fit eti
am ut excrementis eiusmodi corpora abundent: plus autem

Que momentum faciant ad maris et foemine procreationem

excrementi cõcoctu difficilius est: quamobrem maribus semẽ mulieribus mestrua decedunt humidiora. Tum etiam ut me strua secundum naturam mensibus decrescẽtibus potius fiãt eadem decausa accidit. tempus enim hoc mensis frigidius est & humidius propter lunę decrementũ defectionemq;. Sol enĩ per totum annum hyemẽ atq; ęstatem facit. At luna per men sem id agit quod ita fit: nũ accessu discessuq; lunę: sed alterũ increscente luce: alterum decrescente. Necnon pastores aiunt i teresse ac maris ad foeminę pecoris foeturam nõ solum si ita accidit: ut initis aquiloniis: austrinisue flatibus fiat: sed etiam si cum pecus coit: spectat ad aquilonem aut austrum. Ita mini mo interdum momẽto causa datur caliditatis aut frigiditatis. hęc uero causam complent generatiõis. Dissidẽt omnino iter se mas & foemina: ob eas q̃s diximus causas ad maris aut foe minę generationẽ: sed moderatione quę intercedat opus est. nam omnia quę uel natura uel arte efficiuntur ratione aliqua sunt. Calor autem si ualde superat: exiccat humorẽ: si multo deficit non concernit: sed medii rationem ad rem condendam seruari requiritur. Alioquin ut in iis quę igne coquuntur: plus ignis deurit: minus non coquit: ac euenit utrinq;: ne quod agi tur perficiatur. Sic in coitu maris & foeminę moderatõe opus est. hinc multis tum maribus: tum foeminis euenit: ut coniũcti inter se nequeant generare: disiuncti queant: & aut minoribus natu aut maioribus hę contrarietates existant equę in generati one: sterilitateq;: & maris foemineq; pcretione. Quĩ & ĩter ter ras & aquas interest eisdem de causis. qualitatem enim quan dam potissimũ recipit & alimentum & dispositio corporis ex temperamento aeris continentis: & cibi ingredientis: sed preci pue ex alimonia aquę: huius enim usus plurimus est: atq; in õi bus aqua alimento est etiam siccis. Quamobrem aquę crudae & frigidę aut sterilitatẽ: aut partum foemineũ faciunt.

Edem causę sunt: & ut alii parentibus similes generẽt: alii dissimiles: & alii patri: alii matri: tũ corpore toto: tum uero partibus singulis & parentibus magisq̃ maioribus suis & iis potiusq̃ quibuslibet: ac mares potius patri: foemĩę

matri:alii nulli consanguineo similes: sed tamen homini simi
les:alii ne homini quidem sed iam monstro. Qui enim suis pa
rentibus similis non est:monstrum quodãmodo est. discessit
enim ĩ eo quodãmodo natura ex proprio genere: cœpitq; dege
nerare:sed initium primum degenerandi est foeminã generari
non marem:uerum hoc necessariũ est naturę. Genus enim ser-
uari oportet eorum quę foemina & mare distinguuntur: Sed
cum fieri possit ne aliquando semen superet maris aut ob ęta
tem iuuenilem senilemue:aut ob aliam eiusmodi causam:foe
minam ob eam rem gigni necesse est:at mõstrũ gigni nõ neces
se est:scilicet ad causam cuius gratia & finem: quanq̃ per acci
dens necesse est.nam principium hinc sumat oportet. quotiẽs
enim excrementũ seminale bene concoctum ĩ mestruis est:mo
tus maris agit pro sua forma.nihil enim refert gẽitura dicatur:
an motus:id quod partem corporis unãquãq; augeat:nec ĩter
est augentem motum:an principio instituentẽ placeat appella
re:eadem nanq; ratio motus est.itaq; si superat faciet marẽ nõ
foeminã & similem ei qui generat non matri:sed si non supat:
pro ea qua non superarit facultate defectum faciet. facultatem
autem hoc modo intelligi uolo quod generat:nõ solum mas
est:sed etiam talis mas:ut coriscus:aut socrates: nec modo co
riscus est:uerum etiam homo:atq; ad hunc modum alia propi
us:alia remotius insunt in eo quod generat:uidelicet qua geni
tale est:non per accidens:Verbi gratia si grãmaticus aut uici-
nus cuiusq̃ qui generat est. Valet autem super in generãdo ma
gis quod proprium & particulare est. Coriscus enim & homo
& animal est:sed propius a proprio distat homo q̃ aĩal. gene
rat autem & quod particulare est & quod genus est:sed magis
quod particulare:hoc enĩ substantia est. Quod enĩ gignitur et
si quale quid est:tamen hoc quicq̃ est:idq; substantia est. quã
obrẽ ex facultatibus ĩsunt in seminibus eiusmodi omniũ mo
tus:maiorũ etiã propria in nepotũ semine insunt potentia: sed
propinquius semper quod particulare est:particulare coriscum
dico & socratẽ:sed cũ oẽ quod mutatur nõ in quolibet: uerũ ĩ
sibi oppositũ transeat,Ideo & quod in generatione nõ supat:

transeat in oppositum necesse est: pro ea facultate qua non superarit: quod generat moueatq;: quod si qua est: mas: non potuit foemina gignitur: sed si qua est coriscus aut socrates: non patri sed matri simile gignitur: ut enī omnino patri mater opponitur: sic singulis generātibus singulę generantes opponūtur: similiq; modo in sequentibus facultatibus agitur: semper enī in sequentem & proximū maiorem potius transitur tam in patre q̄ in matre. Insunt autē motus alii actu: alii potentia. actu insunt motus eius qui generat & uniuersalium ut hominis: ut animalis. potentia insunt motus foeminae: & maiorum tam in patre q̄ in matre. mutatur igitur transigens in opposita. motus autem qui creant soluuntur in propinquos. Verbi gratia: motus eius qui generat si soluatur: primum differētia minima in motum patris transibit: mox in aui atq; deinceps ad hunc modum ī ceteros similes. In foeminis quoq; transitus fit: motus enim concipientis in motū soluitur matris: si non in eum: ī auię eodemq; modo in superiores: sed potissimum ita natura fert: ut qua mas & qua pater est: simul aut superet: aut superetur: parum enim discriminis est: itaq; ut simul utrunq; eueniat nequaq̄ difficile est. Socrates enim uir talis quis est. quamobrem mares magna ex parte similes patri existunt: foeminę matri. simul enī in utrūq; disceditur. opponitur autem foemina mari: mater patri. discessusq; in opposita fit. sed si motus qui a mare est: superarit: qui uero a socrate est non superarit: aut hic superit: ille non: ita euenit ut mares similes matri: foeminae similes patri generentur. Itē si motus maris seruetur: Socratis soluatur in patris: mas erit auo similis: aut alicui ceterorum superiorum maiorum prout solutio tetenderit. Sed si qua est mas superetur: foemīa erit: similis potissimū matri assimilabitur matris: aut alicui superiorū pari ratiōe. Idem modus partium quoq; est. sepe enim alię patri similes alię matri: alię maiorū alicui similes cōstituūtur. insunt enim & partiū motus: alii actu alii potētia: ut sepius diximus. oīo subiicienda sunt tria illa: unū quod mō dixi motus inesse: alios potentia: alios actu. alterū: degenerare in oppositū quod superatur. Tertiū: transire in motū proximū

de gen. 4.

id quod soluitur: & si minus soluitur in propinquũ: si magis ĩ remotiorẽ discedere: demũq; ita confundi: ut nemini suorum similes prodeant: sed cõmune tãtum relinquatur: ut homo sit. cuius rei causa est ꝙ cõmune particularia consequitur omnia: homo enim uniuersale est: socrates pater & quęcunq; ẽ mater particulare est. causa ut motus soluantur est: ꝙ omne agens patit etiã a patiẽte: ut quod secat hebetat ab eo quod secat: quod calefacit refrigerat a calescẽte. dẽiq; quodcũq; mouet excepto primo: mutuo mouetur aliquo motu. Verbi gratia quod pellit pellitur quodãmodo quod premit: reprimit. Interdũ ẽt ita fit: ut quod agit magis patiatur q̃ agat: & refrigeretur quod calefacit: calescat quod frigefacit. Cũ aut nihil fecerit aut minus q̃ ipsum affectũ est. dixi de iis cũ de ratione agendi patiendiq; docerẽ: uidelicet quibus in rebus inesset agere & pati. Degenerat autem quod patitur nec superatur: aut defectu facultatis eius quod coquit & mouet: aut copia frigiditate quę eius quod concoquitur & distinguitur. Cum enim partim superet: partim non superet: facit multiforme quod cõstituit: ut athletarum nõnullis per usum cibi nimium accidit: Cum enim per copiam pastus natura nequeat superare: ut proportione augeat formãq; seruet eandem: diuersę efficiunt partes. et adeo ĩterdũ: ut nihilo fere similes primis euadant. proximũ huic ẽ morbus quem satyriã appellamus: etenim in eo pręabundantia fluctionis aut flatus crudi in partes faciei decũbentis facies animalis diuersi & satyri apparet. Sed quam ob causam mares et foeminę generentur & alii parentibus similes: foeminę foeminis: mares maribus: Alii e diuerso: foeminę patri: mares matri. deniq; alii maioribus suis similes: alii suorum nemini similes existãt. idq;: tum corpore toto: tum partibus singulis de iis inq̃ omnibus dictum iam est. Sententię autẽ aliorum etiam naturę interpretũ sunt de his rebus. s. quãobrẽ similes parentibus generentur: afferunt illi duplicẽ modum rationis. nonnulli enim ita censent: ut ab utrouis plus seminis uenerit: ei similis magis generetur: ęque toti totum: & parti pars: quasi ex unaquaq; parte semẽ decebat. sed si par de utroq; uenerit: similis neutri ꝓcreet:

Satyrias morbus

quod si falsum est nec omni ex parte decebit: cōstat nec simi litudinis & dissimilitudinis causam id esse quod referunt. Tū etiam queadmodum simul & foemina sit & patri similis: aut mas: & similis matri non facile explanare possunt. Qui enim ut empedocles aut democritus causam de mare & foemīa red dunt: impossibilia modo alio dicunt. sed qui quod plus mi nusue a mare aut a foemina secesserit: alterum marē alterū foe minam gigini causantur: ii nequeant explicare quemadmodū foemina patri similis: mas similis matri reddatur. simul enim plus de utroq; uenire īpossibile est. Ad hęc cur similes maiori bus suis magna ex parte remotisq; generētur? cum nihil semi nis ab illis secesserit: nihil profecto isti quod bene tueantur ha bent: sed qui reliquum similitudinis modum afferunt: ii tum cętera: tum uero hoc melius dicunt. Sunt enim qui semen geni tale dicant quāuis unum: tamen ueluti omnifariā quandā esse multorum seminum mixtionē. Itaq; ut si quis multa saporum genera ī eodem humore miscuerit: moxq; inde sumat possitq; sumere semper non tātūdē ex unoquoq;: sed modo huius mo di illius plus: alias etiam ex hoc sumat: ex illo nihil sumat: sic ī semīe gēitali eē: cū ex multis ac uariis mixtū sit. a quocūq; enī gignente accesserit plurimū: ei similē forma generari: sed haec ratio nec plana est: & passim ficticia est. uult hęc nō actu sed potentia inesse: quā omnifariā seminis cōmixtionem appellat: & quidem ita dici melius est. illo enim modo impossibile est: hoc possibile est. Verum qui ita causam reddūt: nullo modo rationem afferre de omnibus facile poterunt. Cur foemīa cur mas gignatur. Quāobrem sępenumero foemina patri similis mas matri proueniat. Atq; etiam de maiorum similitudine: ad hęc qua de causa interdum homo quidem: sed nulli suorum si milis generetur: alias usq; adeo procedēdo degeneret: ut demū ne homo quidē sed aninal tātū aliquod existat. Quę mōstra dicuntur. proximū enim ab iis quae iam explicauimus est: ut causas de mōstris reddamus. ad extremum enim cum motus soluantur & materia non superetur: remanet quod maxime est uniuersale. id est animal. iam puerum ortum capite arietis aut

de gen. 4.

bouis referunt. Idemq; in cęteris membrũ nominant animalis diuersi: uitulum capite pueri & ouem capite bouis natam asse/uerant. Quę omnia accidunt quidem causis supradictis. sed nihil ex iis quę nominant: est: quanuis similitudo quędam generatur: quod euenit etiam non in monstrũ peruersis. quãobrẽ sępenumero per conuiciũ nõnulli deformes assimilantur: aut caprę ignẽ efflanti: aut arieti peculeo: physio gnomon quidam omnes ad duorũ aut trium animalium formas redigebat: & dicendo plerũq; persuadebat. Sed enĩ ĩpossibile esse: ut tale monstrũ gignatur, id ĩst alterũ in altero animal: tempora ipsa grauiditatis declarant: quę plurimũ discrepant in homine & cane: & in oue & boue: nasci autẽ nullum nisi suo tempore potest. partim igitur hoc modo dicuntur monstrua: partim ꝙ forma prodeãt multi membri. s. multis pedibus: aut multis capitibus: sed profecto rationes monstrorum & oblęsorum animalium propinquę & similes ĩter se quodãmodo sunt: mõstrum enim oblęsio quędam est.

Democritus uero mõstrua fieri ea cã scribit: ꝙ duo subeunt semina: alterũ ante: alterũ postea: quę cum in utero confundant͂: euenit: ut mẽbra coalescãt atq; dissideãt. Auibus uero quoniã coitus agitur crebro: idcirco semper & oua & colorẽ euariare autumat. Sed si ita sit: ut ex uno semine eodemq; coitu plura generentur: quod patet: pręstat non circumire: uia omissa breui & facili: iis enim tũ maxĩe id accidere necesse est: cum semina nõ distinguunt͂: sed simul subeunt. quod si semini maris causa tribuenda est: hoc modo dicendũ sit: Sed enim ex toto potius causam in materia: cõstituẽdisq; cõceptibus eẽ censendũ ẽ. quãobrẽ monstra eiusmodi raro admodũ fiunt ĩ iis: quę singulos pariunt. sed crebrius ĩ iis: quorũ partus est numerosus: & ꝑcipue in auiũ genere: earũq; potissimũ ĩ gallinis: iis enim partus numerosus: nõ mõ ꝙ sępe pariant: ut columbę: uerũ etiã ꝙ multos simul conceptus intra se continent: & tẽporibus oĩbus coeunt. hinc gemĩa etiã pariunt plura: cohęrent͂ enĩ cõceptus: quoniã in propinquo alter alteri est: quõ interdũ fructus arborũ cõplures. quod si uitella distinguunt͂ membrana:

dd 5

metachaera

gemini pulli discreti sine ulla superuacua pte generāť: sed si ui
tella cōtinuanť:nec ulla īteriecta mēbrana distermināť:pulli ex
iis mōstrifici ꝓdeunt corpe & capite uno: cruribus quaternis:
alis totidem:quoniā supiora ex albumine generenť: & prius.
(uitellū enī cibo iis est)pars autē inferior postea īstituiť: quāq̄
cibus idē indiscretusq; suppeditať. iā serpens etiā biceps uisus
est:uidelicet eadē de cā.nā id quoq; genus oua parit & multa
numero.sed rarius in eo monstri institutio euenit:propter ute
ri formā:porrecta enī in uersum copiā ouorū contineť ꝓ uteri
longitudine.nec uero in genere apū aut uesparū tale quid acci
dit.Cellulis enī discretis partus earū cōtineť.At in gallinis ecō
trario fit. Vnde apertū est cām euentorū huiusmōi in materia
esse putare oportere:ut enī in iis quę plura pariūt magis.sic ī iis
quę pauciora minus id accidit.quo circa hōi minus singularē
enim perfectūq; parit.nā & hōi locis quibus mulieres perfoe-
cundę sunt:magis id euēit ut ī terra ęgypto. capris uero & oui
bus magis ut foecundioribus accidit:atq; etiam magis multifi
dis.multipara enim id genus aīalia sunt:nec partū perficiūt:ut
canis:cęcos enī magna eorū ps solet parere: quod quā ob cām
accidit:& q̄obrē pariant multos postea explicabimus: sed enī
hęc ꝓpensiora iā sunt suapte natura ad mōstrificā ꝑtionē:quā
do non similes sibi generant:sed īpfectos. nā & mōstrū quid
dissimile ē.quāobrē iis quorū talis natura est facilius casus hic
obuenit.in iis enī potissimū:& quę metachera appellanť cōsi-
stunt:quę aliquatenus labe mōstrifica sunt affecta. nā deesse
aut supesse qcq̄ monstrosū est.mōstrosum ē enī res pręter na
turā:sed ṕter eā quę magna ex parte fit.nā pręter eā q̄ semp &
necessario ē nihil fit.uerū ī rebus iis quę magna qdē ex pte ita
fiunt:sed aliter etiā possunt fieri:euenit:quod ṕter naturā cōsi
stat.nā & inter eas ipsas qbus accidit qdē pręter hunc ordinē :
sed nunq̄ quolibet modo : minus monstrū esse uideť:quoniā
quod ṕter naturā sit:Idē etiā secundū naturā quodāmō ē: cū
naturā materię:natura formę nō superat: q̄obrē nec ea monstri
nōie appellanť:neq; ubi fieri aliqd solet:ut ī fructibus:uitis enī
q̄dā ē:quā aliq Capniū uocant:q̄ cū unā albā soleat ferre si ni

de gen. 4.

grã tulit: mõstrũ id esse nõ putant: quoniã sępissime id facere ea soleat. cã ẽ: ꝙ sua natura ĩter albã & nigrã ẽ. Itaq; nõ longe discedit: nec pter naturã fere: nõ enĩ ĩ aliã naturã transit. At in iis q̃ pariunt plura: Tũ ea ipsa eueniũt: tũ uero copia ptus ĩpedit alter alterius pfectionẽ & causam genitalẽ. de partu numeroso paucifero & singulari: atq; etiã de iis partibus: quę aut supersunt aut desunt: q̃stio existere põt. Gignunt enĩ interdum alia pluribus q̃ iustũ sit digitis. alia uno tãtũ: eodẽq; modo in cęteris partibus: aut excedunt aut deficiunt. nõnulla etiã duplici genitali altero maris: altero foeminę nascunt: & ĩ genere qdẽ hominũ: sed maxĩe ĩ caprarũ: gignunt enĩ quas uocãt hircęnas ꝓpterea ꝙ simul genitale habent: & maris & foeminę. Iam & cornugerens in crure capra conspecta est.

Partibus etiã ĩternis mutatiões detrimẽtaq; accidũt: ut ul careãt aliq̃bus: uel habeãt minuta & lęsa: uel plura numero uel nõ suis posita locis. Sed corde carẽs nullũ unq̃ aĩal ortũ ẽ: quãq̃ liene carens: & duplicẽ habẽs lienẽ: & altero uacãs rene uisum ẽ. Iecore etiã carens toto nullũ notatũ ẽ: quãq̃ quod nõ totũ haberet: iã patuit. hęc aũt ĩ perfectis uniuscuiusq; reperiũt. felle itẽ priuata ꝓdierũt: cũ sua natura habere deberẽt. alia cõtra plura habuerunt. Iã locis etiã permutatis iecur latere sinistro: lien dextro contineri uisus est. haec ut modo dixi in aĩalibus iam perfectis explorata sunt: in nascentibus autem uarię perturbat: Quae si parum de sua natura discedunt: uiuere solent: si plus, uiuere nequeunt. uidelicet cum quod pręter naturam est parti bus uiuendi principalibus accidit. modus uero considerandi de his est: utrum eãdem causam putare oporteat partus singularis & partium defectus. Itemq; partus numerosi & partium excessus: an non eandem. Primum igitur ꝙ alia pariant multa alia unũ merito quispiã miretur. Quę enim maxima inter animalia sunt: ea singulos pariunt: ut elephans: camelus: equus: & reliquae sollipedes: quae partim maiora caeteris sunt: partim longe magnitudine superant. Canis uero & lupus & reliqua multifida omnia fere pariunt multa: atq; etiam parua eiusdem generis: ut mures: bissulca pauca generant: pręterquã sues: hęc

hircęne [Greek marginal note]

enim īter multipara ē enumerāda. Ratio enī probabilis est: ut maiora aīalia plura generare plusq; afferre seminis possīt. Sed certe id ipsum quod admirari facit causę est: ne admiremur. fa cit enim eorū magnitudo: ne multa pariant. cibus enim in iis ab sumitur in corporis incremētū. minoribus uero natura demen do de magnitudine auget in excremento seminali exuperantiā. Itē plus seminis gēitalis esse quod maioris est aīalis: minus au tē quod minoris necesse ē. At multa effici parua ī eodē possūt mlta magna effici difficile ē. mediocribus uero magnitudinis mediū a natura datū est. Sed quāobrē animantiū alia maiora sunt alia minora: alia mediocria: causam ante reddidimus. Sūt autē alia unipara: alia paucipara: alia multipara: & magna ex p te unipara sunt: quę sollipeda: paucipara quę bissulca: multipa ra quę multifida. cuius rei causa est: ꝙ magna ex parte magni- tudines corporis iis differētiis distinguunt: tamē non ita in ōi bus est: magnitudo enī & paruitudo corporis causam habēt p- tus amplioris: & partioris: non sollipedis: aut multifidi aut bis sulci generis ratio. cuius rei testimoniū est: ꝙ elephas animaliū maximum: idemq; multifidum est: camelus bissulcū ē: quod maximum inter reliqua est: nec solum in pedestrium genere: sed etiam in uolatilium: & nantium magna parum foecunda sunt: parua uero perq̄ foecūda eadem de causa: plātę etiam nō quę maxime sunt plurimum afferunt fructus. diximus quāob rem alia parere multa: alia pauca sua natura assolent. Sed huius quęstionis illud maxime quis miretur ī iis quę pariunt multa: ꝙ plerūq; uno initu animalia id genus īpleri cernitur. Semen autem maris: siue ad materiā confert se adhibens partē conce- ptus & miscens cum semine foeminę: siue non eo modo: sed ut nos censemus: cogit conditq; materiam cōtentam in utero: foeminaleq; foeminę excremētum ut succus lactis humorem spissat: cur tandem non unum efficit animal incrementi maio ris ut succus in lacte non certa quantitate ad cogendum de- scribitur: sed quo plus lactis plus succi subierit: eo plus col lostri concrescit. semen igitur trahi a locis uteri: atq; ob eā rē multa generari pro numero locorū & acetabulorū quę unum

An multipara uno impleantur initu

de acetabulis uteri

nõ ſunt:opinari nibil rationis ẽ.ſępe enim eodẽ ĩ loco uteri ge
mini conſiſtunt:in genere etiam multiparo cum plenus foetũ
uterus fuerit:deinceps alius ab alio iacere cernũtur:quod ex diſ
ſectionibus patet.ſed ut perficiendi cuiuſq; aĩalis certa eſt ma
gnitudo:tum ad maius tum uero ad minus:quem terminũ nõ
ſupragrediunẽ:ut uel maiora uel minora euadant: ſed ĩ medio
magnitudinis ſpacio exceſſum defectũue inter ſe capiunt:atq;
ita bomo alius alio auctior ẽ: & cęterorum quoduis aĩaliũ: ſic
materia ſeminalis:ex qua conſiſtunt:non indefinita eſt:nec in
plus nec in minus:ut ex quantalibet poſſint generari: Quę igiẽ
aĩalia ea quam diximus cauſa:plus excrementi ſecernunt: q̃ ſa
tis ſit ad unius aĩalis originẽ:iis fieri non poteſt:ut ex eo toto
unũ gignaẽ aĩal. ſed tot nũero gigni neceſſe eſt: quot magni
tudinis debitis prẹſcripta ſunt.nec uero maris ſemen: aut facul
tas contenta in maris ſemine plus quicq̃ aut minus conſtituit:
q̃ a natura ſancitum eſt:eodẽq; modo ſi plus ſeminis mas emi
ſerit:aut facultates plures in ſemine diuidendo contentas: nibi
lo maius efficiet q̃uis plurimũ acceſſerit: Immo cõtrariũ aget:
exiccando enim corrumpet:neq; enim ignis quo plus fuerit:
eo magis calefaciet aquã:ſed certus caloris terminus eſt ultra
quẽ ſi ignem augeas nibilo reddes aquã calidiorem:ſed facies
ut magis euaporeẽ:demũq; deleatur & exiccetur. Cum igitur
bęc moderationẽ certã inter ſe requirant.ſ.excremẽtũ foemię
& maris q ſemẽ emittãt:multipa aĩalia ſtatĩ emittũt quod ſibi
conueniat uidelicet mas:quod diuiſũ poſſit cõſtituere plura.
foemĩa tãtũ ut plura cõſtitui poſſit: lactis autẽ illud exemplũ
ſimile non eſt:ſeminis enim calor nõ modo efficit quantum:
ſed etiam quale quid: At ſucci & coaguli calor q̃tum dũtaxat
cõſtituit. Cã igiẽ ut plures conceptus cõtrabanẽ:nec unũ conti
nuũ ex cũctis cõſũmeẽ ĩ multiparis aĩalibus:bęc ẽ:quod nõ ex
q̃tolibet cõceptus ĩcboeẽ:ſed ſi aut parũ aut multũ admodum
ſit gigni nõ poterit:pſcripta enĩ certaq; ẽ uirtus: & patientis &
agẽtis.ſiſi mõ ĩ uniparis magniſq; aĩalibus nõ multa ex mlto
excremẽto cõſiſtunt: cum in iis etiam ex certo quanto certum
quantum quod conficitur ſit. plus igitur materiae talis non

mittit:ea quā p̄diximus cā.quā autem mittit:talis per naturam est:ex qua unus tantum conceptus generetur: quod si aliquando plus accesserit:tunc gēini nascentur.ex quo fit ut haec portenta potius iudicentur:quoniā prȩter solitum & quod magna ex parte agatur proueniunt .homo cū omnibus generibus ābigit.nam & uniparū & pauciparum:& multiparum interdū est: sed maxime sua natura uniparum est.humore profecto caloreq; corporis multiparum est.seminis enim natura humida & calida est:sed suȩ magnitudinis ratione pauciparū atq; uniparum est.hinc tempus etiam uteri ferēdi enorme unum hoc animal sortitum est.cȩteris enim unum est tempus. homini uero plura sunt:quippe cum & septimo mense & decimo nascatur: atq; etiam inter septimum & decimū positis: qui enim mense octauo nascuntur:& si minus tamen uiuere possunt: cuius rei causa accipi ex iis quȩ modo explicauimus potest. dixi de his in problematibus atq; de his rebus ita disseruisse statuisseq; satis sit. Partium autem superuacuarū prȩter naturam: eadem cā ē quȩ geminorū generationis.iam enī ī conceptu cā accidit: uidelicet si plus materiȩ consistit:q̄ pro ipsius natura ptis sit: sic enī accidit ut uel pars maior q̄ iustū sit efficiatur. uerbi gratia:digitus aut manus aut pes:aut aliud ex cȩteris postrēis aut mēbris uel fisso coȩceptu plures reddant̄:quomodo in fluuiis uertigēnes gemināt̄ur:fit enī ibi ut humor qui fertur & profluens mouetur:si in aliquid offenderit:secetur:& ex una in duas euadat:constitutionesq; eundem habeant motum:hoc eodem modo ī cōceptibus euenit:adnascunt̄ partes ille uacātes maxime quidem propinquȩ:sed aliquando etiam remotae propter conceptus motionē:quāq̄ prȩcipue ꝙ materiȩ exuperantia ibi redditur quod tandē decubuit:formam uero unde superfuit: īde recipit. Quibus autē gemīa habere genitalia accidit:alterū maris alterum foeminȩ: iis semper alterū ratū:alterum irritum redditur:cum per alimētum subinde delitescat:quoniā p̄ter naturā est:agnatū ē enim mō abscessus:nā & abscessus assumūt aliqd nutrimēti:quāuis post geniti sint & p̄ter naturā. Sed si ꝙ creat omnino aut superat aut superat̄: similia oriuntur duo:

de gen. 4.

ac si partim superauit: partim supatum est: alterum foemina alterum mas generatur. nihil enim interest de partibus an de toto dicamus: uidelicet quam ob causam alterum mas alterū foemina gignatur. ubi autē partes eiusmodi desunt: ut postrema aliqua aut alia q̄uis membra (eandem causam esse putandum) quam si omnino quod gignitur ab ortu patiatur: abortus autē cōceptuum euenire complures certum est. differunt agnatiōes a partu multiplici quomodo exposui. mōstrauero cum iis dissidēt eo φ pluribus coalescant: sed nōnulla hoc etiam modo ueniunt: si in parte maiore & pręcipua quadam peruersum ē: ut si qua gemino lienę: aut pluribus renibus oriuntur: tum etiā locis partium cōmutatis monstrum dicimus: quod diuersiōe motuum translationeq; materię accidit. Vnum ne an plura sit per coagmentationē quod mōstrificum prodit aīal: iudicādū est principii ratiōe. Verbi gratia si cor pars eiusmodi est: quod unum cor habet: unum animal est: quod duo: id duo ē animalia quę sibi coaluerunt propter cōceptuum coniunctionē. ptes uero superuacuas agnationes esse declaratum iam est. Accidit etiam sępe: ut pluribus ex iis quę ante oblęsa non uiderentur: animalibus iam perfectis meatus aut adducti cōcorporarētur aut diuerterētur. iam foeminis nōnullis os uteri compressum concorporatumq; ab ineunte ętate ad tempus usq; mestruorū perseuerauit: mox urgētibus mestruis: doloreq; infestāte: aliis sponte disruptum est: aliis dissectum a medicis: nōnullę interierūt. Cum aut per uī disrumperetur: aut disrumpi non posset. pueris etiam quibusdam gēitalis postremū & meatus qua excrementum uesicę transit: non eodem tetenderunt: sed infra meatus ille transegit: quāobrem demissis clunibus mingunt: qui testibus paulo in partem superiorē retractis uidentur a longe: simul & maris habere genitale & foeminę. meatus etiam alimenti sicci coaluit aliquibus bestiis scilicet ouibus: & q̄busdā aliis: nam & uaccā fuisse pirinthi accepimus: cui cibi excremētum extenuatum per uesicam transmittebatur: dissectusq; anus denuo propere coalescebat nec resecando euincere uitium poterant: de partu multiplici & paucifero ac de agnatione

de oppresis partibus

de superfetatione

partium aut defectu atq; etiam demonstrifico partu dictum iam est.

ANimaliũ uero alia nunq̃ superfętant:alia superfętãt:quorum quędam enutrire suos conceptus semper possunt:q̃dam interdum possunt:interdum nequeunt. Causa ne superfętent est:ꝙ singula pariunt.sollipedes enim & quae iis auctiores sunt animantes:nunq̃ superfętant.facit enim earum magnitudo ut excrementũ omne ĩ conceptum absumatur: quippe cũ in iis omnibus corporis sit magnitudo:quę autem magno corpore sunt:eorum foetus quoq; magni pro sui generis magnitudine instituuntur.ex quo fit ut elephantorũ foetus magnitudine uituli gestetur.multipara ideo superfętant:quoniã plures cõceptus supfętat̃ q̃dã alter alteri sunt. Quę aũt ex his magnitudĩe p̃dita sũt:ut hõ si alter coitus pxĩe ab altero accessit:enutrire quod supfętatũ ẽ possũt.Iã enĩ id euenisse uisum ẽ:cuius rei causa id quod diximus est:eodẽ enĩ coitu plus seminis mittitur:quod partitum multiplicare conceptum potest; si alterũ post alterum accedit:Sed si iam aucto conceptu coitus adhibetur superfętari quidem potest:sed raro:quoniã uterus magna ex parte ad partum usq; se cõprimat.Si tamẽ aliquãdo accidit ut superfętetur(iam enim id euenisse constat)perfici non põt: sed conceptus abiguntur similes iis quos abortus uocamus:ut enim in uniparo genere omne excrementum absumitur in id quod pręcesserit:ob corporis magnitudinẽ:sic ĩ iis fieri solet: sed in illis statim,in his cum iam foetus accreuerit: tunc enim similem uniparis conditionẽ recipiũt:pari ratione sola animalium mulier & equa grauida coitum patiuntur: homo enĩ sua natura pręfecundum animal est:aliquid etiam in utero: tũ spacii:tum excrementi superest:quanq̃ non tãtum:ut uel alterum possit alere.mulier itaq; ob eam causam coitũ recipit: equa aũt soliditate suę naturę & ꝙ aliquid spacii in utero supersit:ut dictũ ẽ:amplius quidem q̃ ut ab uno occupetur:sed arctius q̃ ut alterũ perfecte possit superfętari.libidĩosa natura ẽ eq̃ ob eũdẽ effectũ:quo solida oĩa ueneris sũt appetẽtiora.illa.n. ita se habẽt:ꝙ carẽt purgatõe q̃ p̃ide ẽ foeminis:ut coitus maribus.eq̃

mulier & equa

de gen. 4.

enim mestrua minime emittit. omnium autem uiuiparorum foeminae: solide sunt libidinosiores: quoniam simili modo se habent: atq; mares qui semen genitale collectum non excernunt. foeminis enim purgatio mestruorum: seminis exitus est: cum mestrua non nisi semen sint inconcoctum ut ante diximus. quamobrem mulieres quę incontinentes ad rem ueneream sunt libidine cessant cum sępius generarint: Iam enim seminale excrementum quod libidinē accendebat emissum facit ne pręterea concūbendi auiditas stimulet. In genere auium foeminę minus q̄ mares uenerem appetunt: quoniam uterum continent iuxta septum: mares contra salatiores sunt: quoniam testes intus habent retractos. Itaq; fit: ut quę ex iis sua natura abundant semine coitum semper desiderent. foeminę igitur huius generis propensiores ad coitum sunt uteri descensu: mares testium retractu. Diximus quam ob causam alia nullo pacto supfętant: alia supfętant qdē: sed cōceptus īterdū enutriūt: īterdū non. & q̄obrem alia libidinosa alia non libidinosa in eo genere sunt.

SVnt autem nōnulla superfętantia: quę longo etiam īterposito tempore coeundi possint enutrire cōceptum: quē superfętarint: uidelicet ea quorum genus semine genitali abundat: & corporis magnitudine caret & multa generat: Cum enī multiparum sit: uterū habet ampliorem: cum semine abundet multum purgationis excrementicie emittit. Cum corporis magnitudine careat: maioreq; portione purgatio superet quam cōceptus desideret nutrimentū: possunt uel post constitui animalia eademq; enutriri: ac perfici. uteri etiam eorum non se cōprimunt: quoniam excremētum purgationis superest: quod mulieribus quoq; euenit: fit enim nōnullis grauidis purgatio: & interdum quę ad finē usq; perseueret: sed iis pręter naturam hoc euenit: quāobrem foetus afficitur detrimento. at eiusmodi animalibus per naturam sic agitur: Ita enim corpus eorum principio cōstitutū est: quale corpus leporū est. hoc enī aīal supfętat. qppe quod nec magnū sit & plura generet: mltifidū enī ē: tale autē quoduis plura generat. semīe ēt abūdat quod eis hirsutie

Superfetantia

Lepus

hom̄es pilosi

significat: copia enim pili exuperat: nã hoc unũ pilos & sub pedibus habet: & intra genas. pili autem abundantia: & hirsuties copiam indicat excrementi: Quãobrem homines pilosi libidinosiores & semĩs copiosiores sunt q̃ leues. lepus igitur sępenumero foetus alios ĩperfectos gestat: alios perfectos iam edit.

Uiuiparorũ alia imperfectum animal pariũt alia perfectũ. sollipedes & bisulcę perfectũ. Multifide cõplures imperfectũ. cuius rei causa est q sollipedes singulos pariũt. bissulcę aut singulos aut binos magna ex parte. enutrire aũt q̃ pauca gignũtur facile possunt. multifidę q̃ pariunt ĩpfecta: omnes multipare sunt: quo fit ut partum adhuc recencem alere possint: auctum iam adeptumq; magnitudinẽ nequeant: sed cum corpus ad nutriendũ non sufficiat partum emittant: ut ea quę uermem pariunt. quędam enim ex iis catulos inarticulatos propemodũ pariunt: ut uulpes: ursa leena: et aliã nõnulla: sed oĩa fere cęcos: ut ea quę modo dixi atq; etiam canis: lupa: lupus ceruarius. sola inter multipara sus parit perfectos: eaq; una euariat. generat enim multos more multifidi generis cum & bissulcum & sollipes sit. Sunt enim locis quibusdam sues solida ungula. partu igitur numerosa est: quoniã alimentum quod in corporis magnitudinẽ absumeretur ĩ excremẽtum seminale decedit: Id enim ut sollipes magnitudine caret: quin & potius quasi ambigens cum natura sollipedum bissulcum est. hac igitur causa & unum parit: & duos & quod plurimũ multos: enutrit uero usq; in finem: quę peperit propter sui corporis alimoniam probam. habet enim ut solum pingue suis stirpibus: sic scrofa filiis alimentum copiosum & commodum. Aues etiam nõnullae imperfectos & cęcos pariunt pullos: uidelicet quae cum paruę corpore sint multos progenerant ut cornix: pica: passer: hirundo: & paucipari generis: quę copiam alimenti parere unã cum prole non solent: ut palũbes: turtur: columba. quamobrẽ si quis hirũdinũ nouellarũ adhuc oculos prępungat rursũ ĩcolumes reddentur Cum enim fiunt non facti iam corrumpunt: Itaq; denuo oriuntur: ac pullulant: Omnino hęc pręueniunt geñationem perfectam ob alẽdi inopiam. generãt uero ĩpfectis

de gen. 4

quoniam perfectionem prȩueniunt : quod in pueris etiam pa-
tet qui mense septimo nascuntur : Saepe enim nonnulli eorum
prȩ sua ĩperfectione ne meatus quidē integros adhuc habent:
ut auriū:aut narium:sed post accrescẽtes recipiunt: multiq; ex
iis uitȩ cõpotes euadunt. Mares potius q̃ foeminȩ oblȩsi in ge
nere hominū nascuntur:cū in cȩteris animalibus nihilo potius
mares q̃ foeminȩ ita proueniãt. Cuius rei causa est:ꝙ in homi
nibus longe mas a foemĩa differt calore naturȩ:quo fit. ut mo
biliores sint mares in utero q̃ foeminȩ: motu autē ipso frangū
tur:cum recens quoduis facile prȩ sua ĩbecillitate frãgi possit.
haec eadem causa est : ne foeminȩ similiter atq; mares perfici
antur in genere hominū:quippe cum & intra parentē foemina
tēpore longiore conficiat̃ q̃ mas: & ubi in lucē uenerint celeri
us foeminȩ q̃ mares perficiant̃.nam & pubes & uigor & sene-
ctus foeminis prius uenit q̃ maribus.sunt enim foemĩȩ sua na
tura debiliores frigidioresq;:& sexum foemineū quasi lȩsionē
naturalē:& detrimentū est putandum est.Intus igitur tarde ꝓ
sua frigiditate discernunt̃. hȩc etenim discretio cõcoctio est.
calor autē concoquit:& quod calidius id concoctu facilius ē:
sed foris propter suā debilitatē cito ad ȩtatis florē senectutēq;
perueniunt. etenim omnia minora:ut in artis operibus: sic ĩ na
turȩ citius ad finem deueniunt.eadem causa est: ut qui gemini
mas & foemina in genere hominū prodeunt minus seruentur:
cum in cȩteris animalibus nihilo referat: hominibus enim hic
cõcursus prȩter naturā est:cū nõ pari tempore mas & foemina
discernant̃:sed aut marē contari:aut foeminā prȩuẽire necesse
sit:at in cȩteris id non prȩter naturā est.in ferendo etiam utero
homines cum cȩteris aĩalibus dissident. Cum enim cȩtera plu
rimū tēporis ualeãt corpore:cum uterum ferunt:mulieres ma
gna ex parte ȩgre degūt.cuius rei causa aliqua uel ad uitā refer-
ri potest.Cum enim mulieres uitam ociosam & sellulariā quã-
dam degant:plus contrahunt sibi excrementi.nam quibus gen
tibus solitum est : ut mulieres labores suscipiant:iis nec uterus
tam difficulter gestatur : & partus facilis est.deniq; quibusuis
locis mulieres:quae laborare consueuerunt : facilius pariunt.

Naturam mulier a viro differat naturę bonitate

Cur mulieres ęgre preter cetera aĩma[lia] uterum ferant

labor enim excrementa consumit: quę ĩ mulieribus ociosis augentur. Cũq; parturigo laboriosa sit: labor & exercitatio actae uitę facit ut spiritũ possint retinere: in qua re partus facilitas cõciliatur. Afferunt igitur ea quoq; (ut modo dixi) aliquid causę ad eius affectiõis differentiã: qua mulieres cęteris animalibus in ferendo utero discrepant: sed maxime causa est: q cum cęteris aut exigua purgatio: aut nulla manifesta fiat: mulieri plurima euenit: quę cum per uteri gestationẽ desierit: infestat atq; p turbat: Quippe cum etiam non grauidis (nisi purgatiões fiãt) egritudines accidant: principio potius cum cõcipiunt perturbari solent magna ex parte. conceptus enim purgationẽ impedit: et prę sua exiguitate absumere copiã excrementi inter initia nõ potest: quãq̃ post ubi iam plenius assumere cęperit leuat: at in cęteris animalibus: quoniam parum excrementi est: modice ad foetus incrementũ accomodatur. Cũq; excrementa quę nutricationẽ ĩpediunt: absumantur: ualent foelicius. Nec secus aq̃tile genus aut uolatile afficitur. Iam uero accrescente fotu: quibus non equę proba altio contingit: causa est q foetus ĩcremẽtum plus excrementicii alimenti desideret. paucis quibusdam mulieribus euenit ut pręgnantes melius ualeant corpore: uidelicet iis quarũ ĩ corpore exigua cõtinenẽ excremẽta: quę absumi possint cum alimẽto quod foetui administratur.

mola

De eo quod mola uocatur uidẽdũ ẽ. accidit hoc uitiũ mulieribus nõnullis grauidis: quãq̃ raro: pariũt enim quod molã uocant. Iam accidit enĩ mulieri cuidã: ut cũ cõcubuisset & se concepisse putasset: primũ uentris moles augeretur: & reliqua ex ratione uenirent. Sed cũ tẽpus pariendi iam esset: nec pareret: neq; moles minuereẽ: sed annos tres aut quatuor ita perseueraret: quoad dysenterię: idest difficultati intestinorũ ĩplicata: eoq; modo periclitata demũ pepererit carnẽ: quã molam uocant. Quin & tota uita edurat hoc uiciũ: ut & cõsenescat & cõmoriatur. Quę autem prodierit adeo obdurescit: ut uix ferro transigi possit. Causam huius affectus dixi ĩ problematibus. afficitur enim conceptus eodẽ modo: quo ea quę inquinari dicimus: cum elixãẽ. nec per calorẽ ut quidam uolunt: sed potius

de gen. 4.

propter caloris debilitatem. natura enim de uita certare uidet: nec posse perficere finemq; apponere generationi. quamobrem aut tota uita aut longo tempore durat: quod incboatum est. nec enim perfectam: nec alienã omnino babet naturam. causa nãq; duricie cruditas est: quippe cum inquinatio quoque cruditas quędam sit: sed quęritur cur cęteris animalibus idem non accidat: nisi quid admodum lateat. causam uero esse putandum quod mulier una omnium animaliũ affectionibus uteri obnoxia est & mestruis abundat: nec potest ea concoquere: Cum igitur ex bumore concoctu difficili conceptus cõstitit: tunc gignitur quod mola uocatur: idq; ĩ mulierib9 merito aut solis aut maxime.

LAc autem fit iis foeminis: quę aĩal intra se generant: quod utile partus tempore est. natura enim id alimenti gratia externi animalibus parauit: ut nec deesset tempore debito neq; ultra id tẽpus superesset: quod ita plane euenire uidemus: nisi quid pręter naturam acciderit. Sed cęteris animalibus quoniã tempus simplex ferendi uteri partusq; datum est. lactis concoctio ad boc tempus solet accedere. bominibus uero quoniam plura sunt tempora: primo adesse necesse est. quamobrem lac mulierum: cum ante septimum mensem inutile sit: utile iam septimo redditur mense. Causa etiam necessitatis propria concoctio lactis temporibus ultimis babetur. principio enim decessio buiuscemodi excrementi absumitur in foetus generationem. Omnibus autem alimento est: quod dulcissimum & cocτissimum sit. Itaque sublata bac facultate reliquum salsum maleq; sapidum esse necesse est. Sed cũ foetus magis magisq; perficiatur plus excrementi superest: minus enim absumitur: idq; dulcius est: cum non ęque detrabatur: quod bene cõcoctũ sit. non enim insuper ad foetus informatiõem consumitur: sed ad incrementum mediocre: quasi iam foetus constet adeptus finem suum: est enim & conceptus perfectio. quamobrem exit permutatq; generationem: ut qui iam sua receperit: nec pterea accipit quod suum non est: quo tempore lac utile datur. Colligitur boc parte superiore corporis & mammis propter ordinem primę originalisq; cõstitutionis. pręcipua enim pars animalis

ὑστερικῶν ... τῶν ἄλλων ζώων

quę ſupra ſeptum eſt. Inferior uero ad cibum & excremētum accommodata eſt: ut greſſile animalium genus habēs intra ſe alimenti ſuppetias loca permutet. hinc ſeminale quoq; excre-mentum ſecernitur ob eam quā inter initia diſputatōis noſtrę reddidimus cauſam. eſt enim naturę ſanguineę: tum excremē tum maris: tum meſtrua foeminę. ſanguinis autem & uenarū prīcipium cor eſt: quod ī ea ipſa parte ſuperiore poſitū eſt. qua propter hic primum excrementi talis mutationem innoteſcere neceſſe eſt: ex quo fit ut et uoces: tum marium: tum foeminarū immutentur: cū ſemen ferre incipiunt. hinc enim uox ſuam ori ginem trahit. alteratur uero cum id quod moueat alteretur: & mammę ſubleuentur: etiam maribus plane ſed foeminis am-plius: ꝙ enim parte inferiore multum excernitur. Ideo locus mammarum inanis fungoſuſq; foeminis fit: eodemq; modo iis euenit animalibus quibus mammę infra habētur. Igitur & uox & mammę in cęteris quoq; animalibus documentum eui dens prębent. homini uſum habenti generis cuiuſq;: ſed pluri mum in genere hominum intereſt. Cuius rei cauſa eſt: ꝙ excre mentum plurimum & mulieribus prę cęteris foeminis & uiris prę cęteris maribus eſt: pro magnitudine alteris meſtruorum: alteris geniturę. Itaque cū hoc ſemine excrementū non a foetu hauritur: & tamen ne foras profluat prohibetur: colligi id ī loca inania quecunq; eiſdem meatibus adhęrent neceſſe eſt. Talis autem locus mammarum in omnibus eſt utraq; de cauſa: ſcili cet notę melioris gratia ita conditus: atq; etiam neceſſario hic iam cōſiſtit: & alimentū concoctum animalibus redditur. Cō coctionis autem cauſam non ſolum quam modo diximus acci pere licet: ſed contrariam etiam: nam & ut foetus maiuſculus iam factus plus aſſumat cibi: minuſq; ob eā rem per id tēpus ſuperſit: ratio probabilis eſt. quod autem minus eſt: cōcoqui celerius poteſt. Sed lactis naturam eandem eſſe quam excre-menti ex quo unūquodq; generetur apertum eſt. nā quod ante diximus eadem materia eſt quę alit: ex qua generatōnē natura conſtituit: eaq; ſanguineus humor in ſanguinem habentibus eſt: lac enim ſanguis concoctus eſt nō corruptus. Empedocles

uero aut non recte putauit: aut non bene usus uerbo trāslaticio est: cū dixerit octaui decimo mensis pus extitit album: putredo enim concoctioni contrarium est: Pus autē putredo quędā est. lac uero res est concocta prorsus. nec lactantibus fiunt purgationes secundum naturam: neque lactantes concipiunt: & si conceperint: lac extinguitur: quoniam eadem lactis & mestruorum natura est. natura autem non tam large profundere potest: ut auceps sit: sed si alterutram in partem secernitur: in alteram desit necesse est: nisi quid acciderit uiolentum: & pręter id qd' solitum magna ex parte est.

Temporibus etiam bene pręscripta est generatio aīalium. cum enim prę magnitudine non satis pręterea foetui est alimentum: quod per umbilicum ministratur: lac ad alendum utile succedit. Cunq; per umbilicum alimentum non subeat: comprimunt sese uenę illę circum quas tunica est: quę umbilicus uocatur: atque ob eam rem tunc exitus oportune foetus cōsequitur.

Partus autem pronis in caput conuersis fit per naturam animalibus omnibus: propterea ꝙ partē ab umbilico maiorem babeant q̄ inferiorem. maiora autem plus ponderis continent itaq; ueluti in statera depēdentes eo uergūt quo trahunť.

Uteri autem ferendi tempora certa cuiq; animalium sunt magna quidem ex parte pro uitę spacio. uiuaciorū enim generationes quoq; diuturniores esse necesse est: non tamen id causę est: sed magna ex parte sic euenit. maiora enim perfectioraq; sanguinei generis animalia plus temporis uiuunt. sed non omnia maiora sūt uiuaciora. bomo enim plus temporis quam quoduis animal uiuit: excepto elephāte: ꝙ quidem usu adbuc fide digno nouerimus: quanq̄ bomo minoris est incrementi q̄ ueterina & alia multa.

Causa ne quoduis aīal possit diu uiuere est: ꝙ ꝑ aere ambiente temperatur: atq; etiam ob alios naturales casus de quibus mox dicam. tempora ferendi uteri pro magnitudīe animalium quę generātur descripta sunt. baud enim tempore breui constitutiones perfici magnas uel animalium uel quorūuis

aliorum fere facile eſt: Quamobrem equi: ut quae iis cognata ſunt animalia: quanquam minus temporis uiuunt: tamen diu-tius uterum ferunt: alia enim annum: alia quod plurimum mẽſes denos grauida exigunt. bac eadem de cauſa elephantorum etiam uterus diutinus eſt. biennio nãque geſtatur propter exu-perãtiam magnitudinis. Ratione autem optima tempora om-nium & grauiditatum & generationum & uitarum dimenſio-nem circuitibus ſibi expoſcunt recipere. circuitum appello diẽ noctem: mẽſem: annum: & tempora: quę is deſcribũtur: atque etiam lunę traiectiones. ſunt enim lunę circuitus complemẽta & ſilentia & interpoſitorum temporum ſectiones. ita enĩ coit cum ſole menſis: nanque communis amborum circuitus eſt. luna autem principium eſt propter ſolis ſocietatem receptũq; lucis. fit enim quaſi alter ſol minor. quamobrem conducit ad omnes generationes perfectioneſque. calores enim & refrige-rationes cum moderatione quadam: generationes. ſine modera-tione corruptiones efficiunt. terminum autem: tum principii: tum finis qualitatum earum: motus borum ſiderum optinet. ut enim & mare: & omnem bumorum naturam ſubſiſtere mu-tariue: proflatuum motu & quiete uidemus: aerem uero & fla-



tus ꝑ ſolis lunęq; circuitu affici: ſic ea quę ex iis: aut in iis ori-untur ſequi neceſſe eſt: Nam ut rerum minus *prĩcipalium* cir-cuitus ſequantur: magis *principalium* rerum circuitum ratio eſt. Vitam *enim* quandam & ortum & interitum uel flatuum eſſe fateor. Conuerſionis uero eorum ſiderum alia fortaſſe prĩcipia ſunt. natura igitur ita ſibi uult: ut eorum numeris ge-nerationes & obitus numeret: ſed exquiſite id facere nequit: propter materie indefinitionem: & ꝙ multa principia incidũt: quae generationes deſtinatas ſecundum naturam & corruptõ-nes ſępe impediant: atque ita cauſa ſint earum quę ueniãt prę-ter naturam. Sed de alimento intrinſecus miniſtrando anima-lium: atque de generatione in lucem agenda & ſeorſum de ſin-gulis: & ſummatim de omnibus dictum iam eſt.

ARISTOTELIS DE GENERATIONE ANIMALIVM LIBER. V. INTERPRETE THEODORO.

De affectionibus qbus aīalium ptes differāt īter se: differēdū nunc ē. affectōes ptiū dico cęsietatē oculorū aut nigredinē. uocis acumen: aut grauitatē: & coloris aut corporis: et pilorū aut pēnarū discrimen: quorū alia totis generibus insūt: alia utcūqꝫ sors tulit bēnt: quod maxīe ī boībus accidit. mutatōes ēt p ętatem alię oībus equę aīalibus ueniūt alię cōtra ut in uocis colorisqꝫ rōne uidere licet. Cū enī cętera nō canescant manifeste ī senectute: homo maxīe oīum ita afficitur: & alia statī ab ortu naturę cōsequunt: alia progrediente ętate & senescentibus accidūt. de his igit cęterisqꝫ huiusmodi oībus nō eundē pterea modū causę eē putādū. Quę.n. nō sint opa uel naturę cōia uel generū singulorum propria: horū nullū alicuius gracia aut est aut fit. Oculus enī alicuius gratia ē: sed cęsius nō alicui⁹ gr̄a est: nisi hęc affectio sit ppria generis. nec uero ad rōnem substātię ptinet ī nōnullis: sed ut q̄ necessario fiāt: ad materiā et prīcipiū qd mouerit causę eorū referēdę sūt. etenī (ut initio disputatōis nostrę dictū ē) nō qꝫ tale qd gignit quodqꝫ: iō tale qd est. s. in iis q̄ statuta definita & certa naturę sunt opa: sed potius qꝫ tale ē: idcirco tale & gignit: substātiam enī generatio seqtur & substātię gratia ē nō ipsa generatōem. Veteres tamen naturę īterpretes cōtra esse putarūt: cuius erroris cā fuit: qꝫ cās plures eē nō uiderēt: sed materie tātum & motus cām eāqꝫ indiffinite cognoscerēt: Rōnis uero & finis cām nō cōsiderarēt: sed enī alicuius gratia unūquodqꝫ est: gignitur autē iam ob eā cām & reliquas q̄ in rōne cuiusqꝫ cōtinent: quā uel alicui⁹ gratia ē: uel cuius gratia aliud est. Quę uero nō eiusmōi sunt: uidelicet quorū generatio ē: eorū iam cā quęrenda in motu generatōeqꝫ est: utpote cū discrimen cōstitutōe recipiāt. oculū enim necessario hēbit: tale enī aīal subiectū est. Sed talē oculū necessario qdē sed non tali necessitate. Verū alio mō .s. quoniā talem aut talē rē suapte natura agere patiue pōt. his ita

diffinitis. De rebus quę deīceps eueniāt disseramus. Prīcipio pueri cū nati fuerint: dormire oīum maxīe impfectorū aīalium solent: quoniā ītra parentē cū primū sentire cęperint: tempus dormiēdo totū fere cōsumunt. Sed quęritur de prima generatione: utrū uigilia pcedat: an somnus. ꝙ enī proficiscente ętate magis expgisci uisunt: contrariū id est somnū principio generationis inesse probabile est: Tū etiā trāsitio de nō esse in esse p mediū fieri solet. somnus autē talis sua natura eē uidetur: ut uiuēdi & nō uiuendi īter liminiū sit: & neq; oīno sit: q dormit: neq; nō sit: Viuit enim potissimū uigilia pp sensū. sed si aīal habere sensum necesse est: & tūc primū est aīal cū primum cōtigit sensus: primā illam dispositiōem non somnū: sed similē somno eē putandū: qualis plantarū est. etenim ita accidit: ut p id tēpus uita plantę aīalia uiuāt: At plātis somnū inesse īpossibile est: nullus enī sōnus īexpergiscibilis est: Affectio autem illa plātarū q̄ somni est proportiōalis inexpgibilis est. necesse ēt est aīalia dormire partē maxīam tpis: quoniā incrementū et pōdus locis supioribus īpositū est. Cām autē dormiēdi talem eē alibi exposuimus. Verū tamen expergisci ī utero ēt uident quod tum ī dissectōibus: tū ī prole ouipari generis patet: mox obdormiscūt statī rursusq; delabunt: quāobrē egressa quoq; in lucē: bonam tpis partem dormiendo traducunt. *Cum pueri* uigilāt: non ridēt. cum dormiūt *rident*: īterdum ēt lachrymāt. Accidit enī dormiētibus etiā aīalibus sensus nō mō: q̄ somnia uocant: sed etiā pręter somnia ut iis q dormiētes resurgunt: & qdem pleraq; agūt sine somnio. sunt enī q dormiētes resurgāt & ambulēt: uidētes eo mō quo q uigilant. iis enim qui sensus accidētium cōtingit q̄q̄ non uigilātibus: tamen nō ut somniū. Infantes uero pp cōsuetudinē quasi nescii uigilādi sentire uiuereq; in dormiēdo uident. Tēpore autē procedēte īcremētoq; transeunte in partē inferiorē expgiscunt: iam magis & partem maiorē tpis ita degūt: sed initio plus q̄ cętera aīalia somno dediti uiuunt: Impfectissimi .n. oīum perfectorū partuū nascūt: & īcremēto partis superioris exuperāt. Oculi oīum puerorum statī a partu cęsiusculi sunt. post uero īmutant in eā naturam

de gen. 5.

quę futura ē:quod ī cęteris aīalibus nō euenit manifeste.cuius rei cā est: ꝙ cęteris aīalibus oculi ī suo cuiusq; genere unicolores potius sunt:ut bouū nigri.Ouiū oīum aq̃ni:aliorū ruffi:toto genere aut cęsii: nōnullorum caprini ut caprarii generis. At boīum oculos uarios uersicoloresq; esse euenit. nam alii cęsii: alii flauidi: alii nigri:alii caprini: quāobrem cęterorū ut nulli suo ī genere dissident inter se:sic nulli a se ipi differūt quippe q non plus q̃ unū colorē hēant sua natura.Equus maxīe oīum cęterorū animalium uersicolor ē:aliqui enim cęsii altero oculo nascūtur:quod nulli ex cęteris bestiis euenit manifeste:quanq̃ hoīes nōnulli altero oculo diuerso gignāt:ergo ut cętera aīalia nihil mutatiōis uel recens nata uel ętate prouectiora recipiant: Pueris autē id eueniat:satis causę hoc eē existimandū: ꝙ cęterorum ea pars unicolor: hominis uersicolor est: sed ut cęsium potius q̃ alium hēant colorē:causa est:ꝙ partes nuper natorum ībecilliores sunt.cęsietas autem ībecillitas est.sed in uniuersū de oculorū discrimine quęrendum accipiendūq; est:quam ob cām alii cęsii: alii flauidi:alii caprini:alii nigri: sed cęsios opinari plus ignis habere ut Empedocles ait.nigros aūt plus aquę q̃ ignis:atq; ob eam rem cęsios interdiu a cute cernere nō posse scilicet ob aquę inopiā:nigros noctu deficere ob ignis inopiam nō bene est.si quidē uisus nō igni: sed aquę tribuēdus ī oībus est. causam ēt colorū uel alio mō reddere possumus: sed si ita est ut ante dixi:cū de sensibus agerē:atq; etiā prius cum de aīa: ut aquę propria pars hęc sensoria sit: nō aeris aut ignis: cur ita hanc eē cām eorū putandū est: ꝙ alii plus humidi habent: alii minus q̃ motus cōpetēs requirat: alii modicū.Itaq; qui multū humoris cōtinent nigri sunt:quoniam humoris copia trāspici satis nō pōt:cęsii q parum hēnt humoris ut in mari ēt cernitur: etenim; Quantū eius satis transpicit:cęsium apparet:quātum minus aquinū: quantū prę gurgite alto non pręfinit:id opacat & nigrū aut ceruleum sentitur.Qui autem īter eos sunt eo iam differunt: ꝙ magis minusue ita constiterint: eandem causam esse putandum: & ut cęsii acute interdiu cernere nequeāt:nigri noctu.cęsii enim prę sui humoris exiguitate mouentur magis



a luce & rebus uisilibus. s. qua humidi quaqꝫ plucidi sunt: q̃q̃ motio eius ptis uisio est: qua plucida nõ qua humida ẽ. Nigri uero ab humoris copiã minus mouẽtur: lux enĩ nocturna exilis ẽ: & simul quis humor p noctẽ moueri difficiliꝰ põt. cõuenit autẽ eum qua plucidum necnon moueri: neqꝫ magis moueri q̃ cõgruum sit. leuior enĩ motus expellit̃ a uehemẽtiore: quãobrẽ q aut suum cõspectũ a calore ualidiore trãstulerint: aut de sole in opacũ se cõtulerint nõ cernũt. motio enĩ quę iam uehemens inest: ĩpedit eã q̃ extrĩsecus accidit. deniqꝫ uisus siue ualidus siue ĩualidus nequit res splẽdidas cernere: quoniã eius humor ultra modũ afficit̃ & mouet̃. Egritudines ẽt oculorũ utrorũqꝫ ĩdicium faciũt. Glauconia enĩ cęsius potius accidit: lusciositas nigris. est autẽ glauconia siccitas potius oculorũ. Itaqꝫ senescẽ tibus magis euenit: nã oculi quoqꝫ ut reliquũ corpus senectute siccescunt. lusciositas uero humoris copia ẽ: quapp minoribus natu potius accidit. cerebrũ enim eorũ humidius ẽ. Visus aũt optimus est: q ĩter multum & parũ humoris moderatus cõstat. hic enĩ nec p exiguitatẽ turbat̃: ut colorũ motiões ĩpediat: neqꝫ per nimietatẽ prębet mouendi difficultatẽ: sed non mõ ea quę diximus: cãm habeant ut obtusę acuteue cernat̃. uerũ natura ẽt cutis quę pupillę uocatę obtendit̃ (tralucidã enĩ esse eã reqrit̃) Talẽ autem eẽ quę tenuis alba & lęuis sit necesse est. Tenuis igit̃ est ut motus q extraneus ueniat recto tramite feratur. lęuis ne rugis obumbret. senes enĩ ob eã rem acute nõ cernunt: nã ut cęterarũ partiũ cutis sic oculorũ quoqꝫ senescẽtibus obrugant: & crassior redditur. alba autẽ esse debet: quoniã nigrũ traluci-dum esse nõ põt. hoc enĩ ipm est nigrum quod nõ trãsluceat: ũde fit ne laternę possint lucere: si ex tali cute cõfectę sũt. Per senectutẽ igit̃ & morbos acute cernere ob eas cãs neq̃unt. Pue ri uero paucitate humoris cęsii principio sunt: sed altero oculo cęsii p̃cipue hoĩes atqꝫ equi gignunt̃ eadẽ de causa: qua & hõ solus canescit: & equus ĩter cętera aĩalia unus euidentius albe-scit pilo p senectutẽ. canicies enĩ debilitas quędã humoris siti ĩ cerebro & cruditas est: quod idem cęsietas quoqꝫ est. Vis. n. eadẽ est humoris admodũ tenuis: q̃ pauci: & ammodum crassi

de gen. 5.

quę multi. Cum igitur natura eque cōficere nequit: aut utroq; cōcocto humore aut non utroq; concocto: ſed altero concocto altero non: tunc euenit ut cęſii altero oculo reddantur. Quam obrem autē alia acute cernant: alia non: duplex ratio eſt. acumē enim cernendi bifariam fere dicitur.

Audiēdi ēt olfaciēdiq; rō ſimilis eſt. dicit enī acute cernere: aut qđ procul cernere pōt: aut quod drīas rerū q̄ cernūtur q̄maxīe ſentiat: quę qdē ſimul nullis eiſdē cōtingūt. Idem enī manu āmota aut p fiſtulā: q̄q̄ nihilo magis colorū drīas īdicet: tamen lōgius cernet. & qdē ex foueis puteiſq; īterdū ſtellas cōſpiciunt: itaq; ſi qđ aīal multū qdē prouenientie adiūctum oculis hēt: ſed humorē pupillę nō purū neq; modicū cōueniēter extraneo motui: neq; ſummā cutē prętenuē optīet id; ut exqſite colorū drīas nō pcipiet: ſic procul cernere poterit quomō ēt quominus: magis q̄ quę humorē qdē illū ſincerū opimētūq; eius prętenue hēant: ſed ſupcilio qđ promineat oculis careant oīno. cā enī cernēdi tam acute ut drīę percipiant ī ipō oculo ē: nā ut ī ueſte mūdiſſima uel minima macula pſpicua ē: ſic ī puro ſinceroque oculo uel parua motio patet ſenſūq; efficit. At ut pcul cernat: motuſq; a lōginqs uiſibilibus deueniat: cauſę ſitus ē oculorū: q̄ enī oculis prominētibus ſūt: procul cernere nequeunt. Quę cōtra intus ī cauo oculos hēnt poſitos lōge aſpicere poſſunt: quoniam motus inuaſtum non diſſipatur: ſed recto tramitē meat. nihil enim ītereſt an uiſus exitu cerni dicatur ut quidam aiunt. nam niſi ante oculos quicquam ſit: diſſipari uiſum atque ita minorem rebus occurrere quę cernuntur neceſſe eſt: minuſque procul uidere quam ſi motu a rebus quę uidentur proficiſcēte cernatur: ſimilem enim motui effici uiſionem neceſſe eſt. Ita igitur potiſſimum res cernerentur longinque: ſi illico ab oculo ueluti fiſtula quędam porrecta ad rem uſq; cernendam continuaretur: ſic enim nulla ex parte diſſolueretur motus q a re uiſibili proficiſceretur: Sed cū ita non ſit quo amplius porrigit eo longius cernat neceſſe eſt. Cauſę diſcriminis oculorum hę ſunt.

Eadē uero audiēdi olfaciendiq; rō eſt: aut enī ita exquiſite

Acute cernere dupliciter dicitur

prominentie

ac si cominus

audiunt & olfaciunt: ut quãmaxime differentias omnes subie
ctarũ sẽsibilium rerũ sentiãt: aut ita ut procul audiãt: aut odo
renť. ut igiť bene drĩę iudicẽtur: causę sensorium est: quomõ
in cernẽdo uidelicet si sincerũ: tum ipm: tum eius membrana
est. Meatus enĩ sensoriorũ oĩum ut dixi: Cũ de sensibus agerẽ
tendunt ad cor: aut ad cordis proportõale si corde carent. Itaq3
meatus audiẽdi: quoniã sensoriũ hoc aeris est qua spus natiu9
in aliis pulsum: in aliis spiratõem facit: hac desinit. quapp uer
ba ediscunť: ut quod audieris reddere ore possis. qualis enim
motus subierit per sensoriũ: talis quasi ab una eademq3 effigie
motus p uocem agitur: ut quod audieris: idẽ dicas. Oscitantes
ẽt aut spiritũ reddentes accipiẽtesue minus audiunt: quoniam
extremũ sensorii auditus ad partẽ spiritalẽ termineť: & quatia
tur: moueaturq3 una cũ instrumẽto spiritali: quotiẽs illud spm
mouet. moueť enĩ cũ mouet. necnõ tpibus anni: tempamẽtisq3
humidis idẽ accidit: ut aures impleri spiritus uideanť: quoniã
uicinę sint origini loci spiritalis. Iudiciũ igiť exquisitũ drĩarũ
tum soni: tum odoris ĩ sinceritate sensorii summeq3 mẽbranę
positum est. Ita enĩ oẽs motus manifesti ut in uisu: in his etiã
ueniunt: quoniã & procul sentire aut non sentire similiter atq3
in rõne uidendi accidit. Quę enim ante suas sensorias: partes
productiores: ueluti aquę ductus possident: hęc procul sentire
possunt. quãobrem quorũ nares porrectę sunt longius ut catel
lorum laconicorũ: hęc ualẽt olfactu: Ita. n. motus nõ ĩterpellãť
sed a lõge directi sensoriũ subeũt integri: quomõ ĩ iis q manu
admota fronti lõgius cernunt. Auriculę ẽt longę ĩbricateq3 am
plius quasi grũdis: intusq3 ãfractu lõgiore intortę (quales non
nullarũ quadrupedũ sunt) melius ãministrant: quippe q̃ motũ
eminus excipiẽtes ad sensoriũ reddãt. homo pro magnitudine
minime fere oĩum animaliũ procul sentire potest: Cum tamen
differẽtiarum sensu maxime oĩum ualeat: cuius rei causa est:
q3 sensoriũ sincerũ minimeq3 terrenum corpulentũue optinet:
cutem etiã tenuissimam prę cęteris animalibus homo suapte
natura pro magnitudĩe habet. Vitulus marinus nimirũ recte
a natura constitutus est. Cum enim quadrupes ouiparum sit

sensoriorum ratio



auribus caret:meatuſq; tantū habet:qbus audiat:cā eſt:ꝙ uitā hic in humore traducit:Pars aūt auriū addita meatibus eſt: ut motus a lōge delatus aeris:ſeruaret:itaq; nihilo utiles ei auricu lę eēnt:īmo uero offenderēt: cū ītra ſe copiā reciperēt humoris. De uiſu auditu olfactuq; dictum iam eſt.

Pili diſcrepāt: & inter ſe in hoīum genere ꝑ ętates & cum cęteris aīalibus q̄ habēt pilos. habent autē q̄ intra ſe aīal generāt fere oīa. Iam & aculeos q̱ a nonnullis uicepilorū gerū tur:genus eſſe pilorū exiſtimādum eſt:ut herinaceorū aculeos & ſi qd eiuſmōi aliud in genere uiuiparo eſt. differētię uero pi lorū exiſtūt duricie:mollicie:lōgitudine:breuitate:rectitudīe: criſpitudine:multitudine: paucitate. Ad hęc coloribus ut albe dine nigredīe eorūq; mediis:ſed nōnullas earū drīarū ꝑ ętates quoq; recipiūt: uidelicet cū minora natu aut maiora ſunt: qđ pręcipue ī hoīe palā fit. piloſior enī ętate prouectus reddit hō: & parte priore capitis nōnulli calueſcūt. pueri ēt mulieresq; nō calueſcunt. Viri autē procedēte ętate calui euadunt: necnō ca pite hoīes ſeneſcentes caneſcunt:quod nulli fere ex cęteris aīa libus accidit manifeſte: quanuis equus euidentius q̄ cętera ita afficiat. Calueſcunt hoīes parte capitis piore. Caneſcūt primo tꝑibus: ſed nemo uel tēporibus uel occipite calueſcit. Quibus aūt aīalium pili nō ſunt: ſed pilorum proportionale:ut auibus pennę:piſcibus ſquamę. iis etiā nōnulli ex iis affectibus ueni unt rōne eadē. ſed cuiuſnā rei cā genus pilorū datū aīalibus a natura eſt: diximus ante:cum cās partium redderemus. Nunc pręſentis opis atq; officii eſt: ut qbuſnam pręcedētibus rebus & quas ob neceſſitates hęc eueniāt:explicemus. Cā craſſitudi nis tenuitatiſq; pili:cutis potiſſimū eſt. aliis enim cutis craſſa: aliis tenuis:et aliis rara:aliis dēſa eſt:tū drīa humoris īditi con ſors cauſę eſt: Aliis enim pīguis:aliis aquoſa eſt: oīno cutis na turam terrenā eſſe ſtatuimus: Cū enim per ſumma ſit:humore euaporante ſolida terrenaq; redditur. Pili autem proportiona leque pilorum non ex carne ſed ex cutte oriuntur: cum humor in iis euaporetur:atque exhalet. quamobrem craſſi ex craſſa:te nues ex tenui cute proueniūt: quod ſi cutis rarior & craſſior ſit

crassi gignet propter copiã portõis terrenę: & meatuũ laxitatẽ: sed si spissior ẽ: tenuiores exeũt pp meatuũ angustiã. Item si uapor aquosus iest breui resiccescẽs: facit ne pili capiãt magni tudinẽ. At si pĩguis est: cõtra euenit. nõ enĩ facile exiccari põt: quod pingue est. quãobrem in totũ aĩalia quorũ cutis crassior est: pilo sunt crassiore: quãuis nõ quę cute maxĩe ita constant. magis ita hẽant pilum: pp eas quas mõ diximus cãs: ut generi suũ prę bubus & elephantis: & multis aliis usu euenit. nã & si cutẽ crassiorẽ boues elephanti: & pleraq; alia habent q̃ sues: ta mẽ pilo tenuiore tegunt. Eadẽ cã est cur hoĩum capilli crassissi mi sint: capitis enĩ cutis crassissima est: & humoris plurimum cõtinet. rara ẽt admodũ est. quin & ut pili lõgiores breuioresue sint. Causa est q: humor q euaporet: non facile exiccari põt. cã uero ne facile exiccet duplex est. s. quantitate & qualitate. nam si humor aut multus aut pinguis est non facile exiccari potest: ideoq; hoĩum capilli longissimi sunt. cerebrum. n. quod humi dum & frigidũ est: largam humoris copiã prębet. simplex aũt crispusue oritur pilus ex halatione pilorũ: Nam si fumosa est prę sua calliditate & siccitate crispum efficit pilũ: Inflectitur enĩ quoniã duplici delatiõe ferat: Terrenũ enim deorsum cali dum sursũ fertur: cũq; prę sua ĩbecillitate ĩflecti facile possit: intorquet: quod pili crispitudo est. Aut igit ita causa reddẽda ẽ: aut quoniã parũ humoris: multum aũt portionis terrenę ĩest efficit ut pili resiccati ab aere ambiẽte cõtrahantur. Inflectitur enim quod rectũ est si euaporatur & contrahitur: atq; cõuellit pilus: queadmodum cum igne adurit: utpote cum crispitudo conuulsio sit: ob humoris inopiam ab aeris continẽtis calore. Indiciũ rei est: q: & duriores sunt pili crispi q̃ recti: durum enĩ quod siccum est. simplici autem pilo sunt: quę humore abun- dant. fluit enim humor in iis nõ stillat: quocirca scythę incolę põti & thraces pilo sunt pmisso: & simplici: nã & ipsi humidi sunt: & aer ambiẽs eos humidus est. Ethiopes cõtra q loca ĩco lunt calida crispo sũt pilo. siccũ est enĩ & cerebrũ eorũ & cęlũ ambiens. Sed sunt quę quãuis cutem habeant crassiorẽ: tamẽ tenuiori sint pilo: ea uidelicet causa quam ante exposui: quo

enī meatus tenuiores sint: eo pilos enasci tenuiores necesse est. quapp ouiū generi tales sūt pili: Velus enī multitudo pilorū ē Sunt ēt quę mollē qdē hēant pilū: sed minus tenuē ut lepores: cōtra quā oues: leporū enim pilus p summa cutis enascit̄: quā obrē lōgitudīe caret: & simile accidit ut ī iis q̄ lino decerpunt̄: quę quāuis mollia sint: tamen nullam lōgitudinē habent: nec īplexum ullū recipiūt. Oues frigidi tractus cōtra quā homīes afficiunt̄. Scythę enī molli sūt pilo. At oues Sauromaticę duro. cā eadē q̄ in oībus feris est. frigus enī indurat propterea ꝙ cogēdo exiccat. Cū.n. calor eximit̄ humor una euaporat̄. Itaque nō solū pilus: sed ēt cutis terrena duraq; euadit. cā in feris uita agrestis est. In cicuribus autē his loci frigiditas. Iudicium uel echini pelagici faciūt: quorū usus cōtra urīę stillicidia ē. qppe q frigiditate maris p̄alti ī quo degūt (sexaginta enī atq; etiam amplius passuū gurgite oriunt̄) Ipsi qdem exigui sint: sed aculeos grādes durosq; gerāt. cā magnitudinis est: ꝙ incremētum corporis diuersū eo est. Cum.n. parū caloris optineāt neq; concoquere possint multū ob eā rem hēnt excremēti. aculei autem & pili & reliqua generis eiusdē excremēto nascunt̄. duri uero & rigidi mō pene lapidis cōstant pp frigus & gelu. eodēq; mō cętera q̄ terra gignit duriora terrosiora lapidosioraq; gignunt̄ locis aqloniis q̄ austrinis: & uento expositis q̄ cōcauis & qetis: frigent enī oīa magis humorq; euaporat̄. Indurat igit̄ tū calor: tum frigus: Nanq; euenit ut ab utrisq; humor euaporet̄. s. a calore p se a frigore p accidēs. Vna.n. cū calore humor abstrahit̄ nullus.n. humor sine calore est: sed frigus non mō indurat sed densat ēt. calor uero laxat: rarioraq; facit. Eadem cā est ut natu grādibus duriores & pili & pēnę & squamę reddant̄. cutes enī duriores crassioresq; efficiunt̄ senescēte ętate: resiccant̄ enī: & quidē senectus ipsa ut nomen significat terrena est: quoniam sine calore est & cū calore humor defuerit. Calui oīum maxīe aīaliū hoīes apte efficiūt̄: quod genus affectōis generale quodāmodo est. nam & plātarum alię semper frondēt: alię frondē amittunt. Et aues quae certo tēpore se abdunt: & latēt: pennas amittunt: qualis affectus caluicium in hominibus est: quibus

γῆρας καὶ ὄνομα γεηροῦ

accidit ut caluescant: Cum enim paulatim & frondes & pennę
& pili defluant: ubi uniuersim hic affectus euenerit: uocabula
accipit hęc caluescere: defrondescere: depenescere. Causa autē
huius affectus inopia humoris calidi est: qualis pręcipue est
humor pinguis. quocirca plantę quę pingues sunt fronde per-
petua uirent: sed de his alias. sunt enim iis uel alię causę huius
comites affectionis. Euenit hoc plantis hyberno tempore. mu
tatio enim hęc potior q̄ ętas earum est. Animalibus etiam quę
latent idem tempus iacturę est. Sunt enim minus quam homi
nes natura humida atque calida. homines autem suis ętatibus
hyemem ęstatemq; agunt. quamobrem nemo anteq̄ coire inci
piat caluescit: sed a uenereo coitu potius id euenit: scilicet iis q
sua natura sint eo propensiores. Cum enim cerebrum frigidis
simum omnium corporis partium sit: tum rei uenerę usus re-
frigerat. caloris nanq; sinceri naturalisq; secretio est. Itaq; cere
brū sentit merito prius. quę enī imbecilla uitiosaq; sunt causa
parua exiguoq; momento immutatur. Quapropter si quis cogi
tet ut & ipsum cerebrum parum calidum est: magisque talem
esse obductā cutem necesse est: atq; etiam magis naturā pilorū
uidelicet quāto plus ipsa caloris origine distet: recte ita uenire
existimabit: ut qui semen ferant: ea ipsa ętate caluescant: qua
semen emittant eadē causa est: & ut priore capitis parte calue-
scant: & ut hominibus solis omnium animalium id eueniat. ꝙ
enim parte priore cerebrū continetur: hic ea parte caluescimus.
ꝙ autem homo maximum humidissimumque cerebrū habet:
hinc solus animalium ita afficitur. mulieres non caluent: quo-
niam natura earum similis puerorum naturę est. utraq; enim
sterilis seminalis excrementi est. spadones etiam nō caluescūt:
quoniam in foeminam mutantur: & pilos qui postea gignunt:
aut non producūt: aut amittunt si forte habent: pręterquam pu
bem: quam mulieres etiam habent: Cum caeteris illis careant.
oblęsio enim haec mutatio de mare ī foeminam est. causa uero
ut quę latēt rursus pēnas recipiāt: quęq; frōdē amiserit denuo
frōdescāt: caluis autē nunq̄ redeat pilus: ꝙ anni tpa illis muta
tōem corporis magis afferūt. Itaq; pro tēporū mutatiōe uicis-

unde caluicium

mulieres spadones q. non caluescunt

situdo gignendi amittēdiq; sequitur: ut aīalia pēnas pilosue: plantę frondes aut dimittant: aut recipiāt. At uero hominibus per ętatem euenit uer: ęstas: autumnus: hyems: Itaq; cum ipsę ętates non permutentur: fit ne affectus qui ob eas accidunt permutentur: q̄q̄ similis causa est: ac de cęteris pilorum affectōibus diximus fere.

COlorum autem causa cęteris quidem animalibus cutis natura est: ut & unicolora sint & uaria. sed boībus nihil causę cutis affert: nisi ad caniciē: uidelicet eā quę morbo nō q̄ senio accidat. nā eo uitio corporis quod uitiligo uocatur: pili efficiuntur albi. sed si albi sunt pili: cutem albedo non sequit̃. cuius rei causa est ꝙ pili e cute exeunt. Itaq; si cutis ęgrotat: extenuataq; est: pilus quoq; ęgrescit. ęgritudo autem pili canicies est. ętatis uero illa canicies inopia & exilitate caloris cōtrabitur. Omnis enim ętas labitur in frigiditatem: cū iam corpus inclinatur et consenescit: senectus enim frigida est & sicca. De alimento autem quod quācunq; partem corporis subeat ita intelligendum est: ut calore proprio concoquatur: qui cum agere nequeat deprauet̃ altio: & aut repletio sequatur: aut egritudo. sed de eiusmodi causa postea differemus cum de incremento & alimento agemus. Quibus igitur hominibus natura pilorū parum calida est: plusque humoris subit: calor proprius nequit concoquere: atq; ita humor putrescit calore aeris ambientis: fit enim putredo queq; a calore sed non suo natiuo q; ut alio loco exposui. putredo autem & aquę & terrę & quorūuis eiusmodi corporū fieri potest: quāobrē terreni etiā uaporis putredinē nouimus: quę situs uocatur: etenim situs caries uaporis terreni ē. Itaq; in pilis quoq; alimentū tale cū non concoquit̃ putrescit: atq; ita efficit̃ ea quę canicies appellat̃: quę alba propterea est: ꝙ & situs unus cariosorum fere albus est. cuius rei causa est ꝙ multum aeris cōtinet. Omnis enim uapor terrenus uim habet aeris crassioris. situs. n. quasi respōdēs pruinę existimat̃: nā si uapor se efferēs cōcrescit: pruina fit: sin putrescit situs. quapp utraq; p sūma hęrent. uapor. n. p sūma est & recte a poetis ꝗcomediis transfertur conuicio in caniciem: cum senectutis sitū

primamq; nominãt:alterum enim genere idem eſt.uapor nãq;
utrunque eſt.alterum ideſt ſitus ſpecie idem eſt:putredo enim
utrunq; eſt.hoc ita eſſe iudicium eſt:ꝙ pleriſq; per egritudinẽ
pili canuerint: mox ualitudini reſtitutis ingruerint: cauſa eſt
ꝙ per egritudinem ut totum corpus inopia caloris naturalis la-
borat: ſic partes etiam minimę eadem participant labe. multũ
autem excrementi conſiſtit in partibus corporis. quamobrem
in pilis etiam cruditas eſt quod caniciem faciat:poſt uero cum
conualuerint: & uires receperint: denuo mutantur: & quaſi iu
uenes ex ſenibus redduntur: affectioneſque proinde mutant̃.
recte etiam dixeris morbum eſſe aduenticiam ſenectutem. Se
nectutem autem eſſe morbũ naturalem.Itaq; morbi nonnulli
idem faciunt quod ſenectus. tempora autem primo caneſcunt
ꝙ occiput uacat humore:cum nõ contineat cerebrum.ſinciput
uero habet multum humoris: quod autem multũ eſt: difficile
id putreſcit. At in temporum pilis nec tam parum humoris ẽ:
ut concoqui poſſit: nec tam multũ ut putreſcere nequeat. Cũ
enim is locus medius inter utroſque ſit: extra utrunq; affectũ
eſſe poteſt. cã caniciei humanę dicta iam eſt.

CAeteris autem animalibus ne per eam ętatem hoc idem
manifeſte eueniat cauſa eſt eadem:quam de caluicio di-
ximus. Parum enim cerebri idq; minus humidum habent: ut
calor ad concoquendum ſufficiat.equis maxime omnium quę
nouerimus animalium canicies ĩnoteſcit: quod os in quo cere
brum tenuius q̃ cętera pro magnitudine habeãt. argumentum
eſt: ꝙ ictus ĩ eo loco periculoſus eſt. unde illud homeri. Equa
ſetę hęrent capiti lętaleq; uulnus:pręcipue ſit equis. Cum igit̃
pręe tenuitate oſſis affluat humor: & per ętatẽ calor deficiat:pili
iſti caneſcunt. Ruffi ẽt celerius q̃ nigri caneſcũt :nã & ruffitas
quaſi imbecillitas pili eſt. Imbecilla autem quęq; celerius ſene
ſcunt. Grues ſeneſcentes effici nigriores aiunt: cuius affectus
cauſã eſſe poteſt: ꝙ pennarum natura earum albicet:pluſq; hu
moris ſeneſcentibus iis cõſtituitur in pennis:quam ut facilius
putredini pateat. Caniciem autem effici putredine quadã: nec
eſſe ut quidam putant:ariditatem. Indicium eſt:ꝙ pili qui uel

pileo uel alio tegmine operiuntur celerius canescũt. Flatus enĩ putredinẽ probibent. operimentũ autem flatuum arcet. Iuuat etiam olei aquę mixti perunctio. aqua enim refrigerat: oleum uero ne celeriter exiccetur: probibet. aqua enim facile resiccat̃. Caniciẽ autem non esse ariditatem: nec pilum ut berbam exiccatum albescere: indicium est: ꝙ pili nonnulli cani illico oriuntur: At nullum oritur aridum. multi etiã suo extremo albescũt. in ultimis enim ac tenuissimis calor minimus babetur. cęteris animalibus quibus pili albi gignuntur natura non affectu id euenit. Causa autem colorum in cęteris cutis est. Alborum enĩ alba ẽ cutis: nigrorum nigra: uariorum permixtorumqꝫ partim alba partim nigra esse conspicitur: At in bomine cutis nulla cã est. Qui enim sunt albi admodum nigros babẽt capillos. causa est ꝙ bomo omnium maxime tenuem cutem babet: pro magnitudine. itaque nibil ad pilorum mutationem cutis ualet: Immo prę sua imbecillitate ipã mutatur: & uel a sole uel a flatu redditur nigrior: nec pili ullo pacto cum ea mutãt̃. At uero in cęteris cutis uim loci prę sua crassitudine optinet: itaque fit ut pili pro cute immutentur. cutis autem ipsa nibil a flatu aut sole afficiatur.

Animalium uero alia unicolora sunt (appello unicolora quorum genus totum unum babet colorem: quomodo leones fului sunt omnes: idemque in auibus & piscibus: & reliquis animalibus omnibus intelligi uolo) Alia uersicolora sũt: sed toticolora ea dico quorum corpus totum quidem eũdem babet colorem: sed nõ omnium eundem: ut bos totus est albus aut totus est niger: Alia uaria sunt: idqꝫ dupliciter. aut enim genere: ut pantbera: ut pauo: & piscium nonnulli ut quę tbrasse uocãtur. aut non genere toto: sed parte ut boues: ut caprę interdum uarię generantur. in auium etiam genere columbę & alia pleraque. Trãseunt uero toticolora multomagis q̃ unicolora: tum in colorem sui generis simplicẽ ut ex albis nigra: & ex nigris alba reddãtur: tum uero in mixtum ex iis: quoniã in toti⁹ generis natura inest: ne unum babeat colorem. binc enim facile utroqꝫ uersus mouetur: ut uicissim mutetur: & uariũ efficiat̃.

unicolora contra. nunquam enim mutantur nisi per affectum idq; raro. iam enim perdix uisa est alba: & coruus: & passer: & ursa. Accidunt hęc cum in generatione peruertuntur. facile enĩ moueri deprauariq; potest: quod paruum est. tale autem quod gignitur est. Principium enim iis quę gignuntur in paruo con sistit. Aquis etiam immutantur ea potius quę sua natura uni colora: genere autem uersicolora sunt. calidę enim aquę pilum faciunt album: frigidę nigrum: quomodo plãtis etiam euenit. causa est: quod plus aeris habent quam aquę. Aer autem perlu cens albedinem facit: quemadmodum spumam quoque effici certum est. Vt igitur cutes per affectum albę differunt ab iis quę tales natura sunt: sic pili inter se differunt qui morbo aut ętate qq; natura albuerint scilicet eo ꝙ causa est diuersa. alteri enim calore naturali: alteri alieno albi efficiuntur. albedinem uero omnibus aer uaporosus prębet inclusus. quamobrem quę unicolora non sunt uentre omnia plenius albent. calidiora etiã suauioraque sunt omnia alba fere eadem de causa. concoctiõe enim dulce efficitur. concoctio autem calore. eadem causa uni coloribus quoque: sed aut nigris aut albis red denda est. calidi tas enim atq; frigiditas causam habent naturę cutis: & pilorũ. membrum enim unumquodq; suum habet calorem.

QVinetiam linguę simplicium ac uariorum inter se diffe runt: atq; etiam ipsorum simplicium: sed uersicolorum ut alborum & nigrorum. causa uero est quod ãte dixi: ꝙ uario rum cutes uarię sunt: alborum albę: nigrorum nigrę. linguam autem perinde ac partem aliquam esse exteriorem putandum: qualis manus: aut pes est: quanq̃ ore operiatur. Itaque cum ua riorum cutis non sit unicolor: cutis quoque linguam ambiẽtis ea ipsa causa est.

MVtant colores auium nonnullę: atque etiam quadrupe dum siluestriũ: aliquę per tempora anni. cuius rei causa est: ꝙ ut homines per ętatem mutãtur: sic illa per tempora. plus enim discrimen hoc in iis potest quam mutatio ętatis. uaria ẽt magis sunt: quę uario magis cibo uescuntur: quod parte pluri mã dixerim: idq; recta ratione ut apes unicolores sunt magis q̃

crabrones ut uespę. nam si cibi causę sint mutationis: merito ciborum uarietas facit ut magis euarient motus: & alimenti excrementa: ex quibus & pili & pennę & cutes gignuntur. Ac de coloribus & pilis satis diffinitum sit ad hunc modum.

De uoce cum animalium alia uocis grauioris sint: alia acutioris: alia firmę: ac in utranq; exuperantiam modice cōstantis: cūq; etiam alia magnam uocem: alia paruam reddāt: & lęuitate aut asperitate flexibilitateq; aut rigiditate discrepent. Considerandum: quas ob causas hęc singula habeātur. Igitur acuminis grauitatisq; causam eandem esse arbitrādum: quam mutationis: cum minora maioraq; natu mutantur. Cętera enī omnia cum natu minora sunt: uocē mittunt acutiorem. Vituli aūt bubuli grauiorem: quod idem maribus ēt & foeminis eius generis euenit. Cum enim in cęteris generibus foemina uocem mittat q̄ mas acutiorem: quod maxime in homine patet. hanc enim facultatem natura homini potissimum tribuit: quoniam oratione solus animaliū homo utitur. orationis autem materia uox est. Cum inquā cęterę foeīę acuti9 sonent: contra ī bubus est. Vaccę enim grauius q̄ tauri sonant: sed cuiusnam gratia uocē animalia habeant: & quid uox sit: & omnino quid sonus & strepitus: partim in iis quę de sensu: partim in iis quę de aīa disseruimus explicatum est. Cum autem graue ī tarditate motus consistat: acutum uero in uelocitate: utrum quod moueat: an quod moueat̄: cā sit tardi aut uelocis quęrēdum est. quidā enim quod multum ē: tarde moueri: quod parum uelociter id moueri aiunt: eamq; esse causam: ut alia uocē grauem emittāt alia acutā: quod recte aliquatenus dicitur: sed nō recte in totū. genere enim recte dici uidetur; graue in magnitudine quadam esse eius: quod mouetur: nam si hoc ita esset: paruam eandēq; grauem emittere uocem non facile liceret: nec magnam & eandem acutam. Videtur etiā grauitas uocis naturę generosioris esse: necnon in modulatu grauis modulus pręstātior incitato est: perfectum enim in superantia consistit. Grauitas autem superātia quędam est. Sed cum acutum & graue in uoce diuersa sint a magnitudine uocis & paruitate. est enim et acuta magna:

& parua grauis: simili modo medius eorũ tenor ambigit: quonam alio diffinienda sit magnitudo uocis & paruitas nisi multitudine eius quod mouetur & paucitate? quod si diffinitione illa statuendum sit acutum & graue: accidet ut eadem sint grauis magnęq; uocis: & acutę paruęq; uocalia. sed enim causa est q magnum & paruum & multum ac paucum non eodem accipiuntur modo: sed altera simpliciter: altera respectu quodam. magniuoca enim sunt eo q multum simpliciter est quod mouetur. paruiuoca eo q parũ. grauiuoca autem & acutiuoca: eo q respectu inter se habito differentiam hãc recipiunt. Nam si quod mouetur superat uires eius: quod mouet: tarde quod fert̃ ferri necesse est: si superatur uelociter. Itaq; quod ualet interdũ multum pro uiribus mouens tardum efficit motum. Interdũ uelocem si superat. eademq; ratione quod debile est si plus mouet q̃ uires patiuntur: tardum efficit motum. si parum prę sua imbecillitate uelocem. Causę cõtrarietatum hę sunt: ne aut oĩa minora natu uocem mittant acutam: aut maiora grauem: neq; mares & foemĩę eque omnes aut grauem aut acutam. Ad hęc ut & ęgri acutum sonent: & qui bene ualent: atq; etiam ut senescentes uocem mittant acutiorem: quanq̃ senilis ętas contraria iuuenili est. plurima tamẽ parte minora natu & foeminę acutę sunt uocis: Cum prę sua imbecillitate parũ aeris moueant: fert̃ enim uelociter quod parum est: uelocitas autẽ acumen ĩ uoce est. Vituli & uaccę partem quam mouent: non habent ualidã alteri propter ętatem: alterę propter foeminei sexus naturam. Cum tamen moueant multum graue sonant. Graue est enĩ qđ grauiter mouetur: multumq; aeris tarde fertur. multũ autem ea mouent cum cętera parum moueant: q uas per quod primũ spiritus fertur amplum in iis est: multumq; aeris mouere cogitur. cęteris angustius ac partius est. ętate autem procedente uires ea pars recipit: quę in unoquoq; moueat. Itaq; incontrariũ mutatur: ut quę uocem acutam mittebant: grauiorem q̃ prius mittant. quę autem grauem acutiorem. quamobrem tauri acutius sonant q̃ uituli: & uaccę. Vires autem omnium neruis cõtinentur. quapropter cum ętate florent robustiora sunt. minus

de gen. s.

enim compacta neruataq; sunt: quę minora natu adhuc sunt. Item recentiorum nerui nondum intenduntur: senescentium iam laxantur. quamobrem ad motum quoq; sũt imbecilliora: sed potissimum tauri neruosi sunt: & eorum cor ita constat. Itaq; contentiorem eam optinẽt partem qua spiritum mouẽt: quasi fidiculam intentam: talem cordis bubuli esse naturam significatur: uereo osse: quod in nonnullis gignitur: ossa enim naturam neruorum requirunt.

Execta omnia in foeminã mutant: & quoniam uires neruosę in suo originali principio laxantur: similẽ foeminis mittunt uocẽ. laxatio uero similis fit: ut si quis fides intendẽs adhibuerit pondus quod annexum reddat contentiores: quomodo textrices faciunt: quę cũ stamiua distenderint: annectũt quas lęuas uocant. ita enim natura quoq; testium annexa meatibus seminalibus dependet: qui meatus ex uena tendunt: cui⁹ origo ex corde est: iuxta ipm principium quod uocem moueat. quamobrem meatibus seminalibus immutatis: ad eam qua semen excernere possunt ętatem. pars illa quoq; una cum iis ĩmutatur: qua immutata uocem etiã mutatur: maxime. s. maribus. sed foeminis etiam idem accidit: quãq̃ obscurius: quod quidã bircire appellant: cum uox mittit̃ inęqualis: post uero restituit̃ in sequentis ętatis grauitatem aut acumen. Sublatis igitur testibus: tentio quoq; meatuum laxatur: quomodo in fidicula et stamine sublato pondere: laxatis his principium quod moueat uocem eadem ratione laxatur. Causa hęc est quãobrem execta mutentur in foeminam: tum uoce: tum etiã reliqua forma: quoniam ita accidit ut prĩcipium laxetur: ex quo intentio corporis est: non ut quidam existimant ꝙ testes ipsi copula sunt multorum principiorum: sed paruę mutationes causam afferunt magnarum mutationum nõ sui ratione: Sed cum euenit ut principium una cum iis ipsis mutetur. principia enĩ quanuis magnitudĩe parua sint: tamẽ facultate sũt magna. hoc ẽ enĩ principiũ esse: ut ipsum quidem causa sit multorum: sed ipsius nulla sit superior causa. Caliditas etiam aut frigiditas loci confert eodẽ ut natura tale constituatur animal: quod aut grauem aut acutã

ff ẓ

lauas

bircire [illegible] vel [illegible] alexan. i proble.

uocē emittat. Spiritus enim calidus craſſitudine ſua grauitatē efficit uocis. frigidus prę ſua tenuitate contrarium facit: quod uel in tibiis patet. qui enim calidiore utuntur ſpiritu: & talem emittunt: qualem ſiticines & lamentātes: grauiorem ſonum ī ſpirāt tibiis. aſperioris autem uocis: aut lęuioris: omnis deniq; huiuſmodi inęqualitatis cauſę eſt: membrum inſtrumētumq; p quod non fertur: cū aut aſperū eſt aut lęue: deniq; aut ęquale aut inęquale: cōſtat hoc ita eſſe cum aliquid humoris ī arteria ineſt: aut aſperitas affectu aliquo fit: tunc enim uox redditur inęqualis. flexibilis autē uocis inſtrumentum molle cauſę eſt: ut rigidę durum. molle enim parcius diſpēſari poteſt: & uariū fieri durum nō poteſt. & molle quidem tam magnā q̄ paruam reddere uocem poteſt. & proinde: tum grauem: tum acutā. facile enim ſpiritum diſpēſat: ipſumq; de facili magnū paruūq; fit: quod autem durum eſt: indiſpenſabile eſt. De uoce igitur quę non ante diſſeruimus: cū de ſenſu aut de anima ageremus hunc habeant modum.

DE dentibus non rei unius aut eiuſdē gratia animalia eos habere oīa: ſed alia ad cibū: alia ad uocis oratiōem dictū antea eſt: ſed cur priores gignātur primo maxillares poſt & hi non decidant: illi decidant ac denuo naſcantur: hanc rationem diſputationi de generatione cognatam eſſe putādum eſt. diſſeruit igitur de his & democritus ſed non bene. non enim oībus conſideratis cauſā reddidit uniuerſim. Ait enim decidere: quoniam properant & ante tempus oriuntur: nam ad ętatem poene florentem enaſci per naturam debere. cauſam autem ut ante tēpus gignantur uſui tribuit lactis: & ſus lactet: qui tamen dentes non amittit: & quae dentes habent ſerratos omnia lactent: quanq̄ nōnulla eorū non amittunt niſi caninos: ut leones. hoc igitur ille errauit exponēs uniuerſim. Cum id non animaduertiſſet: quod ī omnibus eueniret. At agere ita oportet. qui enim diſſerit uniuerſim ac de omnibus dicar neceſſe ē. Sed cum naturā ita ſubiiciamus ſcilicet ratione ducta ex iis quę cernimus ut neque deficiat: neque fruſtra agat: quicq̄ in ſingulis quoad eius fieri poteſt: Quę autē cibum aſſumere debent: poſt lactis

de gen. 5.

usum instrumenta habeant; necesse sit ad cibum conficiendū. si ita eueniret: ut ille dicit ad pubertatem: natura profecto deficeret agendo re; quam facere posset: atque opus naturę fieret pręter naturam. Violentum enim pręter naturam est. Generationem autem dentium euenire uiolenter asseuerat: sed hoc uerum non esse apertum ex his: aliisque huiusmodi rationibus est. Oriūtur autem prius ii quam lati ꝙ & officium eorum prius est. secatur enim prius quam molitur quod comeditur. sunt autem illi molendi officio delegati: hi uero secandi: tum etiam ꝙ res minor: & si simul inchoatur: tamen celerius solet perfici quam maior. Minores autem primores quam maxillares sunt: necnon maxille os a latere latum: in ore angustum est. Itaq; ex ampliore plus alimenti affluere necesse est: ex artiore minus. lactis autem usus ipse nihil confert: quāquam lactis calor faciat ut dentes ii oriantur. indicium est: ꝙ & ipsorum lactentium infantes qui calidiore utuntur lacte: otius dentiunt. Calor enim uim optinet augendi decidunt: qui prodierint primi: tū notę melioris gratia: tum necessario. melioris ratione īquam ꝙ cito hebetescit: quod acutum est. Itaque alteros succedere in officium oportet. lati autē non hebetantur: sed tempore duntaxat attriti leuigantur. necessario uero decidunt: quod maxillarium radices in lata nituntur maxilla: & ualido osse continentur: primorum autem in tenui: unde fit ut infirmi & mobiles sint. nascuntur autem denuo: quod in osse adhuc nascente oriuntur: & cum tempus adhuc est ad dentium generationem idoneum: cuius rei indicium est: quod maxillares diu oriuntur. Vltimi enim uicesimo anno exeunt. nonnullis etiam senescentibus omnino prodierunt: qui loco ultimo habentur: quoniam multum alimenti in amplitudine ossis continetur. At uero prior pars ossis prae sua tenuitate cito perficitur: nec excrementum in eo fit: sed indebitum incrementum absumitur alimentum. Democritus uero missa ratione: cuius causa agatur omnia referenda censet ad ea quibus natura utitur: quae talia quidem sunt: sed alicuius causa & notae melioris gratia sumuntur. Itaque nihil prohibet: quominus ita dentes fiant &

decidant: sed non propterea: sed propter finem. hęc autem ipsa causę sunt ut mouentia & instrumēta & materia. Nam & spū magna ex parte agere consentaneum ut instrumento est: ut enī nonnulla artiū instrumenta utilia sunt ad plura: Verbi gratia in excussoria malleus & incus: sic in rebus a natura institutis: spiritus uarium exhibet usum. simile dici uidetur: cum causas necessario esse dicunt: ut si quis propter cultellum tantūmodo aquam exisse iis qui intercute laborant: non etiam propter sanitatem: cuius causa secuit cultellus: existimet. Sed de dētibus cur partim decidant: ac denuo nascantur: partim non: & oīno quam ob causam fiant: dictum est. dixi etiam de cęteris membrorū affectibus: qui non alicuius causa: sed necessario ueniāt: & quam ob causam: uidelicet eam cui motum tribuimus.

Finiunt libri de animalibus Aristotelis interprete Theodoro Gaze. V. clarissimo: quos Ludouicus podocatharus Cyprius ex Archetypo ipsius Theodori fideliter & diligēter auscultauit: & formulis imprimi curauit Venetiis per Iohannem de Colonia sociūq; eius Iohannē māthen de Gherretzē. Anno domini. M.CCCC.LXXVI.





Tabula cartarum secundum ordinem ponendarum

A Theodori. Iudicio. De generatione. Suamqꝫ
B Omnino. Effigie. Pectũculorũ. Pars prior. Ex pte
C Pariter. De canibus. Sed durum. Cogere
D Aristotelis. Humorem. Interiores. Latera
E Postremo. Cũ uulsa. Leõtino. Iuuenibus Lac uel
F Repetit sedem. Intus qua. Perinde ac. Vnum &
G Ceteris. Proueniũt. Differũt. Et qua. Cartilagineorũ
H Nigra maioraqꝫ. Siue ex. Insula erariis. Cellas
I Vt mares. Vitelli cõperias. Vicem. Testes glanis
k De bubus. Magna ex. Durescitqꝫ. Coire
L Fit corpulẽtis. Fatiscũt. Ferũt. Cũ creuerit. Effluit
M Boues. Sibi locis. Lacubus. Terre. Vt dictum
N Hec uigilãtiot. Suisqꝫ. Que. Cũ serpẽte. Nec eodem
O Cũ aspexerit. Enĩ hec. Latẽs. Aĩosiores. Familiarem
P Aristotelis. Sanitas. Viueret. Numero. Vero
Q Siue. Ita hec. Enĩ terrenũ. Cerebrũ. Calidissimũ
R Gratia. Quã illi. Quod utile. Ad uim. Prope
S Excremẽtũ. Mollitudinẽ. Preditis. Quadrupedũ. Pisciũ
T Caput. Gratia. Alo crustario. Magnitudinẽ. Minor
V Commodarum. In torpedine. Ex iis. Facile est
X Ceteris. Toto. Et cõceptaculũ. Satis. Vel colliq̃mẽtum
Aa Aristoteles. Parit. Foemina. Nã eius. Cõtinens
Bb Toto. Et ductulis. Sincerissimo. Omniũ. Ex morbo
Cc Cibũ. Veniũt. Rem de q̃. Semine. Indiscretus
Dd Futuram. Quod in. Matri alii. Bouis Id
Ee Propter. Vero aut. Aristotelis. Que futura
Ff Pileo. Crabrones. Enim

Finis

Ambigerui [illegible] 234

dissidia animalium .n.t. 120

extremum [illegible] fo. 7

[illegible]mentum

gibber 14

subna [illegible]

quaticentus 13

brachiale 14

crea

pedatim credere 18

ingluvies 27

brachium cubitus lacertus 31

agilis (?) pars brachii

canabi 33

tendo attendo ~~33~~ nervorum nomina 33

fabitium 36

mustax

thorus 39

formagines 42

collostriare 40 =

collostrum 39 =

mitis 42

mammillans 46

orolygo 51

epitragi 53

hircescere vites 60 hircire 247 193 ~~560~~

salivo 61

pinnotera 62

striatus lxvi =

schadones 67

exactos 73 exactus

apria 81 & 82

torrere

coarmentari 81

tetarre boves 100

insomnia 107 =

considium & cosidium 110

subulones cervi 112

halosachne 116

fibre 141

imbricamentum 149

gerunda

adversarius 151 =

thorax 176

equilibrium equilibro 180 =

excrementum corporis &

colliquamentum 192

hypecinne 214

urina ova 216

satyrias morbus 230

perfors 231 =

mala mulierum 236

e variis oculorum coloribus 239

imbricatus 241



